This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`

Library
of the
University of Wisconsin

Digitized by Google


Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

A C T A

PONTIFICUM ROMANORUM

INEDITA

III

URKUNDEN DER PÄPSTE

VOM JAHRE c. 590 BIS ZUM JAHRE 1197

GESAMMELT UND HERAUSGEGEBEN

VON

Dr. J. v. PFLUGK-HARTTUNG

PROFESSOR AN DER UNIVERSITÄT TÜBINGEN
RITTER ERSTER KLASSE DES KGL. SÄCHSISCHEN ALBRECHTSORDENS
RITTER DES ORDENS DER KRONE VON ITALIEN
ORDENTL. MITGLIEDE DER ROYAL HISTORICAL SOCIETY ZU LONDON
DER REGIA SOCIETÀ ROMANA DI STORIA PATRIA ZU ROM
CORR. MITGLIEDE DER REGIA DEPUTAZIONE DI STORIA PATRIA ZU TURIN
DER KGL. AKADEMIE DER WISSENSCHAFTEN ZU LUCCA
DER SOCIETÀ LIGURE DI STORIA PATRIA ZU GENUA
DER SOCIÉTÉ SCIENTIFIQUE DES VOSGES ZU ÉPINAL

DRITTER BAND

STUTTGART
VERLAG VON W. KOHLHAMMER
1886

Digitized by Google

Tübingen,
L. Fr. Fues'sche Buchdruckerei
(Fues & Kostenbader).

Digitized by Google

118971
MAY 22 1908
DGE
+H25
3

Vorwort.

In diesem Vorworte kann ich mich kurz fassen, weil das auf die Herausgabe bezügliche, schon in dem des ersten und zweiten Bandes gesagt ist. Das mitgetheilte Urkundenmaterial wurde seiner grossen Mehrheit nach italienischen Archiven entnommen und bezieht sich dem entsprechend auch auf Italien; manches, zumal am Anfange, auf Frankreich, anderes auf Spanien, einzelne Stücke auf England und Deutschland.

Von mir noch nicht bereist sind Süd- und Westfrankreich, Spanien und England, deren einschlägige Archiv- und Bibliotheksbestände weiteren Bänden der Acta Pontificum zu überweisen sein würden.

Bei dem vorliegenden dritten ist mir wieder, wie schon bei den früheren, mannigfache und selbstlose Unterstützung, besonders von Söhnen Italiens, zu Theil geworden, die Abschriften der Pariser Urkunden lieferte die Liebenswürdigkeit des Herrn Dr. F. Weinitz und in unermüdlicher Ausdauer unterstützte mich Seine Hochwürden, Herr Pfarrer Dr. Joseph Schmid beim Lesen der Korrekturen. Ihnen allen sage ich im Namen der Wissenschaft, in dem dieses mühevollen Werkes aufrichtig Dank.

Tübingen, im Mai 1886.

J. v. Pflugk-Harttung.

Digitized by Google

Digitized by Google

Nr. 1.

* *Gregor I theilt allen Fürsten mit, er bestätige dem Kloster St.-Pierre de Rouen seine Besitzthümer und weitgehende Rechte, verleihe ihm den Vorrang vor anderen Klöstern Neustriens und unterstelle es der päpstlichen Advokatie* [1]).

590—604.

Totius orbis principibus, machinam mundi sub Christo principe regentibus, presentibus scilicet et futuris, Gregorius meritorum qualitate infimus sub Christi gratia sancte Romane sedi prelatus. Summum esse, quos divine fidei et apostolice maiestatis nobilitas religio constat, ut fructu operum et effectu rerum certa demonstrantur obsequia. Quando ad ea, (ad) que catholicorum regum corda pontificalibus sunt monitis provocanda, ita ardenti desiderio, divina preveniente gratia, subcenduntur, ut ab eis ultro poscantur, tanto sunt letius concedenda, quanto ea, que cupiunt, si nolent [a]) facere, peti debuerant. Proinde iuxta filiorum meorum precellentissimorum scripta, regum Brunechildis [2]) ac nepotis eius Theoderici [3]), monasterio sancti Petri, apostolorum principis, quod est situm in partibus Neustrie extra muros Rothomagie civitatis huius modi privilegium auctoritatis nostre decreto indulgemus, et illud plenius confirmamus privilegium, quod a bone memorie domino papa Leone, comittante illustrissimi regis Clotharii clemencia, ipsi loco, sub anathematis vinculo est concessum vel indultum, concedimus atque firmamus. Statuentes, nullum regum, antistitum vel iudicum, ulla quacunque [b]) predittum dignitate, ea, que prefato loco sancto concessa sunt vel conferentur, sub cuiuslibet occasionis specie minuere vel aufferre vel suis usibus applicare, sed cuncta, que deo servientibus monachis oblata sunt vel offerri contigerit, perhemni tempore illibata et sine aliqua inquietudine volumus possideri, eorum usibus, pro quorum substentatione concessa sunt, modis omnibus profutura. Concedimus eciam, ut, obeunte abbate, non alius ibi quacunque obiectionis astucia ordinetur, nisi quem communis consensus monachorum elegerit aut previderit ordinandum. Caveant autem prefati monachi symoniacam heresim, ne potencia regum vel antistitum conventi [c]) loco pastoris suscipiant tyrannum, quod omnino fieri prohibemus, et eundem abbatem causa ordinacionis sue aliquid dare, presumere (!) excommunicamus, ne hac occasione, que a fidelibus piis locis offeruntur vel oblata sunt, consummantur. Auctoritate igitur divina vice beati Petri, apostolorum principis, consensu omni Romanorum pontificum et voluntate tocius senatus Romani, suadente nobis viro apostolico Melancio, Rothomagie urbis archiepiscopo [4]), et omni favente Gallie episcoporum iudicio, decernimus, ut nullus archiepiscoporum, episcoporum, archidiaconorum fratres prefate basilice, de ordinacione sui abbatis vel ecclesiasticorum graduum assumptione inquietet, sed secundum privilegium nostrum ordinacionem sui abbatis ipsi fratres, a quocunque voluerint pontifice, in eodem monasterio peragant et ecclesiasticorum graduum dignitatem, ubicunque libuerit, suscipiant vel in suo monasterio celebrent. Consecrationes quoque foncium et scrutinii misteria similiter faciant. Crismatis quoque ac olei, altaris, calicis, corporalis, a quocunque voluerint pontifice, benedictionem expetant [d]). Nec tantus honor a quoque intermittatur, nec vilescat tante sublimitatis locus, quem capud monasteriorum tocius Neustrie constituimus, nulliusque dittioni patimur esse subiectum. Sed sub advocacione beati Petri et successorum ipsius permaneat. Omnes quoque archiepiscopos eiusdem civitatis ob amorem beati Petri, apostolorum principis, in eadem ecclesia consecrari precipimus, omnes eciam abbates capis laneis utantur, ipsos etiam monachos lintheis et villosis lineis uti precipimus. Omnia quoque iudicia secularia,

---

a) volent b) quecunque c) *ob* circumventi? d) expectant. — .1) *Diese und die folgenden Abschriften aus der Nationalbibliothek zu Paris verdanke ich Herrn Dr. A. Weinitz.* 2) *Brunhilde, Königin der Franken, zu Tode geschleift 613.* 3) *Theoderich II, König der Franken, 596—612.* 4) *Melantius, Erzbischof von Rouen, c. 589—601.*

Digitized by Google

id est fratrum ignitum iudicium, aque frigide, et cetera, si necessitas fuerit, exerceant. Omnes eciam malefactores ecclesie anathematizent et, peracta penitencia, iterum absolvant, benedictionem quoque inter sacra missarum solemnia et predicationem ad populum similiter faciant. In capite eciam ieiunii penitentes ab ecclesia expellant, et in die absolucionis iterum intromittant. Statuimus, ut in die palmarum vel letan(i)arum, non cum clericis metropolitane ecclesie, sed seorsum monachi procedant. Si autem contigerit, ut aut prece archiepisopi vel populi, aut aliqua peste ingarente ab ecclesia sua cum processione exierint, usque ad altare, quo venturi sunt, cantando procedant, et dextram partem teneant, tam in ipsa ecclesia metropolitana, quam in ceteris ecclesiis, que subiecte sunt eidem. In exeundo autem cantor monachorum, quamcunque sibi placuerit, primitus antiphonam incipiat, atque ad nutum abbatis et cantoris clerici singant (!) et processio, uti disposita fuerit, fiat. Hec igitur omnia, que huius[modi] auctoritatis apostolice et nostre preceptionis privilegio continentur, prefati monasterii rectoribus et filiis presentibus et futuris sub tali anathemate servata constituimus. Si quis autem regum, antistitum, iudicum vel quarumcumque secularium personarum huius apostolice auctoritatis decreta violaverit, vel fratres inquietaverit, honore suo in presenti seculo privetur, et cum Iuda traditore in penis perpetuis dampnetur, nisi digna penitencia [a]) prefati sancti Petri sibi repropiciaverit clemenciam et fratrum communie reconciliaverit concordiam.

Ego Gregorius sancte Romane sedis antistes huic privilegio subscripsi.

Naulinus Sopannensium episcopus subscripsit.
Primenius Micerriensium episcopus subscripsit.
Marmianus Ravennatensium episcopus subscripsit.
Dominicus Carthaginensium episcopus subscripsit.
Venantius Lunensis episcopus subscripsit.
Fortunatus Neapolitanorum episcopus subscripsit.
Eulogius Alexandrie episcopus subscripsit.
Flavius Remorum archiepiscopus subscripsit.
Iohannes Siracusanorum episcopus subscripsit.
Melantius Rothomagensium archiepiscopus subscripsit.
Sabinianus Tudertinorum episcopus subscripsit.
Constancius Mediolanensium episcopus subscripsit.
Theodericus rex subscripsit.
Brunechildis regina subscripsit.

Ego Petrus, notarius sancte Romane sedis, scripsi et sigillo domni Gregorii pape sigillavi.

Abschrift vom 14 oder 15 Jahrh., des MS. lat. 12777 fol. 109, in der Bibl. Nationale zu Paris.
Die Fälschung ist augenscheinlich, sie hängt mit der Martinus I, Acta II Nr. 44, eng zusammen. Als Ueberschrift trägt der Text: Privilegium Gregorii papae et Brunechildis regine ac neptis eius Theoderici.

Nr. 2.

* *Gregor I theilt dem Frankenkönige Childerich mit, dass er das Kloster St.-Pierre de Nantua (D. Lyon) konsekrirt habe und ihm Besitzthümer und Rechte bestätige.*

590—604.

Gregorius, servus servorum dei, Childerico, regi Francorum [1]). Quoniam innumerabilibus mundus procellis quatitur adeo, ut penitus nos, qui regimen animarum suscepimus et qui ad portum aeternae tranquilitatis alios deducere debuimus, potius maius discrimen patimur; sed quid nobis agendum, quidve considerandum est, nisi divina misericordia imploranda. Infelix quippe animus, occupationis pulsatus vulnere, magnis maris fluctibus percutitur atque immanissimis procellis tempestatis includitur, cumque navigamus longius, nec portum quietis prevalemus. Unde vero has idcirco dixerimus, quod, quia nos a vobis longe repositi ita undique percutimur, undique amaritudinibus replemur, atque innumerabile genus hominum, quod in nostra terra, pro multitudine nimia, quasi spicatum more segetis surrexerat, succisum [b]) aruit; depopulatae namque urbes, eversa castra, concrematae [c]) ecclesiae, destructa monasteria

a) penitencie b) succesum c) concrematore. — 1) *Childerich I, König der Franken, 456—481, Childerich II, König der Franken, 660—674.*

Digitized by Google

virorum ac foeminarum, desolata ab hominibus proedia atque ab omni cultore destituta. In solitudine vacua terra nullus in ea possessor inhabitat, occuparunt bestiae loca, quae prius magna multitudo hominum tenebat. In hac enim terra, in qua nos vivimus, finem suum mundus, non iam nuntiat, sed ostendit, quid autem in aliis mundi partibus agatur, ignoro. Solummodo a beato Amando, nostro coepiscopo, didicimus, in omnibus rebus spiritualibus honestissimo, vestrum regnum pre caeteris pace ac tranquillitate, Christo tribuente, pollere. Retulit quoque vestra munificentia, sibi olim concessum cenobium, in finibus Francorum positum, quod Elnone sive Nantuaco nuncupatur, nunc a vobis affluentissime et vestris redditibus et praediis et fiscis ad fratrum victualia ditatum atque locupletatum. De quo vobis gratiarum dona cum benedictione apostolica misimus. Ipsum namque praefatum coenobium, dum ecclesiae deservirentur, et ab hoc ad venerabilem praedecessorem nostrum illum, cum regrederer, poscente memorato patre Amando atque abbate Laterceno, cum multis religiosissimis viris sanctitate preditis, basilicam ipsius loci in honore Petri et Pauli omniumque apostolorum honorificentissime consecravi ipsique loco tale privilegium concessi, ut nullus princeps, nec episcopus, neque ulla iudiciaria potestas ibidem praeficere audeant abbatem, nisi quem concors congregatio pari consilio et voluntate secundum deum elegerint, sicut Benedictus pater praecepit; postquam electus fuerit ab illis, prius sedis Romanae munus accipiat [a]), ipsiusque benedictione fungatur [b]), nisi assensu eius concedatur alicui licentia. Sed neque ipsi archiepiscopo Lugdunensi, neque ulli episcopo permittimus, illi ecclesiae vim excommunicationis inferre ullo modo, nisi apostolica deliberatione. Sed et si quis fidelium, Romam ire disponens sumptusque ei deffuerint, ipsumque memoratum locum adeat, si ibidem pro posse elemosinam fratribus impendat, eandem veniam et benedictionem apostolicam sine dubio inibi percepturus, sicuti ad limina apostolorum. Ob hoc enim magna [c]) ex corporibus apostolorum per fidelem et acceptissimum deo nomine Severum illuc direximus [d]). Statuimus de caetero, ut nullo modo quis hunc locum violare audeat nec vim inferre alicui. Quod si quis temerario ausu infregerit, anathematis ultione dampnetur, et deinceps inviolata inlibataque hec nostra preceptio sive interdictio conservetur.

Abschrift des MS. Baluze 41 fol. 65b, in der Bibl. Nationale zu Paris.

„Ce privilège est précédé d'un fragment de chronique relatif à la fondation du monastère de Nantua." Von allem anderen abgesehen, würde schon der Name Childerichs die Fälschung beweisen, weil kein Papst Gregor gleichzeitig mit ihm lebte.

Nr. 3.

Benedict III schreibt an Bischof Ratald von Strassburg über die Busse eines Vatermörders [1]).

855—858.

Benedictus episcopus, servus servorum dei, reverentissimo ac sanctissimo Rataldo episcopo [2]). Dum de universo mundo credentium agmina catervatim confluerent ad limina beatissimorum apostolorum Petri et Pauli, quidam vestrae diocesis homo venit, qui, humani generis inimico hortante, patricidium [e]) se perpetrasse dicebat. Pro quo lacrimabiliter ingemuimus et oppido contristati [f]) permansimus. Idcirco volumus: ut duodecim per annos penitentiae constituatur sub onere, ita ut omnibus diebus ieiunium observare usque ad vesperum studeat et absque carne et vino atque pisce cibum sumat, exceptis diebus festis atque dominicis, et pascha usque ad pentecosten. Per quinquennii vero tempus in ecclesiam introire non presumat neque communicet; ante fores tantummodo ecclesiae perseveret, dum sacra celebrantur officia. Cum autem quinque annorum fuerint expleta curricula, ingrediatur ecclesiam et intra audientes cum omni stet timore atque obedientia. Dum vero ad annum pervenerit decimum, sancte communionis consors existat et inter fidelium consortium maneat. Si autem ante constitutum tempus finis vitae illius advenerit, viaticum ei non negetur secundum sacrorum sanctione canonum

---

a) Lege: praesens sedis munitus accipiat *am Rand* b) a Romano pontifice iniungatur abbas *am Rand* c) numera forte *am Rand* d) ex via exernis *am Rand* e) patricidum f) constristati. —
1) *Diese und die folgende Urkunde sind nach dem Drucke Weilands in der Zeitschr. für Rechtsgeschichte 1885 S. 100, 101 gegeben.* 2) *Rathold, Bischof von Strassburg, 840—875.*

Digitized by Google

patrumque traditiones almorum [a]). Optamus sanctitatem vestram in Christo nunc et semper bene valere.

Abschrift vom 10 Jahrh., Kanones des sogen. Rotger von Trier fol. 79, in der Bibliothek zu Wolfenbüttel.

Nr. 4.

Benedict III schreibt an Bischof Salomon I von Konstanz über die Busse eines Brudermörders.

855—858.

Benedictus, servus servorum dei, reverentissimo ac sanctissimo Salomoni, Constantiensis ecclesiae episcopo [1]). Caritatis tuae fraternitatem almificis sanctorum patrum cernimus regulis, ut condecet [b]) obedire, quociens nostrae apostolice sedi, que caput et magistra omnium ecclesiarum dei consistit, illa reverenter dirigis, de quibus graviter lapsis absque eius oraculo non presumis subvenire. Huic igitur viro ill. [c]) nomen, qui fratrem suum occidit, salubre poenitentiae collirium [d]) inferius annotatum imposuimus, quo eius cordis oculi lucidiores existant, et regni superni potius premia consequatur atque poenitendo amaros inferni cruciatus evadere possit. Iubemus quippe et sanctorum patrum institutione freti iudicamus: ipsum fratricidam uno anno inter audientes sine corpore et sanguine domini in ecclesiis orare, nisi forte ultimus vitae illius venerit dies, quo ei communio neganda non est. Ipso anno et quattuor aliis a carne et vino et omni cocto pulmentario se abstineat, exceptis festis diebus atque dominicis, et a pascha usque ad pentecosten et nativitate domini atque nataliciis apostolorum. Aliis vero duobus annis tribus tantum diebus, id est secunda, IIII et VI feria supradictis cibis ieiunet. Huius namque penitentiae modum illi prefato viro, qui ad sanctorum apostolorum Petri ac Pauli limina properavit, misericorditer imponere decrevimus. Uxorem vero suam recipiat armisque asumptis incedat, propriaque ei liceat possidere bona, quibus elemosine subsidia indigentibus fratribus largiatur. Deus te custodiat dilectissime fili.

Abschrift vom 10 Jahrh., Kanones des sogen. Rotger von Trier fol. 80, in der Bibliothek zu Wolfenbüttel.

Nr. 5.

** Johann XIII bestätigt dem Grafen Gottfried I von Anjou die Gründung und Besitzthümer des Klosters Beaulieu-lez-le-Mans, wofür es jährlich fünf Solidi nach Rom zu entrichten hat.*

967 August 12.

Ioannes episcopus, servus servorum dei, dilecto filio Goffrido [e]), Grisia [f]) Gonella [2]) cognominato, nobilissimo Andegavorum comiti, salutem et apostolicam benedictionem. Quotiens, qui filii sunt ecclesiae [g]), omnipotenti deo aliqua offerunt, non debent esse elati quasi de munere, sed gaudere ex fidei redundatione [h]); reddunt quippe creatori suo partem rerum, quas ab eo acceperunt, ut de suis eum rebus sibi faciant largissimum debitorem; ab ipso enim omnes habemus esse, vivere, habita possidere et, quod maius est, uti ratione. Quod tu, dilectissime fili, non ignorans, sed fideliter agnoscens, studuisti de propriis rebus ecclesiam pro redemptione animae tuae parentumque tuorum apud castrum, quod Locas dicitur, ad honorem dei et sanctae virginis Mariae, genitricis dei [3]) et domini nostri Iesu Christi, construere, tantum de tuis reditibus illi conferens, quod licet decimas neque sepulturam, nec cetera, quae ad ius parrochiae [i]) pertinent, non haberet, tamen, inter vicinas ecclesias tam honore quam divitiis polleret. Eandem [k]) denique ecclesiam beato principi apostolorum Petro, sancto spiritu inspirante, obtulisti, ea videlicet consideratione, quatinus sanctae Romanae ecclesiae sic adhaereat ut, praeter Romanum pontificem nullus archiepiscopus audeat,

---

a) almarum b) concedet c) *so statt des Namens,* cod. d) *d i.* collyrium: *Augenbalsam.* e) Gofrido *Housseau* f) Grisa *H.* g) Quoties filii sanctae ecclesiae *H.* h) ex fideli redditione *H.* i) parochiae *H.* k) eamdem *H.* — 1) *Salomon I, Bischof von Konstanz, 839—871.* 2) *Gottfried, genannt Grisegonelle, 958—987.* 3) *Oder Beaulieu près Loches, wofür der hinten erwähnte Erzbischof von Tours spräche (vergl. auch Nachwort), doch war diese Kirche der Trinität geweiht.*

Digitized by Google

aliquam dominationem exhibere [a]) in ea, sive illam interdicere, neque super clericos illius vim aliquam inferre. Quod nos divina fulti fiducia ita confirmamus, ut praefata ecclesia ita sit semper ab omnium hominum dominatione libera, ut praeter Romanum pontificem nullum alium habeat praesulem. Statuimus autem [b]), ut pro amore sanctae Romanae ecclesiae comes Andegavorum adversus omnes homines sit adiutor et defensor loci [c]) illius, ut sicut te pro constructione [d]) salutem consecuturum credimus, sic et ipsi pro defensione peccatorum suorum [e]) veniam et vitam mereantur aeternam. Hoc autem factum est assensu et voluntate Harduini, tunc temporis Turonensis archiepiscopi [1]), in presentia Alberonis, Rhemensis archiepiscopi [f]) [2]). Si quis autem violator huius nostrae constitutionis extiterit, nisi resipuerit et Romanae ecclesiae satisfecerit, sciat, se apostolica auctoritate perpetuo anathemate percussum diaboloque cum impiis [g]) traditum. Qui autem [h]) conservator eius et obediens apostolicae auctoritati fuerit, benedictione et gratia dei [e]) omnipotentis perfruatur, et cum Christo gaudeat in aeternum. Sane [i]) ad indicium perceptae huius a Romana ecclesia libertatis praefatae ecclesiae clerici quinque solidos Pictavensium singulis annis persolvant beato apostolorum principi, unde oleum emetur, quod ante eius sacratissimum corpus comburetur.

Data [k]) Lateranis. II Idus Augusti. Anno ab incarnatione domini millesimo undecimo [l]). Pontificatus vero domini Ioannis secundo.

Abschrift der Coll. Baluze 38 fol. 67b, und des D. Housseau I Nr. 187, in der Bibl. Nationale zu Paris. D. Housseau en tête de cette pièce met de 965 à 972, c'est dire qu'il l'attribue à Jean XIII et non pas comme Baluze à Jean XIX. La mention de la présence de Adalbéron confirme l'opinion de dom. Housseau. D'ailleurs la Gallia Christiana XIX dit à propos de Hardouin „illo praesule reaedificata est ecclesia Lucacensis castri . . . .“ et place en 965 la consécration de cette église. — Le titre que nous donnons à cette bulle, nous l'avons copié dans Baluze. D. Housseau dit: Privilège donné à l'église collégiale de Loches par le pape Jean. — Jaffé, Reg. 4069 ist die Urkunde Johann XIX zugeschrieben auf Grund der Jahreszahl, doch wie wenig auf dieselbe zu geben, zeigt die dazu gehörige Anmerkung; wir müssen uns an den Namen des Adressaten halten. Die Fälschung geht aus allem so deutlich hervor, dass sie nicht erst einzeln dargethan zu werden braucht.

Nr. 6.

† *Benedict VIII bestätigt der Kirche von Noyon ihre Besitzthümer* [3]).

1017 März 23.

Benedictus episcopus, servus servorum dei, omni ecclesie Gallicane. Potissimum divine retributionis premium ab ipso fideli remuneratore adipisci confidimus, si apostolica potestate, nobis divinitus deo propitiante collata, ecclesiarum utilitatibus insistimus earumque necessitatibus et angariis sepissime eis iniectis, ut decet, subvenimus. Universis igitur sancte matris ecclesie filiis, presentibus atque futuris, notum volumus fieri, Harduinum, venerabilem Noviomorum ac Tornacensium presulem [4]), ante nostram presentiam venisse continuisque precibus exorasse, quatinus, quod suis canonicis concilii consilio ac regio precepto concesserat, apostolica auctoritate confirmaremus, ecclesiam videlicet de Hombleus cum sex mansis de terra in eadem villa, que ab Odone comite diu fuerat possessa, noviter vero eidem episcopo, ut olim fuit, reddita. Cuius petitioni, quoniam digna visa est et secundum Toletani concilii tercii capitulum quartum canonum auctoritati nullo modo contraria, ad effectum perducentes apostolica censura confirmamus, ut prefatam ecclesiam et terram designatam canonici sancte Marie absque ulla contradictione perpetualiter teneant. Deprecatus est etiam iamdictus episcopus nostram clementiam, ut quemadmodum bona predecessorum suorum temporibus a religiosis viris sue ecclesie concessa, ab huius sancte Romane ecclesie pontificibus per privilegii assertionem insignita erant, ita ea, que ex propria hereditate ipse et sua mater Hadeuvidis et sua soror Oidela canonicis sancte Marie dederant et, que suis temporibus a deum timentibus largita fuerant, nostra dignaremur confirmare sententia.

---

a) exercere *H.* b) tamen *H.* c) *nur H.* d) conservatione *H.* e) *nur H.* f) *von* in *an nur in H.* g) diabolisque impiis *Baluze* h) vero *H.* i) *toute cette phrase depuis* Sane *jusqu'à* Datum *manque dans H.* k) Datum *H* l) *Le copiste de Baluze avait d'abord écrit MXI, puis il a effacé ces chiffres romains pour mettre la date en toutes lettres, mais une note marginale de la même écriture que la copie entière dit:* forte unde — millesimo. *Dans la collection de Touraine la date s'y arrête après* Incarnatione, *et ne reprend qu'à* Pontificatus. — — .1) *Harduin, Erzbischof von Tours, 959—980.* 2) *Adalbero d'Ardenne, Erzbischof von Reims, 969—988.* 3) *Die Abschrift dieser Urkunde verdanke ich Herrn Archivar E. Couard-Luys zu Beauvais.* 4) *Harduin von Croy, Bischof von Noyon, c. 1015—1030.*

Digitized by Google

Ex parte autem sua supradicti canonici acceperant ecclesiam de Hesmereio in Viromandensi pago, in Roeio mansum indominicatum cum terris optimis, in Cais mansum indominicatum cum VII mansis et dimidio illi subiectis, in Marisco unum mansum. Benivolentia igitur illius ducti tantisque precibus inclinati inviolabili auctoritate statuimus, ut in proprios usus hec omnia supradicta memorati eternaliter teneant canonici. Decrevimus etiam, ut que a religiosis christicolis noviter data possident, absque ulla repetitione seu contradictione teneant: in Noviomensi scilicet pago hereditatem optimam, in Laciniaco villam a Heroardo milite illis concessam, in Viromandensi pago Crupeium cum ecclesia, quam eis dederat Cecilia matrona, in Hislei terras bonas a Gontero et Hersinde datas, in Camberona vineas et terras a Ramelino traditas, in Noviomensi quoque pago villulam Spinetum dictam cum molendinis et omnibus ad illam pertinentibus dono Amelrici et Ode, sue coniugis, susceptam, in Besincort hereditatem que fuit Remelini a Rotrude, sua coniuge, illis concessam, in Viromandensi item territorio illud donum, quod pro remedio anime sue canonicis concessit Hadevuidis in Dalmereio et in Hatonis curte, omnem videlicet hereditatem, quam ibi possederat, sine liberis enim omne vite sue tempus transigerat. Hec omnia supradicta et queque ab antiquis temporibus ipsi canonici in ecclesia possessionibus tenuerant et que abhinc, deo annuente, addita iis fuerint, stabili auctoritate sanccimus, ut iamdicti sancte Marie canonici in proprios usus teneant nullusque sine corporis et anime detrimento eis de hiis molestus existat. Si quis autem presumptor aut temerarius inventus fuerit, sive clericus, sive laicus, qui de hiis, que apostolatus nostri censura super hoc decrevimus, aliquid evellere temptaverit aut in aliquo minuere aut disrumpere presumpserit, sciat, se dei omnipotentis odio et domini nostri, apostolorum principis Petri atque Pauli, et omnium sanctorum anathematis vinculo innodatum et cum diabolo atque cum Iuda, traditore domini nostri Iesu Christi, eterni incendii supplicio concremandum, nec unquam prefato anathemate absolvendum, nisi resipuerit et ad satisfactionem venerit. Fiat, fiat, fiat. Si quis vero custos et observator in omnibus fuerit huius nostri apostolici privilegii constitutionis, benedictionis gratiam vitamque eternam a misericordissimo domino deo nostro consequi mereatur in secula seculorum. Fiat, fiat, fiat. — Scriptum per manus Petri scriniarii. X Kl. Aprilis. Indictione XV.

Abschrift des Chart. capit. Noviom. G. 1984 fol. 51, im Departementalarchive zu Beauvais.

Die Urkunde enthält vieles Ungewöhnliche, so gleich die Adresse, die Art der Erwähnung des Toletanischen Konzils, ein Theil der Formulirung, die zweimaligen drei fiat *am Schluss, Petrus nur als Scriniar etc., wir können deshalb nicht umhin das Schriftstück als verdächtig zu erklären, wenngleich der Name des Petrus schon auf echte Vorlage deuten dürfte.*

Nr. 7.

† *Benedict VIII theilt allen Christen mit, dass er denjenigen, welche zu gewissen Zeiten das Kloster Neuburg (D. Augsburg) besuchen oder es bereichern, Indulgenz ertheile* [1]).

1020 Januar 3.

Benedictus episcopus, servus servorum dei, singulis ac universis sancte matris ecclesie filiis salutem et apostolicam benedictionem. Quoniam sancta Romana ecclesia, que bene fundata est supra firmam petram, hoc semper habuit vere karitatis indicium, ut de exterarum gauderet proffectu ecclesiarum, competit nostro apostolico moderamini, ut nos, qui eidem deo auctore deservimus, intentionem pietatis operum Christi fidelium in filiabus et filiis ferventius accendamus, sperantes sui operis habere portionem, si, quod [a]) illorum est per laborem, nostrum facimus per caritatem. Affectantes igitur, ut monasterium sanctimonialium in Newnburg ordinis sancti Benedicti, Augustensis dyocesis, ad honorem beate Marie semper virginis eiusque paranimphi beati Iohannis evangeliste fundatum, congruis honoribus frequentetur ac iugiter a Christi fidelibus honoretur, omnibus vere penitentibus, confessis et contritis, qui ad dictum monasterium in singulis suis patronorum festivitatibus et in omnibus aliis ac singulis festivitatibus, videlicet natalis domini, circumcisionis, epiphanie, parasceve, pasce, ascensionis, pentecostes, trinitatis, corporis Christi, inventionis et exaltationis sancte crucis, nativitatis et

a) quid. — 1) *Aus Rottmanners Abdruck in den Blättern für das bayrische Gymnasialwesen XVI (1880) S. 199.*

Digitized by Google

decollationis sancti Iohannis baptiste, beatorum Petri et Pauli apostolorum et aliorum et evangelistarum, Michelis archangeli, in festo omnium sanctorum et in commemoratione animarum et in dicti monasterii dedicatione et in festis sanctorum Stephani protomartyris, Laurentii, Vincentii, Viti, Ypoliti, Achatii martyrum, Martini, Nycolay, Gregorii, Egidii, Augustini confessorum, nec non beatarum Marie Magdalene, Agnetis, Margarete, Lucie, Katharine, Caecilie, Elizabet, et per octavas predictarum festivitatum, octavas habentium singulisque diebus dominicis et festivis ac sabbatis totius anni causa devotionis, orationis aut peregrinationis accesserint, vel qui missis, matutinis, vesperis, predicationibus aut aliis divinis officiis interfuerint aut exequiis vel aniversariis mortuorum aut quicumque corpus Christi aut oleum sacrum, cum infirmis portantur, secuti fuerint, aut qui in suis testamentis vel extra vestimenta, libros, calices, argentum, aurum vel quevis alia bona dicto monasterio neccessaria donaverint, legaverint aut donari vel legari procuraverint, quotienscumque quantumcumque ubicumque premissa vel aliquid premissorum fecerint, de omnipotentis dei misericordia ac de beatorum Petri et Pauli, eius apostolorum, auctoritate confisi quinquaginta karrinas et tres annos criminalium et sex annos venialium peccatorum de iniuncta eis penitentia misericorditer in domino relaxamus. Si quis vero, quod non credimus, ausu temerario contra ea, que ac [a] nostra stabili et inconvulsa firmitate pie et fideliter per hoc nostrum privilegium ad honorem et relevamen prefati monasterii sunt indulta, quippiam initio premissis dissonum attemtaverit, sciat, se auctoritate Petri, principis omnium apostolorum, nostraque, cuius inmeriti vicem agimus, anathematis vinculis innodatum et cum dyabolo eiusque pompis atrocissimis atque cum Iuda, traditore domini nostri Iesu Christi, eterni suppliciis incendii concremandum, nisi resipuerit ac supradicte indulgentie, per nos misericorditer indulte, aurem cordis credulam inclinet. At vero, qui devotus prosecutor exstiterit huius nostri privilegii, utique ad cultum dei respicientis, benedictionis gratiam a misericordissimo deo et domino multipliciter consequatur. Sancta trinitas karitatem vestram illibatam custodiat.

Scripta per manus Benedicti, Portuensis episcopi et bibliothecharii sancte Romane ecclesie.

Data III Non. Ianuar. Anno domni Benedicti pape octavi quarto. Indictione III.

Abschrift vom 14 Jahrh. des Cod. lat. 23263 f. 12, in der Bibliothek zu München.

Dass die Urkunde nicht in Ordnung ist, ergiebt sich schon aus der Scriptum- und Datumformel, wo Benedict von Porto als Scriptumbeamter genannt ist, während er nur als Datar vorkommt. Pontifikatsjahr und Indiktion stimmen nicht zusammen. Fast scheint es, als seien dieser Theil der Urkunde und die Schlussformeln des Konskriptes der Urkunde Benedicts VIII vom Jahre 1013 (Jaffé, Reg. 3996, 3051) entnommen. Indictione III *könnte aus* XI *verlesen sein, für* Iun(io) *hat schon Giesebrecht, Kaisergesch. II S. 599* Ianuario *cojicirt, welches sich hier findet. Doch ganz sicher ist die Sache nicht, die Schlussformeln zeigen auch wieder manches Abweichende. Die Bestimmungen sind eigenartig, aber nicht unbedingt zu verwerfen, wie namentlich Privilegien für spanische Institute beweisen. Ich wage deshalb nicht mit Löwenfeld (J. p. 509) die Urkunde als gefälscht zu verwerfen, seiner im Anschluss an Rottmanner erfolgten Einreihung unter das Jahr 1016 nach dem Pontifikatsjahre vermag ich mich um so weniger anzuschliessen, als die dritte Indiction gerade auf das Jahr 1020 weist, wo Benedikt in Deutschland weilte und für deutsche Stifter urkundete.*

Nr. 8.

Leo IX bestätigt dem Hochstifte Besançon seine Besitzthümer.

1049 November 16.

Leo episcopus, servus servorum dei [b], dilectissimis filiis Hugoni, archiepiscopo sanctae Chrisopolitanae ecclesiae [1], Willelmo praeposito, Theodorico decano, Rotberto cantori caeterisque canonicis ecclesiae Ioannis evangelistae et protomartyris Stephani, in qua resquiescunt corpora beatorum martyrum Ferreoli et Ferrucii, eorumque successoribus. Semper ea concedenda sunt a nobis, quae rationabilibus quaeruntur desideriis; oportet autem poscentium animis paterno affectu assensum praebere, ut devotio eorum in praestandis nostris privilegiis non denegetur, quia ex hoc lucri potissimum praemium a conditore omnium deo procul dubio merebimur, si ea, quae sanctis ecclesiis donata sunt, nostra fuerint auctoritate confirmata. Igitur quia postulastis a nobis, corroborari

---

a) = hac b) *MS. nur* etc. 1) *Hugo de Salins, Erzbischof von Besançon, 1031—1066.*

Digitized by Google

privilegia ecclesiae vestrae de rebus, quae perpetue pertinent ad praebendam fratrum et salarium, dignum duximus, petitioni satisfacere. Confirmamus denique nostra apostolica auctoritate vobis tertiam partem monetae vestrae urbis, quam vobis contulit Hugo archiepiscopus, et libertatem illam de domibus vestris, quae sunt infra exterius claustrum, ut cuicumque tradideritis vel vendendo, vel commutando, sive dando tantum eiusdem ecclesiae canonico, licenter habeat sine contradictione archiepiscopi aut alicuius personae. Si vero intestata remanserit, sit in potestate decani sancti Ioannis evangelistae et fratrum, conferenda cuicumque ad utilitatem ecclesiae viderint esse necessaria, molendina etiam, vinum infra insulam urbis, que [a]) dicitur Ripa, aliud extra non longe in fonte, qui vocatur Batem, villam Poliacum cum ecclesia sancti Albini et manso indominicato, terris cultis et incultis, vineis, pratis, pascuis, sylvis, servis, ancillis, ad dictam villam pertinentibus, villam sancti Viti cum ecclesia et omnibus appendiciis, ecclesiam in Marciaco in honore beati Martini cum decimis et omnibus appendiciis et mansos quinque, atque villam Serram cum ecclesia in honore sancti Desiderii et omnibus appendiciis suis, villam Cussiacum cum omnibus pertinentiis suis, et ecclesiam sanctorum Benigni et Andreae, quam Hugo archiepiscopus a beneficio laicorum abstraxit et praebendae fratrum contulit, necnon villam Boniacum cum ecclesia in honore sancti Stephani et Agapiti cum omnibus appendiciis suis, villam Cusliacum cum villa Romanella et ecclesiam, quam ibi, a se aedificatam, consecravit Hugo archiepiscopus in honore Autidii cum omnibus appendiciis suis, ecclesiam beatae Mariae Magdalenae in Bisuntio ad thesaurum vestrum pertinentem, ecclesiam in gradico sancti Mauritii cum appendiciis suis et decimis in villa Agmeslae, et in Brusiaco et Averniaco quidquid collatum est pro Leutardo comite in Solinis, ecclesiam in honore sancti Mauritii cum omnibus appendiciis, in eadem villa caldarias duas ad sal conficiendum, in villa Pontiliaco ecclesiam sancti Mauricii cum decimis et omnibus appendiciis, in villa Cuniaco ecclesiam in honorem sancti Valerii cum decimis et omnibus suis pertinentiis, altaria vero supradictarum ecclesiarum, eulogias et paratas ad rationem episcopi ex iisdem ecclesiis pertinentes, vobis Hugo, filius noster, per manum nostram confert, ut nostri memoria semper habeatur. Laudamus etiam vobis capellam sancti Gengulfi de villa Roloniaco cum altari, decimis suisque omnibus. Haec omnia praedicta cum his, quae possidetis nunc vel in antea possessuri estis, nostra apostolica autoritate vobis confirmamus et laudamus et, ut quiete et inconcusse teneatis, habeatis et possideatis, sub eiusdem autoritatis apostolicae vinculo alligamus, ne quis audeat vel praesumat, ecclesiae vestrae vel vobis de rebus praelibatis nocere, sub [b]) banno sancti Petri, apostolorum principis, interdicimus. Quod si quis inscusatus hoc tentare praesumpserit etc.

Datum XVI Kalendas Decembris, per manus Petri, diaconi et cancellarii apostolicae sedis. Anno domni Leonis IX papae I. Indictione III.

Abschrift der Coll. Moreau 866 fol. 416, in der Bibl. Nationale zu Paris.

Nr. 9.

Leo IX nimmt das römische Kloster Ambronay (D. Lyon) in apostolischen Schutz und bestätigt seine Gerechtsame und Besitzthümer [1]).

1050 April 30.

℣ Leo episcopus, servus servorum dei, Dudoni, abbati monasterii beatę Mariae, eiusque congregationi, | quod est situm in loco, qui dicitur Ambroniacus in archipresulatu Lugdunensi, in eodem venerabili cęnobio in perpetuum. — | Ad nostras pervenit aures, cęnobium Ambroniacum, a sancto Barnardo fundatum, sanctę Romanę ecclesię sedis apostolicę subditum ob humili[mam] [c]) reverencię servitutem. Novimus quoque, Sergio papa corroborante, supradictum locum libertatis vigorem ob servitutem Romanam obtinuisse, quippe cum beato Petro servire, cęli ianuam sit aperire. Quapropter cum idem locus articulus [d]) sit corporis dictę videlicet apostolicę sedis et cum omnia membra impleant officia sua, et si unum membrum dolet, aliunde compatiuntur

a) qui b) ius c) *Auf Loch, unsicher, es scheint ein* ſ *am Schlusse zu stehen* d) *das* t *mit Oberlänge.* — .1) *Nicht fehlerloser Druck und verkleinerte Photographie von Dr. Marché, Reproductions de Docum. origin. aux archives de l'Ain Nr. 1, seltenes Werk. Einen Theil der Urkunde liess mir freundlichst Herr Archivar Brosarelle durchpausen, dem ich auch Notizen verdanke.*

Digitized by Google

omnia membra, et qui unum membrum leserit vel iuverit ledere vel iuvare, totum corpus videretur. Quicquid corroboratione libertatis et auctoritatis proibitione beatus Barnardus et Sergius papa a) et ceteri edificatores monasterii digne et utiliter b) in eodem loco statuerunt, anulo fidei corroborationisve redintegramus. Et si quid ad hutilitatem loci, quod adesse debeat, defuit, nostra apostolica censura supradicto cę-nobio coram synodali conventu in sacro palatio Lateranensi auctorizamus. Si quis vero clericorum laicorumque in tota hereditate ipsius loci malam ibi consuetudinem obtinet vel deinceps obtinuerit, nisi voluntario libitu abbatis et eius congregationis, sciat, se a cęlesti Hierusalem separatum et pęnis infernalibus insolubili nexu carceris innodatum et cum blasphematoribus dei se teneri iunctum, nunquam cęlestis hereditatis, nisi resipuerit, participem. Si quis autem locum ipsum adiuverit et malas consuetudines inde eradicaverit, benedictione apostolica regnum cęlorum cons[equi] mereatur, adiuvante regina cęlorum, in cuius religiositate honoris notatus locus statutus habetur et beato Petro, paradisi clavigero, sub cuius munimine subditus tutela servitutis habetur. Si quid igitur anathematis umquam sustinuit, absolutione dei omnipotentis et sancti Petri et nostro apostolico commissu absolutus supra memoratus locus Ambroniacus cum omnibus appendiciis et habitatoribus suis, omni sterelitate peccaminis subtracta, fructuositate benedictionis et habundancię perfrui mereatur sub redditione census | duarum librarum cerę quotannis more constitutionis.

(R) (M.,.)

+ Dat. II Kl. Maias, per manus Petri, diaconi, bibliothecarii et cancellarii sanctę apostolicę sedis. Anno domni Leonis noni PaPae II. Indictione III. —

Or. in den Archives Départementales de l'Ain zu Bourg.

Perg. br. 0,368, lang 0,505, unten nicht umgeschlagen, wohl durch zwei Löcher neben einander ging ein Pergamentband, wovon noch ein Stückchen in einem Loche steckt. Faltung der Länge nach zwei mal, dann der Streif dreimal. Die Nominatio und die Namen der ersten Zeile zeigen Majuskeln. Die Schrift des Hauptkörpers ist vergrösserte fränkische Bücher-Spatiale; die vorletzte Zeile ist nur zu zwei Drittheilen, die letzte nur zur Hälfte gefüllt, den übrig gelassenen Raum nehmen Rota und Monogramm ein. Erstere Nr. 4 Ak, doch in der Raute und in den Armerbreiterungen nicht ausgefüllt, Durchmesser 0,08, Ring nur 0,007; dicht rechts daneben das Mon. br. 0,043, hoch 0,06, doppellinig, im B und den Ausläufern einiger Balken etwas verziert. Komma Nr. 5, die drei Keilkrümmungen leicht nach links weisend. Die drei Zeichen füllen 0,195, das Komma steht 0,015 von der rechten Kante. Die Datirung weist die Petrus-Zeile auf. Es ist auf Linien geschrieben, die bis zur letzten Datumzeile gehen, doch ist die Datirung ziemlich ohne Rücksicht auf dieselben eingetragen. — Sowohl inhaltlich, wie auch im Aeusseren weist die Urkunde manches Ungewöhnliche auf, doch wage ich nicht, sie als Scheinoriginal zu erklären, ohne die Urschrift untersucht zu haben.

Nr. 10.

Nikolaus II bestätigt dem Abte Pontius von St.-Aignan d'Orléans die Besitzthümer und Rechte seines Klosters.

1061 Mai 4. Rom.

Nicolaus episcopus, servus servorum dei, dilectissimo filio Poncio, abbati venerabilis monasterii Anianensis, quod est fundatum atque sacratum in honore sancti Salvatoris domini nostri Iesu Christi ac perpetuae dei genitricis semper virginis Mariae sanctique Michaelis nec non gloriosi Petri, apostolorum principis, seu aliorum sanctorum, eiusque successoribus salutem et apostolicam benedictionem. Convenit apostolico moderamini, pia religione pollentibus benivola charitate succurrere et poscentium votis pium impertire assensum, quia apud conditorem omnium nobis potissimum reponitur praemium, si venerabilia loca, religiosorum virorum devotione constructa, nostra apostolica autoritate fuerint corroborata atque ad meliorem statum perducta. Igitur, quia tua dilectio nostram suppliciter expostulat clementiam, quatenus apostolico privilegio concedamus et corroboremus tibi tuisque successoribus monasterium Anianense secundum tenorem atque astipulationem regalis privilegii, quod eidem loco clementer dinoscitur fuisse indultum a piae memoriae Karolo, Francorum rege Romanorumque patritio, et c) a Ludovico etiam, illius filio, tuae fraternitati ex animo faventes, quicquid regalis munificentia in possessionibus terrarumque reditibus, silvis, pascuis, cultis et incultis, aquarumve decursibus, marinis stagneis, fluviorumque piscationibus, ecclesiarum cum suis adiacentiis delegationibus, ingenuorum servorum seu colonum propagatione atque incolatu olim

a) *dahinter Rasur* b) *vor* u *ist ein* h *wegradirt* c) *nur in B.*

Digitized by Google

praedicto Anianensi coenobio contulit, et quod pia devotio fidelium obtulit [a]) vel collatura est, omneque [b]) illud, quod in praesenti vel in posterum ad praefatum Anianense monasterium pertinere vel possidere a te tibique [c]) commissis dinoscitur, ut absque omni inquietudine cuiuscumque potestatis vel conditionis intacta retinere, distribuere, ordinare aut commutare pro loci utilitate valeas, concedimus et nostra autoritate corroboramus. Et quia ineffrenata [d]) cupiditas haeresisque simoniaca apud vestrates omnino temperantiae discretionisque modum ignorat, ut liberius, quae speculativae vitae sunt congrua, exercere valeatis, subrogationem abbatis sana congregationis electione secundum beati Benedicti normam concedimus et, ut idem subrogandus ab episcopo, quem religiosioris vitae meritum commendaverit, benedicatur fratresque sibi commissi ad sacros ordines promoveantur. Et ut ipse abbas religionis tramitem digne et laudabiliter tenere visus fuerit, licentiam donandi paenitentiam undecumque ad se humiliter concurrentibus excommunicandique perversos potestatem habeat et solvendi satisfacientes, authoritate apostolica indulgemus. Quod si forte, populi iniquitate et malitia exigente, necesse fuerit, provinciam excommunicationis vel anatematis gladio ferire, paterna indulgemus pietate et apostolica authoritate confirmamus, ut idem locus Anianensis immunis maneat ab omni vinculo excommunicationis, ut fratres, inibi degentes, pro nostra totiusque sanctae Romanaeque [e]) ecclesiae salute et prosperitate licenter omnipotenti deo preces persolvere valeant poenitentesque, qui ad diem festum consecrationis confluxerint, ipsa tantummodo die absolutione nostra releventur, ut uberius devotionis sua vota propitiatori omnium exsolvant. Quicumque vero laudabili fama vel exemplo praedicti loci Anianensis provocatus tumulari se in praedicto loco petierit aut possessionis seu substantiae suae qualemcumque quantitatem iam dicto coenobio erogandam delegaverit, nullo pacto vel occasione prohibeatur ab epïscopo, cuius ipsa persona fuerit, excepto, si pro pravis meritis excommunicationi proprii episcopi publice subiacuerit. Et ne parvam quamlibet occasionem praedicti loci congregatio adinveniat minus exequendi, quae sancta sunt et iusta et sanctae regulae congrua, sub divini nominis attestatione prohibemus, ne aliqua mundialis postestas, comes videlicet aut comitissa, archiepiscopus aut episcopus seu quaelibet secularis persona praesumat eidem praefato monasterio arte vel ingenio aut maligna occasione vim inferre vel molestus esse seu quippiam de rebus vel possessionibus auferre aut alienare, aut aliquem cuiuscumque servicii censum contra fas vel monastico ordini in aliquo contrarium exigere. Sed quicumque eidem praedicto loco et congregationi [f]) devotus extiterit, et aliquod suffragium verbo aut opere aut substantiae suae erogatione contulerit, a pio remuneratore omnium deo supernae benedictionis et nostrae humilitatis gratiam percipiant. Super omnia vero pacis et concordiae vinculo consulentes et litigiorum fomitem radicitus abolere cupientes, sub atestatione nominis summi dei obtestamur et excommunicamus, ne in loco Gellonensi quispiam episcopus abbatem benedicere praesumat, quia ad aures nostrae pervenit clementiae, antiquitus cellam praedictam iuris fuisse Anianensis coenobii, sed omnis ordinatio et dispositio possibilitasque iam dicti Gellonensis monasterii [g]) in manum consistat abbatis congregationisque Anianensis. Si quis autem huius nostri privilegii sanctionem et corroborationem in aliquo refragare vel infringere tentaverit, ab omnipotenti deo patre et filio et spiritu sancto perpetua maledictione damnetur et a sanctae ecclesię gremio expulsus cum impiis et [h]) homicidis diabolo tradatur, perennibus gehennae incendiis concremandus. Qui vero huius nostri privilegii conservator extiterit, cum benigno sanctorum omnium collegio euge mereatur percipere.

(R) (M)

Datum Romae, IIII Nonas Maii, per manum Bernardi, sanctę Praenestinae ecclesię episcopi. Anno ab incarnatione domini nostri Iesu Christi [i]) MLXI. Anno III pontificatus Nicholai [k]) papę secundi. Indictione XIIII.

Abschriften der MS. lat. 13816 fol. 67 (A), und 12777 fol. 82 (B), in der Bibl. Nationale zu Paris. Rota und Monogramm sind beigezeichnet, erstere mit der Umschrift + Confirma hoc *etc. und der üblichen Inschrift, letzteres in der einfachen unter Nikolaus II üblichen Art.*

---

a) contulit *B.* b) omne *B.* c) tuisque *B.* d) effrenata *B.* e) Romanae *B.* f) dicto congregationis loco *B.* g) *fehlt in A.* h) in alio lege sacrilegis *steht in A am Rande, fehlt in B.* i) Iesu Christi *fehlt in B.* k) Nicolai *B.*

Digitized by Google

Nr. 11.

Nikolaus II bestätigt dem Abte Roland von Montmajour-lez-Arles die Besitzthümer seines Klosters.

1061 Mai 13.

Nicolaus episcopus, servus servorum dei, Rolando, venerabili abbati, et per eum monasterio sanctae Mariae et sancti Petri in Monte Maiori, suisque successoribus, ibi regulariter promovendis, in perpetuum. Creditae speculationis impellimur cura etiam ardore christianae religionis et studio divini cultus permovemur pro venerabilium locorum percogitare stabilitate atque deo servientium securitate, ut hoc proveniente pio labore et animae Christo dicatae, quae se illic diebus vitae eorum serviturae devenerunt, perseverent imperturbatae nec non illa maneant fine tenus firma, quae a Christianis in dei laude constituta sunt. Igitur, quia petisti a nobis, carissime fili, ut per nostri privilegii paginam tuae ecclesiae et tibi tuisque successoribus perpetualiter confirmaremus omnia, quae praefatae ecclesiae iuste et legaliter competunt, suggestioni tuae gratanter annuentes, per huius nostrae constitutionis decretum et apostolicae sedis liberale edictum concedimus et confirmamus tibi, sicut supra legitur, tuisque successoribus ibidem regulariter promovendis, in perpetuum quicquid praenominato monasterio pertinet, tam quae in praesentiarum possidet, quam quae in futuro qualicumque modo divinis et humanis legibus adquirere poterit, scilicet: ipsum monasterium cum omnibus rebus et possessionibus suis ac pertinentiis mobilibus et immobilibus seseque moventibus, castris, casis, villis, territoriis, ecclesiis cum primitiis et decimationibus et cum omnibus, quae ei pia devotio fidelium sacris obtulit vel contulerit oblationibus, tam pro salute vivorum quamque etiam mortuorum. Statuentes per huius nostrae apostolicae sedis, cui deo authore praesidemus, authoritatem et nostri edicti inviolabilem constitutionem, ut nullus dux, marchio, comes, vicecomes, aut alia magna parvaque persona cuiuscumque dignitatis vel ordinis contra hoc nostrum privilegium praesumat iamdictum monasterium aut te, charissime fili, tuosque in perpetuum successores de bonis disvestire aut inquietare aut aliquid ibi contra sacros canones constituere vel ordinare. Si quis igitur, quod non optamus, contra hoc nostrum privilegium venire tentaverit, et sicuti a nostra apostolica authoritate praeceptum et corroboratum est, permanere non dimiserit, sciat, se anathematis vinculo innodandum, nisi forte resipuerit digneque satisfecerit. Qui vero pio intuitu observator in omnibus extiterit, custodiens huius nostri privilegii constituta, ad cultum dei respicientis, benedictionis gratiam a misericordissimo domino deo consequatur et vitae aeternae particeps mereatur.

(R) (M)

Datum per manus Bernardi, sanctae Prenestinae ecclesiae episcopi. V Nonas Maias. Anno ab incarnatione domini MLXI. Anno tertio pontificatus Nicolai papae II. Indictione XIIII.

Abschrift des MS. lat. 13915 fol. 97, in der Bibl. Nationale zu Paris.

„Le ms., où a été copiée cette pièce, est dû à Claude Chantelou, prêtre de la Congrégation de St.-Maur et provient de St.-Germain des Prés".

Nr. 12.

Alexander II bestätigt dem Kapitel von Notre-Dame et St.-Pol de Besançon seine Besitzthümer.

1069 April 13. Lateran.

Alexander episcopus, servus servorum dei, Vuicardo, decano canoni(c)ae sanctae Mariae et sancti Pauli, Bisuntii positae, caeterisque canonicis perpetuam in domino salutem. Quoties a nobis petuntur, quae a tramite ecclesiasticarum [a]) institutionum non discrepant, prompta caritate debemus talia poscentibus nostrum praebere assensum, et ut firma et inviolata perdurent, favoris nostri gratanter impertiri suffragium. Quapropter, dilectissimi filii, quoniam humilimis precibus nostram misericordiam flagitastis, quatenus praedictam canonicam vestram, sub tutela apostolicae defensionis susceptam

a) eclesiae *B.*

Digitized by Google

scuto piae nostrae protectionis undique muniremus, inclinati, rogationibus vestris et Hugonis archiepiscopi [1]) per legationem suam, praedictam canonicam apostolico munimine [a]) defendendam suscipimus et confirmamus sibi, quidquid nunc iuste habet: ipsam ecclesiam in honore Virginis gentiumque doctoris et egregii martyris Authidii, ibidem requiescentis, cum omnibus appendiciis suis, quae habuit ab antiquo, tertiam partem de teloneo civitatis, quod exigitur a negotiatoribus in annuis et cotidianis mercatis, sicut constitutum est ab Hugone archiepiscopo. Confirmamus etiam vobis medietatem decimarum ecclesiae Lenniensis [b]) et altare totum et capellarum eiusdem omnia altaria et de decimis tantum, quantum designabant sequentia, scilicet apud villare sancti Lazarii medietatem decimarum et altare totum, apud Osseus vero quartam partem, apud Rengavillam etiam medietatem, apud Salinas caldarias duas, sicut bonae memoriae Hugo suis pecuniis acquisitas supradictae canonicae tradidit, in villa quoque, quae dicitur Nanera, altare sancti Lazari cum omnibus appendiciis suis, vel quidquid iuste deinceps acquisitura est tam in terris, quam in vineis mobilibus ac immobilibus ac cuiuslibet generis possessionibus, salva in omnibus proprii episcopi debita reverentia. Et insuper statuimus nostra apostolica authoritate, ut non liceat archiepiscopo loci mutare ibi ordinem canonicorum aut abbatem vel praepositum constituere, qui fratribus praesit, sed tantum decanum illi ipsi fratres inter se et de suis eligant, qui novit magis prodesse ad communem utilitatem, quam preesse ad propriam dignitatem, [sicut etiam et ipsi [c])] cuilibet archiepiscopo licentiam denegamus, aliquid obesse, sed tantum prodesse, generaliter exoptamus. Si quae igitur res, eidem canonicae data et possessa, a quocumquam litigiosa creditur, ne eam prius invadere liceat, quam negotii ipsius determinatio sit exacta, apostolica auctoritate censemus et hoc statuimus, ut nulla ecclesiasticorum vel saecularium magna vel parva persona praefatam canonicam inquietare vel aliquid horum, quae nunc habet, vel deinceps habitura est, ab eius iure in aliud quoquo modo violenter transferre praesumat, salvo in omnibus huius Romanae sedis privilegio. Quisquis igitur temerario ausu huius nostrae sanctionis privilegium contraierit vel illud in totum vel in partem infregerit, nisi admonitus, quod contra nostra apostolica statuta deliquerit, emendaverit, moverit, se apostolicae excommunicationis et anathematis vinculo graviter innodatum. At vero, qui pio intuitu custos et observator extiterit, perpetuae benedictionis abundantia repleatur.

(R.)

Datum Laterani, Idibus Aprilis, per manum Petri, sanctae Romanae ecclesiae diaconi et bibliotecarii, anno VIII. Pontificatus domni Alexandri papae secundi. Anno vero ab incarnatione domini MLXVIIII [d]). Indictione VII.

Abschrift der Coll. Moreau 973 fol. 39b, und 868 fol. 49, in der Bibl. Nationale zu Paris.
Vermerkt ist: ex cartulari. *Die beigezeichnete Rota führt die Umschrift:* + Deus nostrum *etc. und die Inschrift:* Magnus dominus *etc.*

Nr. 13.

Alexander II thut allen Getreuen des heiligen Petrus die Beilegung des Streites kund zwischen den Mönchen von Marmoutier-lez-Tours und denen von Redon (D. Vannes) wegen der Kirche von St.-Sauveur (D. Nantes).

1061—1073.

Alexander episcopus, servus servorum dei, omnibus sancti Petri fidelibus salutem et apostolicam benedictionem. Notum vobis fieri volumus, quem ad modum questio, quę erat inter monachos Maioris monasterii sancti Martini et Rotonense monasterium sancti Salvatoris delata est ante nostram audientiam, fuerit examinata et diligenti cura pertractata et consilio nostrorum fidelium definita. Questi sunt enim Rotonenses monachi adversus iam dictos monachos sancti Martini, quod contenderent eis ecclesiam sancti Salvatoris, sitam loco, qui vocatur Bairiacus, in Namnetensi scilicet episcopatu, quam olim ipsi Rotonenses detenuissent ex concessione cuiusdam militis, nomine Brienni, quamvis ipsius concessionis nullas litteras habuissent. Contra quos monachi sancti

a) *von* inclinati *bis* munimine *fehlt in B, offenbar wegen des vorangehenden* muniremus b) *vel* Luniensis c) *von anderer Hand in die Lücke (868) eingefügt* d) VIII *B.* — .1) *Hugo II de Montfaucon, Erzbischof von Besançon, c. 1067—1085.*

Digitized by Google

Martini respondentes dicebant, iam dictam ecclesiam ex concessione se eiusdem Brienni tenere, et insuper ex datione Namnetensis episcopi, cuius iuri et proprietati praedicta ecclesia pertineret, et utriusque concessionis scripta ostendebant. His auditis, interrogavimus, si ipsa ecclesia de qua lis emerserat, fuisset ipsius Brienni per proprietatem an per beneficium. Ad hoc utraque pars respondit, quod ipsi Brienno pertineret per beneficium Namnetensi ecclesia(e), et non per proprietatem. Nos percunctati si ipsę concessiones Brienni acceperunt effectum voluntate Namnetensis episcopi, responsum accepimus: minime. His auditis, visum est nobis nostrisque fidelibus, Briennum ipsum neutro monasterio concessionem facere potuisse absque voluntate Namnetensis episcopi, cuius iuri ipsa ecclesia pertinebat. Hac causa ex parte Brienni ita determinata, ceperunt dicere iam dicti Rotonenses, quod ex concessione Namnetensium episcoporum, videlicet Airardi [1]) et Quiriaci [2]), iam dictam ecclesiam haberent, cuius concessionis, licet testes haberent in terra sua, nulla tamen scripta ostendere poterant. Maioris monasterii monachi suę concessionis scripta ostendentes asserebant, Rodonenses monachos nunquam ipsam ecclesiam a praedictis episcopis consecutos fuisse. Cumque hęc altercatio inter utramque partem diutius verteretur, inspeximus litteras Namnetensis episcopi, quę hoc idem asserebant, quod Maioris monasterii monachi firmabant. Rotonenses tamen a proposita allegatione nullatenus desistebant. Et quia ipsius episcopi persona deerat, quę hoc probare debuisset, visum es(t) nobis, rem omnem ad ipsius episcopi recordationem referri, ut firmaret, nunquam se ipsam ecclesiam Rotonensibus monachis concessisse ante quam monachis Maioris monasterii tradidisset illam. Et ideo hoc negotium legato nostro, Pisano videlicet episcopo [3]), commisimus, qui noster carissimus filius et de sinu Romanę ecclesię probatur existere. Qui ad partes illas venturus ex nostra deliberatione causam illam et litigium determinaret, ut Namnetensis episcopus per suum idoneum legatum sacramento firmaret hoc, quod de ipsa ecclesia superius dictum est. Hoc autem sacramentum hoc modo procedat: Ego Quiriacus, Namnetensis episcopus, ecclesiam sancti Salvatoris, sitam loco quod vocatur Bairiacus, non tradidi Rodonensis monasterii monachis, nec Airardus, antecessor meus, me sciente, antequam monachis Maioris monasterii sancti Martini ipsa ecclesia per me vel meum antecessorem concessa fuisset.

Abschrift des MS. lat. 16992 fol. 202, in der Bibl. Nationale zu Paris.

Nr. 14.

Alexander II bestätigt den Kanonikern von Ste-Croix d'Orléans ihre Besitzthümer.

1073 April 19. Lateran.

Alexander episcopus, servus servorum dei, canonicis sanctae Crucis Aurelianensis in perpetuum. Inter cetera, quae generalis cura et dispensatio apostolici moderaminis amministrat, quae de rebus ecclesiasticis et praesertim canonicis ordinibus salubriter statuta et ordinata sunt, apostolicis corroborari decretis procul dubio auctoritati convenit et pietati. Considerantes igitur aequitatem vestrae postulationis, videlicet, ut iura canonicae vestrae, quatinus deinceps illaesa atque inviolata permaneant, nostro privilegio muniremus, petitionibus vestris benivola concessione annuendum esse providimus. Intelleximus enim, diu inter vos habitas malas consuetudines tum vestro labore, tum studio et benivolentia episcopi vestri tandem esse resecatas, et ne ulterius resurgendi occasionem aut licentiam habeant, auctorabili censura cohibitas, vota vestra probabili desiderio concepisse et apud apostolica limina quaesivisse. Flexi igitur vestris precibus et interventu confratris nostri Rainerii, vestri videlicet episcopi [4]), per directam ad nos super hac re epistolam exorati, canonicam vestram cum omnibus sibi pertinentibus in tuitionem apostolicae sedis accepimus, rationabiliter confirmantes et corroborantes, ut ea, quae supra memoratus episcopus vester vestris petitionibus de bonis decaniae ad communem usum fratrum annuit atque concessit, rata et indissolubili semper stabilitate permaneant, ita, ut nemo unquam aut inde avellere, aut contra voluntatem fratrum suis usibus mancipare, aut in his seu in aliquibus rebus malas consuetudines revocare, vel ad

1) *Airardus, Bischof von Nantes, 1049—1052.* 2) *Quiriacus II, Bischof von Nantes, 1052—1079.*
3) *Guido II (Rico), Bischof von Pisa, 1061—1076.* 4) *Rainer, Bischof von Orléans, c. 1070 — c. 1082.*

Digitized by Google

detrimentum fratrum in praefata canonica aliquid inducere vel prave moliri audeat. Similiter etiam de cetero concedimus et confirmamus eidem canonicae vestrae, quaecunque bona tam in rebus mobilibus, quam immobilibus nunc iuste habet aut in posterum, deo annuente, habitura est, quatinus ab omni humana infestatione libera atque secura cum omni quiete ea teneat atque possideat, salva tamen reverentia praescripti episcopi. Ut igitur haec semper inconvulsa illibataque permaneant, apostolica auctoritate interdicimus, ut nulla unquam persona, secularis aut ecclesiastica, quicquam, quod his contrarium sit, in eadem canonica inducere seu moliri audeat, nec quicquam de bonis praelibatae decaniae aut aliqua alia sibi adtinentia bona invadere vel disperdere aut inde alienare praesumat. Si quis autem contra huius nostrae sanctionis decreta temerario ausu venire temptaverit, usque ad dignam satisfactionem anathematis laqueo se irretitum noverit. Qui vero haec eadem fideli devotione observare curaverit, divinae remunerationis gratiam et apostolicae benedictionis hic et in futurum consequatur habundantiam.

Data Lateranis, XIII. Kal. Maii, per manus Petri, sanctae Romanae ecclesiae presbyteri cardinalis ac bibliothecarii. Anno XII pontificatus domni secundi Alexandri papae. Indictione XI.

Abschrift der Coll. Baluze 78 f. 9b, in der Bibl. Nationale zu Paris.

Nr. 15.

Gregor VII bestätigt dem Abte Christoph von San Pietro di Cremona die Besitzthümer seines Klosters und verleiht ihm Rechte [1]).

1078 März 10.

Gregorius episcopus, servus servorum dei, dilecto in Christo filio Christoforo, abbati monasterii sancti Petri, constructi in civitate Cremona, suisque successoribus ibidem regulariter promovendis, im perpetuum. Superne miseracionis respectu ad hoc universalis ecclesie curam suscepimus et apostolici moderaminis sollicitudinem gerimus, ut iustis precancium votis attenta benignitate faveamus et libramine equitatis omnibus, in necessitate positis, quantum deo donante possumus, subvenire debeamus, precipue tamen de venerabilium locorum stabilitate pro debito honore summe et apostolice sedis, cuius membra sunt, quantum ex divino adiutorio possibilitas datur, nobis pensandum et laborandum esse perpendimus. Proinde iuxta peticionem (tuam) omnia prefato monasterio, cui tu preesse dinosceris, et quod Romane ecclesie annualem censum duodecim denariorum Mediolanensis monete persolvit, huiusmodi privilegia presenti auctoritatis nostre decreto indulgemus, concedimus atque firmamus. Statuentes, nullum regum vel imperatorum, antistitum, nullum quacumque dignitate preditum, vel quemquam alium audere, de his, que eidem venerabili loco a quibuslibet hominibus de proprio iure iam donata sunt vel in futurum, deo miserante, collata fuerint, sub cuiuslibet cause occasionisve spem minuere vel auferre vel sive suis usibus applicare vel aliis quasi piis de causis pro sue avaricie excusacione concedere, sed cuncta, que ibi oblata sunt vel offerri contigerit, tam a te, quam ab eis, qui in tuo officio locoque successerint, perenni tempore illibata et sine inquietudine aliqua volumus possideri, eorum quidem usibus, pro quorum sustentacione gubernacioneque concessa sunt, modis omnibus profutura; preterea, sicut supradiximus, quecumque nunc iuste habet, aut imposterum, deo annuente, habere contigerit, in quibuslibet rebus mobilibus vel immobilibus. Item constituimus ut, obeunte abbate, non alius ibi quacumque obrepcionis astucia ordinetur, nisi quem fratres eiusdem cenobii cum communi consensu secundum timorem dei elegerint ordinandumque previderint, maxime de eadem congregacione, si idoneus inventus fuerit. Quod si talis, qui huic regimini (congruat), inter eos inveniri non possit, cum consilio religiosorum virorum aliunde sibi patrem et magistrum expetant. Hoc quoque presenti capitulo subiungimus, ut ipsum monasterium et abbates eius vel monachi ab omni secularis servicii sint infestacione securi omnique gravamine mundane oppres(s)ionis remoti, in sancte religionis observacione seduli atque quieti, nulli alii nisi Romane et apostolice sedi, cuius iuris est, aliqua teneantur occasione subiecti. Consecraciones etiam ecclesiarum et ordinaciones monachorum sive clericorum, sepefato cenobio pertinencium, ab episcopo, in cuius

1) *Vergl. die Urkunde vom gleichen Tage mit dem gleichen Incipit für Leno, Jaffé, Reg. 5069 (3806).*

Digitized by Google

diocesi sunt, accipiant, ita tamen, si episcopus canonice ordinatus fuerit et ordinacionem gratis facere voluerit; sin autem aliquid horum obstiterit, abbas cum licencia et auctoritate Romani pontificis, ad qualemcumque catholicum episcopum eis placuerit, causa consecracionis et ordinacionis tam locorum, quam personarum licenter pergat. De cetero, nullam amplius episcopus in predicto monasterio potestatem habeat neque excommunicandi [a]) aut interdicendi aut ad sinodum vocandi. Hec igitur omnia, que huius precepti decretique nostri pagina continet, im perpetuum servanda decernimus. Si quis igitur regum, imperatorum, sacerdotum, clericorum, iudicum ac secularium personarum, hanc constitucionis nostre paginam agnoscens, contra eam temerario ausu venire temptaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reumque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et nisi ea, que ab illo sunt male ablata, restituerit vel digna penitencia illicite acta defleverit, a sacratissimo corpore ac sanguine domini, redemptoris nostri Iesu Christi, alienus fiat, atque in eterno examine districte ulcioni subiaceat. Cunctis autem, eidem loco iusta servantibus, sit pax domini nostri Iesu Christi, quatenus et hic fructum bone accionis percipiant et apud districtum iudicem premia eterne pacis inveniant.

Datum per manus Petri, cancellarii atque cardinalis. Anno dominice incarnacionis millesimo septuagesimo octavo. Pontificatus vero domni Gregorii pape VII v. VI Idus Marcii. Indiccione I.

Kopiaturkunde aus der zweiten Hälfte des 12 Jahrhunderts der Collection Morbios von Mailand, angekauft durch Herrn Wilmersdörfer etc. in München.

Trotz seines weitgehenden Inhaltes und der ungewöhnlichen Stellung der Datumzeile wird die Urkunde als echt anzusehen sein.

Nr. 16.

Gregor VII unterstellt dem Abte Richard von St.-Victor de Marseille und seinen Nachfolgern die Klöster Montmajour-lez-Arles und Notre-Dame-de-la-Grasse (D. Carcassonne) [1]).

1081 April 18. Rom.

Gregorius episcopus, servus servorum dei, dilecto in Christo filio Ricardo, sanctae Romanae ecclesiae cardinali sacerdoti atque abbati Massiliensi, suisque successoribus regulariter promovendis, in perpetuum. Licet apostolici nos apicis cura pro cunctis generaliter ecclesiis vigilare ac pro omnium statu vel restauratione sollicitos esse commoneat, illis tamen praecipue locis nostram curam specialius exibendam perpendimus, quae sub Romanae tutella sedis constituta scimus status sui confirmationem, augmentum vel restitutionem ab hac potissimum ecclesia, cuius iuris sunt, expectare. Quia ergo quaedam monasteria, alterum in Provincia, videlicet sancti Petri, quod dicitur ad Montem maiorem, et alterum in Carcassensi episcopatu sanctae Mariae de Crassa, quae ad huius sedis defensionem pertinere propriique iuris eius esse noscuntur, iam dudum secularium monachorum culpa a religionis tramite deviasse intelleximus, ea reformare ad lapsi decoris speciem valde esse necessarium duximus. Satis enim decencius atque conveniencius esse decernitur, destructa restituere et ad gradum suum collapsa reducere, quam in dilatandis vel noviter edificandis operam dare. Quapropter ad praedictorum locorum restaurationem religionis tuae prudentiam perutilem arbitrantes, licet tu quorumdam proborum virorum precibus adortatus absque licentia nostra de eorum cura te nolueris intromittere, nos tamen censuimus per tuam successorumque tuorum sollertiam fratribus, in eisdem cenobiis deinceps mansuris, perpetuam regularis vitae circumspectionem providere. Proinde, circa prefata monasteria sollicitudinis nostrae vicem dilectioni vestrae comittentes, volumus atque praecipimus, ut in eis, quae amputanda sunt, amputetis, quaeque corrigenda, corrigatis et, quae illis de disciplinae tenore defuerint, vestra vigilantia et labore confirmentur. Praeterea, quotiens eorum rectores obierint, vestri sit studii, alios cum conssensu probabiliorum fratrum de eadem congregatione, si fieri potest, sin autem aliunde, secundum deum et regulam sancti Benedicti abbates eligere ibique substituere, quos ab illo episcopo, in cuius diocesi fuerint, si ab hac sede excommunicatus vel simoniacae hereseos infamia notatus non erit, ordinandos decrevimus.

a) excumunicandi. — 1) *Die Abschrift dieser Urkunde verdanke ich dem Herrn Archivar Felix Ruinaud zu Marseille.*

Digitized by Google

Si vero alterum horum obstiterit, abbas a Romano pontifice sui consecrationem expetat aut, ad quemcumque episcopum ille praeceperit pergere, pro sui ordinatione licentiam habeat. Cuius nichilominus abbatis mores et vitam sicut et subditorum suorum discutere excessusque corrigere, vestrae potissimum providentiae attinebit. Quod si forte in aliquod crimen, depositione dignum, fuerit lapsus, vestrum erit, ad apostolicam audientiam deferre, quatinus aut hic dampnationis suae sententiam per Romanum pontificem excipiat, aut per apostolicum legatum ad id peragendum retromissum dignum sui meriti iudicium subeat. Statuimus etiam, ut, quicquid ad eadem monasteria pertinere cognoscitur, si ab aliquibus irrationabiliter detinetur, ex hac nostra auctoritate repetendi exigendique atque vindicandi [a]) habeatis per omnia, deo iuvante, licentiam, quia dignum est, ut quorum curam geritis, rebus nullo modo defraudemini. Praefato igitur modo vestrae providentiae ac dispositionis vicissitudinem cura sepedicta monasteria tibi tuisque successoribus, ut praelibavimus, regulariter promovendis, concedentes, interdicimus, ut nullus successorum nostrorum vel archiepiscoporum aut episcoporum et nemo clericalis seu laycalis ordinis audeat, hanc potestatem, praesentis decreti auctoritate firmatam, vobis auferrre vel perturbare, sed ea, sicut praefixum est, in vestra salubri ordinatione ac dispositione in perpetuum inconvulsa permaneant.

(R)

Datum Romę, XIIII Kalendas Maii, per manus Petri, sancte Romanę ecclesię presbiteri cardinalis ac bibliothecarii. Anno VIII pontificatus domni VII Gregorii papę. Indictione III.

Or. (St.-Victor de Marseille), charte 271, im Departementalarchive zu Marseille.

Perg. ital., breit 0,38, lang 0,55, unten 0,039 umgeschlagen, durch 4 Löcher geht die roth und gelbe Seidenschnur, deren Bleisiegel verloren. Faltung der Bullen. Die Schrift des Hauptkörpers weist die gewöhnliche alte Kuriale Gregors VII auf. Die Rota ohne Umschrift mit der Inschrift Miserationes *etc. durchbricht die Datirung. Monogramm fehlt.*

Nr. 17.

Gregor VII nimmt das Kloster Bourgueil-en-Vallée (D. Angers) in apostolischen Schutz.

1083 November 24. Lateran.

Gregorius episcopus, servus servorum dei, in Christo filio B(alderico), abbati cenobii Burguliensis [1]), suisque successoribus regulariter promovendis. . . . . Postulationi tue annuentes, sub tutela et defensione sancte sedis apostolice locum, cui preesse dinosceris, videlicet ecclesiam S. Petri suscipimus . . . . . Datum Lateranis, VIII Cal. Decembris, per manus Petri, sancte Romane ecclesie presbiteri cardinalis ac bibliothecarii. Anno XI pontificatus domni Gregorii VII pape. Anno videlicet dominice incarnationis MLXXXI. Indictione VII.

Abschrift der Coll. Gaignières 192, MS. lat. 17127 p. 187, in der Bibl. Nationale zu Paris.

Nr. 18.

Gregor VII bestätigt der Kollegiatkirche St.-Pol. de Besançon ihre Besitzthümer und freies Begräbnissrecht.

1073—1085.

Gregorius episcopus, servus servorum dei, dilecto in Christo filio Wicardo, decano ecclesie sancti Pauli, Bisontii constitute, suisque successoribus, ibidem regulariter permanendis, et universis servitoribus eiusdem loci, in perpetuum. Superne miserationis respectu ad hoc universalis ecclesie curam suscepimus et apostolici moderaminis sollicitudine(m) gerimus, ut iustis precantium votis attenta benignitate faveamus et libramine equitatis omnibus, in necessitate positis, quantum, deo donante, possumus, subvenire debeamus. Precipue tamen de venerabilium locorum stabilitate pro debito honore summe et apostolice sedis, cuius membra sunt, quantum ex divino adiutorio possibilitas datur, nobis pensandum et laborandum esse perpendimus. Proinde iuxta petitionem

a) vendicandi. — 1) *Balderich, Abt von Bourgueil, c. 1079—1107.*

Digitized by Google

tuam predicte ecclesie, cui tunc preesse dinosceris, huiusmodi privilegia presenti auctoritatis nostre decreto indulgemus, concedimus atque firmamus, statuentes, nullum regum vel imperatorum, antistitum, nullum quacumque dignitate preditum vel quemquam alium de his, que eidem venerabili loco a quibuslibet hominibus de proprio iure iam donata sint vel in futurum, deo miserante, collata fuerint, sub cuiuslibet cause occasionisve specie minuere vel auferre, et sive suis usibus applicare, vel aliis quasi piis de causis pro sue avaritie excusatione excedere, sed cuncta, que sibi oblata sunt vel offerri contigerit, tam a te, quam ab aliis, qui in tuo officio locoque successerint, perhenni tempore illibata et sine inquietudine aliqua volumus possideri, eorum quidem usibus, pro quorum sustentatione gubernationeque concessa sunt, modis omnibus profutura. Item constituimus, ut sepulturas fidelium iuxta voluntatem et devotionem uniuscuiusque ibi fieri nemo prohibeat, secundum quod beatus Gregorius Agapito, Urbis veteris episcopo, simili de causa in epistola sua scripsit atque decrevit. Hec igitur omnia, que huius precepti decretique nostri pagina continet, quam cunctis, qui in eo, quo ex ordine locoque successerint, vel eis, quorum interesse poterit, in perpetuum servanda decernimus. Si quis vero regum, episcoporum, sacerdotum, clericorum, iudicum ac secularium personarum, hanc constitutionis nostre paginam agnoscens, contra eam venire temptaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat reumque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat et, nisi ea, que ab illo sunt male ablata, restituerit vel digna penitentia illicite acta defleverit, a sacratissimo corpore et sanguine dei (et) domini, redemptoris nostri Iesu Christi, alienus fiat, atque in extremo examine districte ultioni subiaceat. Cunctis autem, eidem loco iusta servantibus, sit pax domini nostri Iesu Christi, quatenus et hic fructum bone actionis percipiant, et apud districtum iudicem premia eterne pacis inveniant.

(R) (M)

Abschrift der Coll. Moreau 868 f. 17, in der Bibl. Nationale zu Paris.

Rota und Monogramm sind beigezeichnet. Erstere mit doppellinigem Innenkreuze, der Inschrift Miserationes *etc., ohne Umschrift. Monogramm wohl nicht genau gezeichnet, doppellinig mit überragendem* B.

Nr. 19.

Urban II verwilligt Wilhelm, Grafen von Toulouse, einen Kirchhof bei der Kirche Notre-Dame de Toulouse zu errichten, den er mit Absolutionsvorrechten begabt.

1088.

Urbanus papa secundus concessit Guillelmo, Tholosano comiti [1]*, quatenus sibi suaeque progeniei cimiterium construerat iuxta ecclesiam sanctae Mariae apud Tolosam, quam omnino diligebat et honorabat (quamque, docente laudato episcopo, in quantum potuerat, de manu inimicorum liberaverat), absolvens ab omnibus delictorum vinculis tam ipsum, quam omnes alios, qui in eodem loco religionis gratia sepeliri optassent. Episcopo autem, inquit, civitatis, ut illud conservet, ex parte vestra mandabis* [2]*.*

Abschrift des MS. lat. 12680 fol. 190, in der Bibl. Nationale zu Paris.

Nr. 20.

Urban II bestätigt dem Kloster St.-Gilles de Nîmes die ihm von Bischöfen überwiesenen Kirchen und Zellen.

1095 Februar 18. Cremona.

Urbanus episcopus, servus servorum dei, dilectis filiis, Odiloni abbati et ceteris sancti Aegydii monachis, salutem et apostolicam benedictionem. Pro monasterii vestri augmento ac exaltatione deprecantes vos affectione paterne pietatis clementer audivimus, et votis vestris per litterarum presentium auctoritatem impartimur assensum.

---

1) *Wilhelm IV, Graf von Toulouse, 1060—1088, woraus sich die Zeit ergiebt. Jaffé, Reg. 5733 danach zu korrigiren.* 2) *Sinapsis rerum memorabilium prioratus beatae Mariae Deauratae Tolosanae, ordinis sancti Benedicti, congregationis sancti Mauri.*

Digitized by Google

Eas igitur ecclesias sive cellas, quas per episcoporum concessionem vestra industria aquisistis, videlicet sancti Andree de Berniz et sancti Baudilii et sancti Petri de Launiaco et sancti Sebastiani de Alxatis et sancti Aegydii de Duno et sancti Petri de Monte Seleigo et sancti Petri de Trenca, tailla et alias, quas nominatim digerere supersedemus, per presentis decreti a) paginam vobis vestrisque successoribus perpetuo disponendas possidendasque firmamus. — Data Cremone, XII Kalendas Martii.

Abschrift des Chartulaire de S. Gilles, MS. lat. 11018 fol. 26b, in der Bibl. Nationale zu Paris.

Nr. 21.

Urban II bestätigt der Kirche von St.-Nicolas de Mornac (D. Saintes) ihre Besitzthümer.

1096 Januar 2. Limoges.

Urbanus episcopus, servus servorum dei, dilecto filio Wilelmo priori et eius fratribus, in ecclesia beati Nicholai de Morniaco canonicam vitam professis, eorumque successoribus, in eadem religione permansuris, imperpetuum. Desiderium, quod ad religiosum propositum et animarum salutem pertinere monstratur, auctore deo sine aliqua est dilatione complendum. Quia igitur, filii in Christo karissimi, per omnipotentis dei gratiam aspirati primam nascentis ecclesie conversationem multis iam temporibus destitutam renovare proposuistis, ut secundum sanctorum patrum instituta corde uno et una anima sub iugo regule omnipotenti domino serviatis, nos religioni vestre paterno gratulamur affectu et, ut semel inchoata religio auctore deo semper inviolabilis perseveret, secundum venerabilis confratris nostri Ramnulphi, Sanctonensis episcopi [1]), et vestram petitionem tam vos, quam vestra omnia sedis apostolice gremio confoventes, presentis privilegii auctoritate munimus. Statuimus enim, ut nemini inter vos professione exhibita proprium quid habere, nec sine tua, fili karissime Wilelme prior, et eorum, (qui) post te in eodem regimine successerint, aut sine communi congregationis licentia de claustro discedere, liberum sit, quamdiu scilicet illic canonici ordinis tenor, domino prestante a), viguerit. Preterea per presentis decreti paginam apostolica vobis auctoritate firmamus, ecclesias beati Petri, beati Stephani, beati Cirici, cum decima eiusdem ecclesie parrochie beati Petri de Chalaveda. Ad hec adicientes statuimus, ut quecunque hodie vestra ecclesia iuste possidet, sive in futurum concessione pontificum sive principum liberalitate vel oblatione fidelium iuste atque canonice poterit adipisci, firma vobis vestrisque successoribus et illibata permaneant. Decrevimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat, eandem ecclesiam temere perturbare, aut eius possessiones auferre vel ablatas retinere, minuere vel temerariis vexationibus perturbare, sed omnia integra conserventur eorum, pro quorum sustentatione ac gubernatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura, salva Sanctonensis episcopi canonica reverentia. Sane si quis in crastinum archiepiscopus, imperator aut rex, princeps aut dux, comes, vicecomes aut ecclesiastica quelibet secularisve persona, huius nostri decreti paginam sciens, contra eam temere venire temptaverit, secundo terciove commonitus, si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reumque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo corpore ac sanguine dei et domini nostri Iesu Christi alienus stet, atque in extremo examine districte ultioni subiaceat. Cunctis autem, eidem loco iusta servantibus, sit pax domini nostri Iesu Christi, quatimus et hic fructum bone actionis percipiant, et apud districtum iudicem premia eterne pacis inveniant. Amen.

Datum Lemovicis, per manum Iohannis, sancte Romane ecclesie diaconi cardinalis. IIII Nonas Ianuarii. Indictione IIII. Dominice incarnationis anno MXCVI.

Abschrift des Chartul. de Cluny, MS. lat. 5458 fol. 49, in der Bibl. Nationale zu Paris.

---

a) *Le MS. a été gratté, mais il n'y a pas de lacune* b) properante. — — .1) *Ramnulf von Foucaud, Bischof von Saintes, c. 1083—1105.*

Digitized by Google

Nr. 22.

Urban II bestätigt dem Abte Hugo von Cluny (D. Macon) Kirchen seines Klosters.

1096 Juni 3. Toulouse.

Urbanus episcopus, servus servorum dei, venerabili fratri Hugoni, Cluniacensi abbati, salutem et apostolicam benedictionem. Religiosis desideriis dignum est, facilem prebere consensum, ut fidelis devocio celerem sorciatur effectum. Proinde communis filii mei Hunaldi religiosum votum cum iusticie ipsius intuitu cum tue spectabilis religionis reverentia per presentis decreti paginam confirmamus, si quidem, cum ad Cluniacense cenobium conversionis gratia, largiente domino, pervenisset, honorem, qui eum de patrimonio contingebat, cum ecclesia beati Martini de Lautico beato Petro et eius Cluniacensi monasterio delegavit; in ipso eciam loco, quia monasterium antiquitus fuerat ex precepto reverentissimi pape Gregorii septimi, cellam sua industria reparavit. Hanc igitur cum universis, ad eam pertinentibus, in perpetuum Cluniacensis cenobii fratribus possidendam presentis decreti auctoritate firmamus. In quibus hec propriis vocabulis annotanda precipimus: ecclesiam sancti Petri de Casali, sancti Vincencii de Avesac, sancti Vincencii de Plaisac, sancte Marie de Sereniaco, sancti Caprasii de Broilo, sancti Iohannis de Astilgiaco, sancti Martini de Paniciar, sancti Bricii de Triliano, sancte Marie de Bello loco, sancti Caprasii de Cucco, sancte Marie de Calda costa, sancti Nicholai de monte Guascone, sancti Caprasii de Bibitorio, sancti Martini de Guzano, sancti Martini de Calvillo, sancte Marie de Acudello, sancti Germani de Cusunano; in Burdegalensi pago sancti Pauli de Borvo, sancti Clementis de Comma; in pago Lascuzensi sancti Iohannis de Podenx. Quicquid preterea idem locus in futurum iuste adipisci poterit, firmatum, securum integrumque permaneat tam a te, quam a successoribus tuis, seu his, qui per nos in eodem loco prestituentur, regendum disponendumque perpetualiter. Et quia, disponente domino, celle ipsius altare nostris manibus consecratum est, ampliori veneracioni locum ipsum deinceps haberi precipimus; scientes(?) ne cui persone preter Romani pontificis scienciam liceat, adversus idem altare interdictionis aut excommunicacionis proferre sentenciam. Si quis ergo deinceps locum ipsum et quecunque ad eum pertinencia infestare, minuere, temerariis vexacionibus fatigare vel a nostro cenobio alienare presumpserit, divine indignacionis et apostolice districtionis ulcione plectatur, et [a] a sacratissimo corpore ac sanguine domini nostri (Iesu) Christi alienetur, nisi satisfactione congrua emendaverit, reum(que) se divino iudicio haberi cognoscat. Cunctis autem, eidem loco iusta servantibus, sit pax domini nostri Iesu Christi, quatinus et hic fructum bone actionis percipiant et apud districtum iudicem premia eterne pacis inveniant. Amen.

(R) (M)

Datum Tolose, per manum Iohannis, sanctae Romanae ecclesiae diaconi cardinalis. III Nonis Iunii. Indic(t)ione IV. Incarnacionis dominicae anno MXCVII. Pontificatus autem domni Urbani secundi pp. IX.

Abschrift vom 13 Jahrh. der Coll. de Bourgogne 79 Nr. 164, in der Bibl. Nationale zu Paris. Rota und Monogramm sind beigezeichnet, ersteres mit der Umschrift B . n . d . c . t . s . ds . &. p . t . e . R . dm . N . I . X. *Das Monogramm zeigt die allgemeine Grundform von Nr. 2.*

Nr. 23.

Paschalis II bestätigt dem Kloster Lihons (D. Noyon) mehrere Güter.

1100 December 1. Lateran.

Paschalis [b] episcopus, servus servorum dei, dilectis filiis, Lehunensis cenobii monachis, salutem et apostolicam benedictionem. Bonis secularium studiis non tantum favere, sed ad hec eorum animos etiam incitare debemus, quod pro nostro officio eorum saluti prospicimus. Indicavit siquidem nobis Hugo, canonicus Peronensis [1]), Leiardim, religiosam feminam, matrem suam, secundum ipsius voluntatem alodium suum et quicquid proprium et hereditarium in villa Vermendoisviler [2]) habebat, pro animarum suarum remedio vestro monasterio contulisse; quam collationem nostra postulant

a) ut b) Paschasius. — .1) *Péronne.* 2) *Vermandovillers (Somme).*

Digitized by Google

assertione firmari. Nos igitur eorum devotioni annuentes, alodium ipsum et quicquid de suo iure vestro monasterio contulerunt, quietum semper et integrum in vestra vestrorumque successorum possessione ac dominio permanere decernimus. Preterea altare et duas presentes decime altaris de supradicta villa, sicut a Baldrico, bone memorie Noviomensi episcopo [1]), vobis concesse sunt, quietas et integras cenobio vestro manere sancimus, quas videlicet Boso miles, cum se contra iusticiam tenuisse cognovisset, divini timoris instinctu in manus eiusdem episcopi refutavit. Si quis autem hec vestre fraternitatis usibus subtrahere vel auferre temptaverit, canonice austeritatis ultione plectatur et ut sacrilega iudicetur. — Datum Laterani, per manum Iohannis diaconi. Kalendas Decembris. Indictione VIII.

Abschrift vom 13 Jahrh des Cart. de Lyhon, MS. lat. 5460, fol. 6b, in der Bibl. Nationale zu Paris.

Nr. 24.

Paschalis II bestätigt dem Kloster St.-Aubin d'Angers seine Besitzthümer.

1101 October 20. Benevent.

Nous avons en cette année une bulle de Paschal II qui n'est qu'une confirmation des biens et des dependances de St.-Aubin, dont elle fait le dénombrement, comme celle de 1097 [2]), en adjoutant cependant d'autres qui ne se trouvent pas dans la première. Voici le détail de celle-ci:

In Andecavensi pago ecclesiam Treverensem cum pertinentiis suis, ecclesiam sancti Iohannis, que a Vindocinensibus [3]) monachis pro ecclesia sancti Clementis de Creona vestris fratribus commutata est, cum burgo et possessionibus sancti Remigii de Varenna [a]), sancti Albini de Alodiis, sancti Albinini de Sacio [b]), sancti Gervasii de Brionio, sancti Iovimi de Lusdo, sancte Columbe cum dimidio burgo et ecclesiae decima dimidia, ecclesiam Sarmagie, sancti Audoeni et sancte Marie de Tissa, ecclesiam de Comburno, Caleium, Munsteriolum, Nimerla, Peregrina, Artiseium, Cartiniacum, Pinceium, sancti Gervasii de Goiz cum decimis sancti Albini de Pinceio cum nemore sancti Iohannis de castro Gunterii cum pertinentiis suis, sancti Martini de Leeio cum possessionibus suis, Primarium cum parte sylve Chacias, sicut inter monasteria sanctorum Albini et Nicolai [4]), mediantibus Andecavensis ecclesie clericis, divisio eiusdem silve concorditer facta est; in Pictavensi pago ecclesiam sancti Albini de Mairono et Bruceium; in Cinomannensi pago sancti Audoeni de Cenomannis, sancti Petri de Ulmis, sancti Albini de Locaneio, sancti Petri de Cripta, sancti Gervasii de Colonis, sancti Gaudi, sancte Marie de la Bazogia Gunduini; in Namnatensi pago ecclesiam sancte Oportune, sancti Iohannis, sancti Briveni, sancti Nicolai de Salliaco.

Datum [c]) Beneventi, per manum Iohannis, sancte Romane ecclesie diaconi cardinalis. XIII Kalendas Novembris. Indictione X. Anno pontificatus domni Paschalis secundi pape III.

Abschrift des MS. lat. 12658 fol. 169, in der Bibl. Nationale zu Paris.
Es ist noch bemerkt: Scellée de plomb en lacqs de soye jaune.

Nr. 25.

Paschalis II bestätigt dem Abte Wilhelm von Montmajour-lez-Arles die Besitzthümer und Rechte seines Klosters, wofür dasselbe eine jährliche Abgabe an die Laterankirche zu zahlen hat [5]).

1102 Februar 25.

Paschalis episcopus, servus servorum dei, dilecto filio Guilielmo, abbati venerabilis monasterii, quod in honore beatae Mariae semper virginis et beati Petri apostolorum

---

a) *c'est le même que* Chiriacum *de la bulle de 1097. Randnotiz* b) *oder* Salio c) *cette bulle est donnée.* — .1) *Balduin wird gemeint sein, Bischof von Noyon, c. 1044 — c. 1068. Balderich war von 1098—1113 Bischof, die Memoration würde mithin für ihn nicht passen.* 2) *Jaffé, Reg. 5641 (4222).* 3) *Ste.-Trinité de Vendôme.* 4) *St.-Nicolas-lez-Angers.* 5) *Vergl. Mabillon, Ann. ord. Ben. V p. 454.*

Digitized by Google

principis apud Montem Maiorem in Arelatensi parochia situm est, eiusque successoribus regulariter substituendis in perpetuum. Ad hoc nos, disponente domino, in apostolicae sedis servitium promotos cognoscimur, ut eius filiis, auxilium implorantibus, efficaciter subvenire et ei obedientes tueri ac protegere, prout dominus dederit, debeamus. Eapropter petitionibus tuis, fili in Christo charissime, Guilielme abbas, non immerito annuendum censuimus, ut Montis Maioris monasterium, cui deo authore praesides, ad predecessorum nostrorum Gregorii, Leonis ac Nicholai et Urbani exemplar privilegio sedis apostolice muniremus. Per praesentis igitur decreti paginam apostolica authoritate statuimus, ut quaecumque hodie idem coenobium iuste possidet, sive in futurum concessione pontificum, liberalitate principum vel oblatione fidelium iuste atque canonice poterit adipisci, firma tibi tuisque successoribus et illibata permaneant. In quibus: castrum Biduini, quod iurisdictionis sanctae nostrae Romanae habetur ecclesiae, secundum predecessorum nostrorum institutum vobis vestrisque successoribus regendum possidendumque contradimus cum ecclesiis sanctae Mariae, sancti Antonii, sancti Petri de Monistrolio cum universis eiusdem castri pertinentiis; ex qua videlicet possessione libras thuris per quinquennium tres, ex ipso vero monasterii capite per singulos annos Merguliensis monetae solidos quatuor Lateranensi palatio persolvetis. Confirmamus etiam vobis monasterium sancti Martini de Alamonte et villam, quae dicitur Septem furni, et in comitatu Bederense villam Fonneti, et in comitatu Regensi castrum quod vocant Crisellum, et monasterium Stubloni cum omnibus pertinentiis eorum. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat, eamdem ecclesiam temere perturbare aut eius possessiones auferre vel ablatas retinere vel iniuste datas suis usibus vendicare, minuere vel temerariis vexationibus fatigare, sed omnia integra conserventur eorum, pro quorum sustentatione et gubernatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura. Obeunte te, nunc eius loci abbate, vel tuorum quolibet successorum, nullus ibi qualibet surreptionis astutia seu violentia praeponatur, nisi quem fratres communi consensu vel fratrum pars consilii sanioris secundum dei timorem et beati Benedicti regulam providerint eligendum; qui videlicet aut ab apostolice sedis pontifice, aut ab eo, cui ipse permiserit, ordinetur. Chrisma, oleum sanctum, consecrationes altarium sive basilicarum, ordinationes monachorum, qui ad sacros fuerint ordines promovendi, ab episcopo, in cuius diocesi estis, accipietis, si quidem catholicus fuerit et gratiam atque communionem apostolicae sedis habuerit, et si ea gratis ac sine pravitate voluerit exhibere, alioquin liceat vobis, a quo malueritis catholico episcopo earumdem consecrationum sacramenta suscipere. Missas sane publicas in eodem monasterio per episcopum celebrari, stationes fieri aut ordinationes aliquas praeter abbatis et fratrum voluntatem institui prohibemus, cui etiam facultas nulla sit, sine Romani pontificis aut legati eius audientia saepefatum Maioris Montis monasterium excommunicationi vel interdictioni subicere. Sepulturam quoque eiusdem loci omnino liberam esse decernimus, ut eorum, qui illic sepeliri deliberaverint, devotioni et extremae voluntati, nisi forte excommunicati sint, nullus obsistat. Si quis ergo in crastinum archiepiscopus aut episcopus, imperator aut rex, princeps aut dux, comes, vicecomes, iudex aut ecclesiastica quaelibet secularisque persona, hanc nostrae constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundo tertiove commonita, si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo corpore ac sanguine dei et domini, redemptoris nostri Iesu Christi, aliena fiat, atque in extremo examine districtae ultioni subiaceat. Cunctis autem, eidem loco iusta servantibus, sit pax domini nostri Iesu Christi, quatinus (et) hic fructum bonae actionis percipiant, et apud districtum iudicem praemia aeternae pacis inveniant. Amen. Amen. Amen. — Scriptum per manum Petri, notarii, regionarii [et scrinarii] sacri palatii.

(R) Ego Paschalis catholice ecclesie episcopus [a]) ss. (M)

Datum per manum Iohannis, sancte Romane ecclesie diaconi cardinalis. v Kalendas Martii. Indictione x. Incarnationis dominicae anno MCII. Pontificatus autem domni Paschalis papae III.

Abschrift des MS. lat. 13915 fol. 138, in der Bibl. Nationale zu Paris. Rota und Monogramm sind beigezeichnet. Rota Nr. 5 B. Monogramm Nr. 1.

---

a) papa.

Digitized by Google

Nr. 26.

Paschalis II bestätigt dem Abte Gottfried von Vendôme (D. Chartres) die Besitzthümer und Rechte seines Rom speziell unterstellten Klosters, wofür jährlich 12 Solidi an den Lateranensischen Palast zu zahlen sind.

1102 März 11. Lateran.

Paschalis episcopus, servus servorum dei, dilecto filio Goffredo, Vindocinensis monasterii abbati, eiusque successoribus regulariter substituendis, in perpetuum. Sicut iniusta poscentibus nullus est tribuendus effectus, sic legitima desiderantium non est differenda petitio. Tuis igitur, fili in Christo charissime Goffrede, petitionibus annuentes, Vindocinense coenobium, cui deo auctore in abbatem praeesse dignosceris, praesentis decreti auctoritate munimus. Quod videlicet coenobium Goffredus, bonae memoriae, Andegavensis comes [1]), et Agnes, Pictaviensis comitissa [2]), in iure suo sumptu suo pro animarum suarum salute constructum [3]), summae ac individuae trinitatis nomine consecratum beato Petro, apostolorum principi, et sanctae eius Romanae ecclesiae in alodium proprium obtulerunt. Et nos itaque secundum praedecessorum nostrorum apostolicae memoriae, Gregorii septimi et Urbani secundi, auctoritatem praefatorum comitum votum et oblationem firmantes, praefatum monasterium sub protectione sedis apostolicae specialiter permanere et ab omni iugo aliarum personarum immune persistere mansuro in perpetuum decreto sancimus. Per praesentis igitur privilegii paginam apostolica auctoritate statuimus, ut, quaecunque a praedictis comitibus ecclesiae vestrae oblata et praedecessorum nostrorum privilegiis confirmata sunt, et quaecunque hodie idem coenobium possidet, sive in futurum concessione pontificum, liberalitate principum vel oblatione fidelium animarum quaelibet poterit adipisci, firma tibi tuisque successoribus et illibata permaneant. In quibus haec propriis visa sunt exprimenda nominibus: ecclesia sancti Georgii in Oleronis insula cum magna parte eiusdem insulae, ecclesia beatae Mariae de Surgeriis, ecclesia sancti Sepulcri de Balgenciaco, ecclesia de Andreio, ecclesia sancti Saturnini, quae est super Ligerim, ecclesia sancti Nicolai de Olerone, ecclesia sancti Petri de Monte foleti, et quicquid Robertus de Monte Contrio Vindocinensi coenobio donavit et eius filius Berthrandus de suo iure consensit. Praecipimus etiam, ut sancti Salvatoris iuxta Andegavis muros ecclesia vestro coenobio tanquam capiti membrum semper adhaereat, et eius universa dispositio in tua tuorumque successorum manu absque alicuius contradictione persistat. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat, praefatum coenobium temere perturbare aut eius possessiones aufferre vel ablatas retinere, minuere vel temerariis vexationibus fatigare, sed omnia integra conserventur eorum, pro quorum sustentatione et gubernatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura. Praeterea statuimus, ut Andegavensis, Pictavensis et Vindocinensis comites omni tempore sint defensores et adiutores eiusdem loci ad honorem apostolicae sedis. Et si quis contra locum illum molestiam litis pro aliquibus rebus inferre voluerit, nullatenus consentiant, antequam apostolicam sedem consulant, quia quicquid sine iudicio aut consensu nostro pervasum vel distractum fuerit alicuius iudicio, irritum erit, nec eorum quilibet aliquam exactionem sive consuetudinem Vindocinensis monasterii rebus inferat, nec in eis aliquid vendicare praesumat praeter patrocinium solum, quod eis ad honorem apostolicae sedis exhibere promissum est. Obeunte te vel tuorum quolibet successorum, nullus ibi qualibet subreptionis astutia vel violentia praeponatur, nisi quem fratres communi consensu vel fratrum pars consilii sanioris secundum dei timorem et beati Benedicti regulam decreverint eligendum, non tamen sine trium abbatum consilio, quos religiosiores in vicinis provinciis habere contigerit. Electus autem abbas a Carnotensi [4]) episcopo benedicatur, omni professione vel cuiuslibet rei exactione deposita, si tamen idem episcopus communionem et gratiam apostolicae sedis habuerit, et si ordinationem ipsam gratia ac sine pravitate exhibere voluerit, alioquin ad Romanum pontificem renovatur [a]). Praeterea praecipimus, ut tam in Vindocinensi loco, quam in praedicta secus Andegavim sancti Salvatoris ecclesia sine Romani pontificis licentia nulli episcopo liceat, potestatem aliquam aut dominationem exercere aut excommunicare seu interdicere, etiamsi forte contigerit, Carnotensem aut

---

a) removatur? recurratur? — .1) *Gottfried II, regierender Graf von Anjou, 1040—1060.* 2) *Agnes, Tochter Otto Wilhelms von Burgund und Wittwe des Grafen Wilhelm V von Aquitanien, seit 1032 Gemahlin Gottfrieds II.* 3) *1032.* 4) *Chartres.*

Digitized by Google

Andigavensem patriam pro culpis quibuslibet excommunicari, ita tamen, ut excommunicatos ipsi non recipiant. Neque etiam subditas ei cellas, ubicunque sint, excommunicare vel interdicere cuiquam liceat, nisi apertis pro culpis, et quas Vindocinensis abbas et fratres, canonice ab episcopis admoniti, emendare contempserint. Ad indicium vero peractae huius a Romana ecclesia libertatis per annos singulos de moneta vestrae patriae duodecim solidos Lateranensi palatio persolvetis. Sane si quis in crastinum archiepiscopus aut episcopus, imperator aut rex, princeps, marchio aut dux, comes, vicecomes, iudex aut persona quaelibet, potens aut impotens, huius nostri privilegii paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundo tertiove commonita, si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo corpore dei et domini, redemptoris nostri Iesu Christi, aliena fiat, atque in extremo examine districte ultioni subiaceat. Cunctis autem, eidem loco iusta servantibus, sit pax domini nostri Iesu Christi, quatenus et hic fructum bonae actionis percipiant, et apud districtum iudicem praemia aeternae pacis inveniant. Amen. Amen. Amen. — Scriptum per manum Petri, notarii, regionarii et scriniarii sancti(!) palatii.

Ego Paschalis catholicae ecclesiae episcopus.

Datum Laterani, per manum Ioannis, sanctae Romanae ecclesiae diaconi cardinalis. V Idus Martii. Indictione X. Incarnationis dominicae anno MCIII. Pontificatus autem domni Paschalis secundi papae III.

Abschrift des MS. lat. 12780 fol. 255, in der Bibl. Nationale zu Paris.

Nr. 27.

Paschalis II bestätigt dem Abte Humbert von St.-Oyand de Joux (D. Lyon) die Besitzthümer und freies Begräbnissrecht seines Klosters.

1102 März 21. Rom.

Paschalis (episcopus,) servus servorum dei venerabili filio Humberto, abbati sancti Eugendii Condadiscensis, eiusque successoribus regulariter substituendis, in perpetuum. Si iniusta petentibus nullus est attribuendus effectus, sic legitimo desiderio non est differenda petitio. Tuis [igitur] precibus annuentes, quas per religiosum congregationis fratrem Hugonem Bong . . . . suggessisti, presentis decreti stabilitate sanccimus, ut monasterium vestrum ab omnium personarum molestiis liberum perseveret et tam vos quam [successores vestri] sub apostolice sedis tutela semper et patrocinio foveamini. Statuimus etiam, ut cella sancti Lupiensi cum appendiciis suis, ecclesia d'Arbosiaco cum capellis suis, eclesia de Vividuno, ecclesia de Sessiaco cum capellis earum sub . . . . . conserventur. Praeterea per presentis privilegii paginam apostolica auctoritate censemus, ut quaecumque hodie idem monasterium iuste possidet, sive in futurum concessione pontificum, liberalitate principum vel oblatione fidelium iuste atque canonice poterit adipisci, firma tibi tuisque successoribus [et] illibata permaneant. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat, idem monasterium temere perturbare, aut eius possessiones aufferre, vel ablatas retinere, vel iniuste datas suis usibus vendicare, minuere vel temerariis vexationibus fatigare, sed omnia integre conserventur eorum, pro quorum sustentatione et gubernatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura. Sepulturam sane eiusdem loci omnino liberam esse decernimus, ut eorum, qui illic sepeliri deliberaverint, devotioni et extremae voluntati, nisi forte excommunicati sunt, nullus obsistat. Si que vero in futurum ecclesiastica saecularisve, persona, hanc nostre constitutionis paginam sciens, contra [a] eam [a] temere venire temptaverit secundo tertiove commonita, si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo corpore ac sanguine dei et domini, redemptoris nostri Iesu Christi, aliena fiat et in extremo examine districtae ultioni subiaceat. Cunctis autem, eidem loco iusta servantibus, sit pax domini nostri Iesu Christi, quatenus et hic fructum bonae actionis percipiant et apud districtum iudicem premia aeternae pacis inveniant. Amen. Amen. — Scriptum per manum Petri, notarii, regionarii et scrinarii sacri palatii.

a) contradicere.

Digitized by Google

Ego Paschalis episcopus catholicae eclesiae subscripsi.
Ego Guido Viennensis episcopus subscripsi.
Ego Hostiensis episcopus huic iudicio subscripsi.
Ego Milo Praenestinus episcopus subscripsi.

Datum Romae, per manum Iohannis, sanctae Romanae ecclesiae diaconi cardinalis. XII Kal. Aprilis. Indictione X. Incarnationis dominicae anno MCIII. Pontificatus autem domni Paschalis II pape III.

Abschrift der Coll. Moreau 875 fol. 60, in der Bibl. Nationale zu Paris.

Nr. 28.

Paschalis II bestätigt der Kongregation von Bec (D. Rouen) drei von Bischöfen überwiesene Kirchen.

1102 April 18. Lateran.

Paschalis episcopus, servus servorum dei, dilectis filiis, Willelmo abbati et universae congregationi Beccensis monasterii, salutem et apostolicam benedictionem. Apostolicae sedis dignitas exigit, per universas dei ecclesias recta disponere et, quae ab aliis recte disposita sunt, confirmare. Significastis siquidem nobis, venerabiles fratres, Willelmum, Rothomagensem [1]), Ivonem, Carnotensem [2]), Goffridum, Parisiensem episcopos [3]), singulas in parrochiis suis ecclesias vestro monasterio in salarium contulisse: videlicet in Rothomagensi ecclesias sancti Petri de ponte Isara, in Carnotensi ecclesias sancti Nicasii de Mellento, in Parisiensi ecclesias sanctae Honorinae de Confluentio. Et nos igitur quidem nostra in posterum providentes, easdem ecclesias vobis vestrisque successoribus confirmamus, ut, sicut ab eisdem episcopis dispositum est, semper in vestri monasterii possessione permaneant. Si quis autem temerario ausu easdem ecclesias a monasterii vestri corpore distrahere ac separare praesumpserit, beati Petri gladio et apostolicae ipsius ecclesiae ultione plectatur.

Datum Laterani, XIV Calendas Maii. Incarnationis dominice anno MCIV. Indictione X. Pontificatus autem domni Paschalis pape III.

Abschrift des MS. lat. 12741 fol. 110, in der Bibl. Nationale zu Paris.
Die Urkunde gehört offenbar zur Gruppe der Halbbullen, wenn die päpstliche Unterschrift nicht etwa vom Abschreiber weggelassen ist.

Nr. 29.

Paschalis II nimmt das Kloster Petersberg (D. Metz) in apostolischen Schutz und bestätigt ihm seine Besitzthümer und Rechte, wofür es jährlich einen Golddenar oder alle vier Jahre einen Byzanzier an den Lateranensischen Palast zu entrichten hat.

1102 April 20. Porticus von S. Peter zu Rom.

Paschalis episcopus, servus servorum dei, dilectis in Christo filiis, Guacelino abbati et eius fratribus in monte, quem nos sancti Petri [4]) nominavimus, canonicam vitam professis, eorumque successoribus regulariter promovendis, in perpetuum. Religiosis desideriis dignum est, facilem praebere assensum, ut fidelis devocio celerem sorciatur effectum. Proinde nos vestris, karissimi filii, precibus annuentes, ecclesiam vestram, beati Petri nomine ab Mathildi singulari beati Petri filia institutam [5]) in loco Scandalmont, quam nos sancti Petri montem nominavimus, sub iure ac protectione beati Petri ac sancte ipsius sedis apostolice specialiter confovendam suscipimus. Per presentis igitur privilegii paginam apostolica auctoritate statuimus, ut quaeque dona quasque possessiones eadem comitissa vestre contulit ecclesie vel in futurum, domino inspirante, contulerit, quicquid etiam fideles quilibet in quocunque episcopatu de suo iure pro suarum animarum salute deinceps obtulerint, quicquid preterea concessione pontificum, liberalitate principum iuste canoniceque poteritis adipisci, firma vobis vestrisque successoribus et illibata permaneant. Decernimus quoque, ut nulli omnino homini

1) *Wilhelm Bonne-Ame, Erzbischof von Rouen, 1079—1110.* 2) *Ivo, Bischof von Chartres, 1090—1115.* 3) *Gottfried von Boulogne, 1061—1095.* 4) *St.-Pierre-du-Mont.* 5) *Mathilde von Tuscien; im Jahre 1090.*

Digitized by Google

liceat, eundem locum temere perturbare aut eius possessiones auferre vel ablatas retinere, minuere vel temerariis vexationibus fatigare, sed omnia integra conserventur eorum, pro quorum sustentacione ac gubernacione concessa sunt, usibus omnimodis profutura. Obeunte congregationis vestre abbate, nullus ibi qualibet subreptionis astucia vel violencia preponatur, nisi quem fratres communi consensu vel fratrum pars consilii sanioris secundum dei timorem institutionemque canonicam providerit eligendum. Ordinaciones clericorum, consecrationes abbatum sive basilicarum ab Metensi accipietis episcopo, si quidem gratiam ac communionem apostolice sedis habuerit, et si ea gratis ac sine pravitate voluerit exhibere. Alioquin liceat vobis, catholicum, quem malueritis, adire antistitem, et ab eo abbatis benedictionem seu fratrum consecrationes suscipere, qui apostolice sedis fultus auctoritate, que postulantur, indulgeat. Statuimus etiam, ne cui fratrum post professionem exhibitam liceat, ex eodem claustro sine abbatis seu congregationis permissione discedere. Discedentem vero nullus abbatum vel episcoporum, nullus monachorum seu canonicorum sine communium cautione litterarum suscipiat. Ad hec adicimus, ut episcopus locum ipsum gravare non audeat, vel aliqua consuetudine, que regularium fratrum quieti noceat, irrogare. Preterea prohibemus ac interdicimus, ut circa cenobii vestri ambitum occasione qualibet assultum facere nemo presumat. Si vero, quod absit, forte contigerit, infra atrium vestrum vel effusionem sanguinis vel verberum illationem sive in aliquo huius violentiam irrogari, nequaquam propter hoc ecclesia vestra a divinis prohibeatur officiis. Porro in ecclesiis, quas per diversos episcopatus sub iure loci vestri habetis, de congregationis vestre fratribus rectores constituendi liberam vobis concedimus facultatem, salvo iure episcopi, in cuius diocesi ecclesie site sunt. Ad indicium autem percepte huiusmodi a Romana ecclesia libertatis, per annos singulos denarium aureum aut in IIII anno bizantinum Lateranensi palacio persolvetis. Si qua sane in crastinum ecclesiastica secularisve persona, huius decreti paginam sciens, contra eam temere venire attemptaverit, secunda commonitione commonita, si non satisfactione emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, atque a sacratissimo corpore (et) sanguine dei ac domini, redemptoris nostri Iesu Christi, aliena fiat, ac in extremo examine districte ultioni subiaceat. Cunctis autem, eidem loco iusta servantibus, sit pax domini nostri Iesu Christi, quatinus et hic fructum bone actionis percipiant, et apud districtum iudicem premia eterne pacis inveniant. Amen. — Scriptum per manus Reynerii, notarii et regionarii et scriniarii sacri palatii.

Ego Paschalis catholice ecclesie episcopus subscripsi.

Datum Rome in beati Petri porticum, per manum Iohannis, sancte Romane ecclesie diaconi cardinalis. XII Kalendas Maii. Indictione X. Incarnationis dominice anno MCIII. Pontificatus autem domni Paschalis pape secundi anno III.

Abschrift des Chartul. S. Petri de Monte, MS. lat. 12866 fol. 4, in der Bibl. Nationale zu Paris.

Nr. 30.

Paschalis II bestätigt dem Kloster Ste.-Croix de Bordeaux die Beilegung seines Streites mit dem Kloster St.-Sever-Cap-de-Gascogne (D. Aire).

1103 November 7. Lateran.

Paschalis papa secundus notificavit dilectis filiis suis, monachis sanctae Crucis Burdegalensis, finem, quem querela inter ipsorum et sancti Severi monasteria pro ecclesia sanctae Mariae de Solaco, olim diu agitata, et per Romanae ecclesiae vicarios, Amatum Olorensem et Hugonem [1]), tunc Diensem episcopos, in Burdegalensi concilio [2]) finita, in palatio Lateranensi in ipsius praesentia susceperat. Cum Fulco vestri monasterii et Suavius sancti Severi abbates, inquit, praesentes affuissent, relectis illorum instrumentis et diligentius indagatis, iudicatum est a fratribus nostris episcopis, qui in tempore aderant, et presbiteris cardinalibus, debere diffinitionem illam, quae per eosdem legatos facta fuerat, robur perpetuum obtinere. Et nos ergo, prosequitur pontifex, ipsam huius litis decisionem nostra assertione firmantes, sancimus, eamdem sanctae Mariae ecclesiam

1) *Hugo I, Bischof von Die, 1074—1092.* 2) *Vergl. die Beilegung von Streitigkeiten auf dem Konzile von Bordeaux im Jahre 1098. Encycl. theolog. XIII p. 344.*

Digitized by Google

de Solaco, sicut per iamdictos vicarios definitum est, a sanctae Crucis monasterio quiete in perpetuum possideri. Et ne deinceps clamor aliquis audiatur, corroboratione praesentis paginae prohibemus.

Datum Laterani, VII Idus Novembris, per manum Iohannis, sanctae Romanae ecclesiae diaconi ac bibliothecarii. Anno V pontificatus domni Paschalis. Indictione XII. Anno dominicae incarnationis MCIIII.

Abschrift des Monasticon Benedictinum, MS. lat. 12666 fol. 144b, in der Bibl. Nationale zu Paris.

Nr. 31.

Paschalis II bestätigt den Bischof Lambert von Arras in seinem Amte und dessen Hochstift im Besitze seiner Güter.

1104 März 5. Lateran.

Paschalis episcopus, servus servorum dei, ve[ne]rabili fratri Lamberto, Atrebatensi episcopo, eiusque successoribus canonice promovendis, in perpetuum. Sicut iniusta poscentibus nullus est tribuendus effectus, sic legittima desiderantium non est differenda peticio. Te igitur, dilectissime ac reverendissime frater, quem in Atrebatensi ecclesia predecessor noster, domino restituente, constituit, nos quoque cum divino favoris presidio in episcopalis dignitatis functione firmamus. Quicquid autem predicte ecclesie beatus Remigius contulit, quicquid antiquis temporibus, dum episcopali dignitate polleret, eam possidere constituerit, salvis legalibus institutis et Romane ecclesie privilegiis, ratum tibi ac successoribus tuis permanere sancimus. In quibus nominatim confirmamus prefate ecclesie villam Maroel et Estrom et molendina duo, alterum intra murum Atrebatensem, alterum quod Eschofol dicitur, Squaviam cum monte sancti Eligii, silvam sancti Leodegarii, Rodulficurtem, Medini villam, sanctum Martinum, Valcurt, Lambres, decimam Iuviniaci, villas quoque in Çameracensi episcopatu constitutas, Orchos et Sambucetum, quas idem beatus Remigius ex dono Loudovici, regis Francorum, contulit in alimoniis clericorum Atrebatensi ecclesie et testamento suo firmavit. Quecumque preterea bona in presentiarum prefata ecclesia iuste possidet sive in futurum concessione pontificum, liberalitate principum vel oblatione fidelium iuste et canonice poterit adipisci, firma tibi tuisque successoribus et illibata permaneant. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat, eandem ecclesiam temere perturbare, aut eius possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere vel temerariis vexationibus fatigare, sed omnia integra conserventur, tam tuis, quam clericorum et pauperum usibus profutura. Preterea beati Preiecti martyris monasterium, quod in Betuniensis castelli territorio parrochiam [a]) Fuscharies situm est, sub tuo ac successorum tuorum iure seu dispositione in perpetuum manere sancimus. Et proprium deinceps, largiente domino, abbatem iuxta beati Benedicti regulam habere decernimus, qui ab episcopo Atrebatensi benedictionem accipiat. Si qua sane ecclesiastica secularisve persona, hanc nostre constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire temptaverit, secundo terciove commonita, si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo corpore ac sanguine dei et domini, redemptoris nostri Ihesu Christi, aliena fiat, atque in extremo examine districte ultioni subiaceat. Cunctis autem, eidem loco iusta servantibus, sit pax domini nostri Ihesu Christi, quatinus et hic fructum bone actionis percipiant et apud districtum iudicem premia eterne pacis inveniant. Amen. — Scriptum per manum Rainerii, scriniarii, regionarii et notarii sacri palatii.

Datum Laterani, III Nonas Martii, per manum Equicii, agentis vicem cancellarii. Indictione XII. Incarnationis dominice anno MCIIII. Pontificatus autem domni Paschalis secundi pape V.

Abschrift vom 13 Jahrh. des Chartul. Atrebat., MS. lat. 17737, fol. 55b, in der Bibl. Nationale zu Paris.

a) *Wohl* et in parrochia *zu lesen.*

Digitized by Google

Nr. 32.

Paschalis II bestätigt dem Abte Wilhelm von St.-Chaffre (D. Puy) die Besitzthümer seines Klosters, wofür es jährlich fünf Solidi an den Lateranensischen Palast zu zahlen hat.

1105 März 24. Lateran.

Paschalis episcopus, servus servorum dei, charissimo filio Wlliermo, abbati venerabilis monasterii sancti Theofredi [1]), quod in pago Aniciensi situm est, eiusque successoribus regulariter promovendis, in perpetuum. Sicut iniusta poscentibus nullus est tribuendus effectus, sic legitima disiderantium non est differenda petitio. Tuis igitur, dilectissime fili, iustis petitionibus annuentes, tibi tuisque legitimis successoribus beati martyris Theofredi monasterium et quaecumque ad idem pertinent in cellis et in ecclesiis, in villis, sylvis, pratis, agris cultis et incultis, in aquis aquarumque decursibus, potestate nostri officii confirmamus. Per praesentem igitur nostri privilegii paginam apostolica authoritate statuimus, ut, quaecumque hodie idem coenobium iuste possidet sive in crastinum concessione pontificum, liberalitate principum vel oblatione fidelium iuste atque canonice poterit adipisci, firma tibi tuisque successoribus et illibata permaneant. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat, idem monasterium temere perturbare aut eius possessiones auferre vel ablatas retinere, minuere vel temerariis vexationibus fatigare, sed omnia integra conserventur eorum, pro quorum sustentatione ac gubernatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura. Ad haec adicimus: ecclesiam de castro Severiaco sancti Salvatoris cum suis dependentiis, sicut a Ruthenensi [2]) episcopo cum clericorum suorum conniventia urbis concessa est; ecclesiam quoque de Cervaria, quae est in episcopatu Taurinensi [3]), vestrum monasterium quiete semper libereque possideat aliasque ecclesias salva in omnibus episcoporum, in quorum diocesibus consistunt, canonica reverentia, siquidem catholici fuerint et gratiam et communionem apostolicae sedis habuerint. Vos igitur, filii in Christo charissimi, oportet regularis disciplinae institutiones sollicitius ac devotius insudare, ut, quanto a secularibus estis tumultibus liberi, tanto studiosius placere deo totis mentis et animae virtutibus anheletis. Praecipue studentes, Romanae ecclesiae reverenda decreta servare, cuius patrocinio estis a iugo omnium viventium, annuente deo, premuniti. Ad indicium autem perceptae huius a Romana ecclesia libertatis per annos singulos ex vestro monasterio vestratis monetae v solidos Lateranensi palatio persolvatis. Sane si quis in crastinum archiepiscopus aut episcopus, imperator aut rex, princeps aut dux, comes aut vicecomes aut iudex aut persona quaelibet parva vel magna, potens aut impotens, huius nostri privilegii paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundo terciove commonitus, si non satisfactione congrua emendaverit, a Christi et ecclesiae corpore cum authoritate apostolica segregamus. Conservantibus autem pax a deo et misericordia praesentibus ac futuris saeculis conservetur. Amen. — Scriptum per manum Ioannis, scriniarii, regionarii ac notarii sacri palatii.

Abschrift des Chartul. de Monestier-en-Velay, MS. lat. 5456 A. fol. 11, in der Bibl. Nationale zu Paris. Vermerkt: „sigillum est in originali". Eine Datumzeile fehlt in der mir übersandten Abschrift. Löwenfeld bemerkt Jaffé, Reg. 6015 pro: Dat. per manum Aquilei, agentis vicem cancellarii, legendum est: Dat. per manum Equitii, cet, praebetur in eiusdem bibliothecae MS. lat. 12765 fol. 54.

Nr. 33.

Calixt II bestätigt dem Propste Adam von Sant' Agata di Cremona die Güter und Rechte seiner Kirche [4]).

1122 April 15. St. Peter von Rom.

Calixtus episcopus, servus servorum dei, dilecto filio Adę, preposito ecclesię sancte Agathes, quę Cremone sita est, eiusque successoribus canonice substituendis, in ppm. — | Officii nostri nos hortatur auctoritas, pro ecclesiarum statu satagere et, quę recte statuta sunt, stabilire. Quam ob rem, dilecte in Christo fili, Adam preposite,

1) *Auch „Le Monastier", „Monastier-en-Velay" oder „Carmery" geheissen.* 2) *Rodez.* 3) *Turin, Torino.* 4) *Vergl. die Urkunde vom 16 Juli 1148.*

Digitized by Google

tuis petitionibus annuentes, beatę Agathes | ecclesiam, cui deo auctore presides, ad ius sanctę sedis apostolicę pertinentem, ad exemplar domni predecessoris nostri, sanctę memorię [a]) PASCHALIS papę, presentis privilegii auctoritate munimus. Statuimus enim, ut, quęcumque bona, quascumque possessiones vestra ecclesia in presenti iuste possidet, sive in futurum concessione pontificum, liberalitate principum, oblatione fidelium vel aliis iustis modis poterit adipisci, firma tibi tuisque successoribus et illibata permaneant. In quibus hęc propriis duximus nominibus annotanda, ecclesiam videlicet sanctę Valerię, sitam in loco, qui Augia nuncupatur, et ecclesiam sancti Christofori de Campomacro cum omnibus ad eas pertinentibus. Nulli ergo omnino hominum liceat, eandem ecclesiam temere perturbare aut eius possessiones auferre vel ablatas retinere, minuere aut temerariis vexationibus fatigare, sed omnia integra conserventur eorum, pro quorum sustentatione et gubernatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura. Constituimus preterea, ut [b]) quarta pars reddituum vestrorum in usus hospitum expendatur, xenodochium autem in vestra potestate permaneat. Obeunte te, nunc eius loci preposito, vel tuorum quolibet successorum, nullus ibi qualibet subreptionis astutia seu violentia preponatur, nisi quem fratres communi consensu vel fratrum pars consilii sanioris secundum dei timorem regulariter elegerint, nec ipsi vero nec alicui loci eius ministro facultas sit, ecclesię bona in feudum militibus vel aliquibus personis secularibus impertiri. Consecrationes ecclesiarum, ordinationes clericorum ab episcopis, in quorum diocesibus vestrę sunt ecclesię, accipietis, siquidem catholici fuerint et gratiam atque communionem apostolicę sedis habuerint et si eas gratis ac sine pravitate voluerint exhibere; alias liceat vobis, catholicum, quem volueritis, adire episcopum, et ab eo eiusmodi consecrationum sacramenta suscipere. De cetero nullam episcopus in predicta ecclesia potestatem exerceat neque excommunicandi neque interdicendi aut ad synodum iudiciaria potestate vocandi, eo nimirum tenore servato, ut omnes ecclesię ipsius clerici in loco ipso professionem faciant, proprio non utantur et omni vitę suę tempore sub regularis vitę districtione permaneant, unde etiam temporibus competentibus preter emulorum contradictionem ad synaxim celebrandam, nisi generalis interdictio fuerit, signa pulsare et consuetas processiones celebrare concedimus. Sepulturam quoque loci eiusdem, remotis emulorum perturbationibus, liberam esse decernimus, ut, ab omni gravamine mundanę oppressionis remoti, in sanctę religionis observatione quieti et seduli permanentes, nulli alii, nisi Romanę et apostolicę sedi, cuius iuris estis, aliqua teneamini occasione subiecti. Si qua igitur in futurum ecclesiastica secularisve persona, hanc nostrę constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire temptaverit, secundo tertiove commonita, si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat et a sacratissimo corpore ac sanguine dei et domini, redemptoris nostri Iesu Christi, aliena fiat, atque in extremo examine districtę ultioni subiaceat. Cunctis autem, eidem ecclesię iusta servan|tibus, sit pax domini nostri Iesu Christi, quatenus et hic fructum bonę actionis percipiant et apud districtum iudicem premia ęternę pacis inveniant. Amen. Amen. Amen. —

(R) Ego Calixtus catholicę ecclesie episcopus ss. (M)
Ego Cono Prenestinus episcopus ss.
— † Ego Gregorius cardinalis sancti Laurentii ss.
† Ego Romanus diaconus cardinalis sanctę Marię in Porticu ss.
† Ego Girardus diaconus cardinalis sanctę Lucię ss.

Dat. Rome apud sanctum Petrum, per manum GRISOGONI, sanctę Romanę ecclesię diaconi cardinalis ac bibliothecarii. XVII Kal. Maii. Indictione XV. Incarnationis dominicę anno MCXXIII. | Pontificatus autem domni CALIXTI secundi PP. anno IIII.

Or. der Collection Morbios von Mailand, angekauft durch Herrn Willmersdörfer etc. in München.

Perg. ital., br. 0,424, lang 0,6, unten 0,044 umgeschlagen, durch 3 Löcher geht eine rosa und gelbe Seidenschnur, deren Bleisiegel verloren. Faltung der Bullen. Initiale: betontes doppelliniges C *mit drei Ausbuchtungen nach innen auf der Einbuchtung. Verewigung wenig hervorgehoben. Konscript: die Uebergangsschrift Calixt's. Zeilenweite c. 0,014. Drei* Amen *schliessen die letzte Zeile. Rota Nr. 4ª, Durchmesser c. 0,54, von der letzten Zeile 0,032, von der linken Kante 0,06, vom Monogramme 0,202, von der Datirung 0,13. Monogramm Nr. 5ᵉ, breit 0,05, hoch 0,055, von oben 0,032, von der rechten Kante 0,055. Ringkreus, Um- und Unterschrift Hand und Dinte für sich. Die Zeugenfirmen zeigen je eine andere Hand, Cono unter Calixt stehend.*

a) mem *aus* Rom *corrigirt* b) ut *durch Korrectur hergestellt.*

Digitized by Google

Nr. 34.

Calixt II bestätigt der Aebtissin Merada von S. Pietro in Vicenza die Besitzthümer und Rechte ihres Klosters [1]*).*

1123 November 20. Lateran.

Calixtus (episcopus), servus servorum dei, dilectae in Christo filiae Meradae [a]), abbatissae monasterii sancti Petri Vicentinae civitatis, sibique succedentibus regulariter substituendis, in perpetuum. Aequitatis et iustitiae ratio persuadet nos, ecclesiis perpetuam rerum suarum firmitatem et vigoris inconcussi monimenta conferre. Non enim convenit, personas, divino famulatui deditas, pertesis pravorum hominum molestiis agitari et temerariis quorumlibet vexationibus fatigari. Similiter et predia, usibus celestium secretorum dedita, nullas potentium angarias nihil debent extra ordinarium sustinere. Cum igitur omnium ecclesiarum cura nobis concessa sit, vestram, dilecta in Christo filia Merada, abbatissa beati Petri, debemus ecclesiam apostolicae auctoritatis suffragio et eius protectionis patrocinio confovere. Porro possessiones omnes et bona, quae concessione pontificum, liberalitate imperatorum, oblatione fidelium sive aliis iustis modis ecclesia ipsa in presenti possidet aut in futurum, largiente domino, potuerit adipisci, tibi et iis, qui post te legitime successerint, confirmamus. In quibus haec propriis nominibus visa sunt exprimenda: videlicet ecclesia sancti Petri cum omnibus ei pertinentibus infra civitatem Vicentiae et extra, scilicet suburbia cum decimis, molendina cum decimis et villa, quae dicitur sancti Petri, cum decimis, et Quartezolo et plebe de Grumolo, villa cum decimis et synodo cum omnibus capellis eidem plebi pertinentibus, et Grugnotortum cum decimis, et quinque mansi in Barbarano, et decimae totius domocultus eiusdem episcopii, et mansi in Custodia, mansi in Altavilla, in Credacio, in Montemedio et in Monteclo, et duae braidae in Altavilla cum decimis, capella sancti Petri in Garzone, sita in Scledo, cum omnibus ei pertinentibus, insuper massariciae eidem monasterio in eodem loco pertinentes, et plebes de Scledo cum omnibus capellis eidem plebi pertinentibus, et quartise, synodus et plebes Marani cum quartisiis, et synodus et capella sancti Petri in monte de Berica cum montecello et capella sancti Michaelis in Besortolo cum monticello et terra quam habet in Pedevenne [b]) et in Prenomia [c]). Decernimus quoque, ut nulli omnino hominum liceat, idem monasterium temere perturbare aut eius possessiones aufferre vel ablatas retinere, minuere vel temerariis vexationibus fatigare, sed omnia integra conserventur earum, pro quarum sustentatione et gubernatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura, quemadmodum in privilegiis, a Vicentinis episcopis vobis concessis, continetur. Obeunte te, nunc eius loci abbatissa, nulla ibi qualibet surreptionis astucia seu violencia praeponatur, nisi quam sorores communi consensu vel sororum pars consilii sanioris secundum dei timorem et beati Benedicti regulam providerint eligendam. Chrisma, oleum sanctum, consecrationes altarium seu basilicarum, ordinationes monacharum ipsarum, quae ad sacros fuerint ordines promovendae, a Vicentino accipietis episcopo, si quidem gratiam et comunionem sedis apostolice habuerit et, si ea gratis ac sine pravitate voluerit exhibere. Si qua vero in futurum ecclesiastica secularisve persona, hanc nostrae constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire temptaverit, secundo tertiove commonita, si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui (dignitate) careat, reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo corpore et sanguine dei ac domini nostri Iesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtae ultioni subiaceat. Cunctis autem, eidem loco iusta servantibus, sit pax domini nostri Iesu Christi, quatenus et hic fructum bonae actionis percipia(n)t (et) apud districtum iudicem premium eternae pacis inveniant dominum nostrum Iesum Christum [d]). Amen. Amen. Amen.

(R) Ego Calixtus catholicae ecclesiae episcopus ss.

Datum Laterani, per manum [e]) Aimerici, sanctae Romanae ecclesiae diaconi cardinalis et cancellarii. XII Kal. Decemb. Indictione II. Incarnationis dominicae anno MCXXIII. Pontificatus domni Calixti II PP. anno V.

Abschrift in der Biblioteca Comunale zu Vicenza.

---

a) patre *statt* filiae Meradae b) Pedemonte *andere Kopie* c) *Urk. vom 9 Mai 1070:* Patavino villa quae nominatur Prenumia d) *Schluss etwas in Unordnung, offenbar durch Willkürlichkeit des Kopisten* e) propria manu. — 1) *Nach dem Drucke in D. Bortolan, I Privilegi del Monastero di S. Pietro in Vicenza p. 42, mir gütigst zugesandt von Herrn Prof. Bernardo Morsolin in Vicenza.*

Digitized by Google

Nr. 35.

Honorius II bestätigt dem Kapitel von St.-Vincent de Senlis seine Güter und die Augustiner Regel und nimmt es in apostolischen Schutz [1]).

1125 Februar 11. Lateran.

Honorius episcopus, servus servorum dei, dilectis in domino filiis, Balduino abbati et clericis in ecclesia sancti Vincencii, que in suburbio Silvancetensi sita est, regularem vitam professis, tam presentibus quam futuris, in perpetuum. Ad hoc universalis ecclesie cura nobis a provisore omnium bonorum deo commissa est, ut religiosas diligamus personas et beneplacentem deo religionem studeamus modis omnibus propagare; nec enim deo gratus aliquando famulatus impenditur, nisi ex caritatis radice procedens a puritate religionis fuerit conservatus. Quapropter vestris, in domino carissimi filii, iustis petitionibus assensum prebentes, ecclesiam beati Vincencii Silvanectensis in alodio regali a rege Francorum Philipo [2]) et matre sua Anna [3]) fundatam, multis possessionibus dotatam et omni libertati ad instar ecclesiarum regularium sancte Genovefe Parisiensis sanctique Trambaldi Silvanectensis donatam cognovimus, — hanc autem ecclesia negligencia habitancium ad summam penitus miseriam deductam — in tempore nostri apostolatus oculo pietatis et misericordie respicientes, sub tutella beati Petri et nostra suscipimus et has, quas iuste obtinet, ut semper obtineat, libertates, auctoritate apostolice dignitatis confirmamus, quatinus eadem ecclesia in omni libertate cum domibus, claustro et atrio permaneat et ut tam possessiones et bona, quam clerici et servientes atque scolares, qui ad ius prefate ecclesie pertinere noscuntur, sub ipsius ecclesie prelati potestate consistant et ab eis oblaciones, decimas et omnes sui iuris redditus repetens officia christianitatis, eiusdem ecclesie clerici honeste ac solempniter omnibus impendere studeant, in eadem eciam ecclesia, ut clerici regulares sub prefessione beati Augustini perpetualiter deo deserviant, precipimus. Et ne quis ipsum ordinem immutare vel disturbare presumat, sub anathemate interdicimus. Porro, quecumque concessione pontificum, liberalite regum, largitione principum, oblatione fidelium aut aliis iustis modis presentialiter possidetis sive in futurum iuste atque canonice acquirere, domino donante, poteritis, quieta vobis et inconcussa permaneant . . . . . .

Datum Laterani, per manum Aimerici, sancte Romane ecclesie diaconi cardinalis et cancellarii. III Idus Februarii. Indictione III. Incarnationis dominice anno millesimo CXXIIII. Pontificatus autem domni Honorii secundi pape anno primo.

Abschrift vom Jahre 1424, im Departementalarchive zu Beauvais.

In dem gleichen Archive befinden sich auch noch zwei weitere Kopien von Papsturkunden für das gleiche Stift, eine Innocenz II vom 9 November 1131 und eine Eugens III vom 6 Mai 1147. Vergl. Inventaire Sommaire de l'Oise p. 117. Eine vorausgegangene Urkunde Calixts II ebendort und Jaffé, Reg. 4941.

Nr. 36.

Honorius II nimmt den Kanonikerkonvent von Narni in apostolischen Schutz und bestätigt seine Güter und Rechte [4]).

1129 April 10. Lateran.

Honorius episcopus, servus servorum dei, dilectis filiis, Pomponio priori ac caeteris canonicis ecclesiae sancti Iuvenalis, tam praesentibus quam futuris, in perpetuum. Quoties illud a nobis [petitur, quod] secundum rationem pertinere cognoscitur, animo nos decet libenti concedere et optatum impertiri suffragium. Ideoque, dilecti in domino filii, vestris rationabilibus postulationibus annuentes, vestram Narniensem sancti Iuvenalis ecclesiam beati Petri protectione munimus. Statuentes, ut, quascumque possessiones,

---

1) *Die Abschrift dieser Urkunde verdanke ich Herrn Archivar E. Couard-Luys zu Beauvais.* 2) *Philipp I, König von Frankreich, 1060—1108, hier fehlt also die Memoration, die aber vielleicht nur in der verkürzten Abschrift weggeblieben ist.* 3) *Anna, Tochter Jaroslaws von Russland, Gemahlin Heinrichs I seit 1051.* 4) *Die Abschrift dieser Urkunde verdanke ich durch gütige Vermittelung der Herren Baron A. Sansi und Graf P. Manassei dem Can. Don Romeo Fagioli in Narni. — Cathedralis Narniensis eiusque capituli et canonicorum etc. mon. Narni 1770, p. 6. Vergl. Jaffé, Reg. 3444 und die Urkunde vom 29 October 1139.*

Digitized by Google

quecumque bona eadem ecclesia in praesentiarum iuste et canonice possidet, firma vobis vestrisque successoribus et illibata permaneant. In quibus haec praecipue nos duximus exprimenda, videlicet ecclesiam sancti Ioannis de castro Albanino cum omnibus ad eam pertinentibus, et quae habetis in pertinentia eiusdem castri, in terris, vineis et sylvis, ecclesiam sancti Laurentii de castro Bufone cum omnibus pertinentiis suis, terras, vineas et sylvas, quas in territorio eiusdem castri habetis, ecclesiam sanctae Mariae de Visiano cum terris, vineis et sylvis et omnibus tam mobilibus quam immobilibus ad eam pertinentibus, ecclesiam sancti Anastasii de Lumbriceto, et quid habetis in pertinentia plebis sancti Pauli et in castro Cisterna et in pertinentiis eius, ecclesiam sancti Petri de Collibus cum terris, vineis, silvis et omnibus ad eam pertinentibus, ecclesiam, quam habetis in castro sancti Gemini vel titulo eius. Quaecumque praeterea in futurum, largiente deo, concessione pontificum, liberalitate regum, largitate principum, oblatione fidelium seu aliis iustis modis poteritis adipisci, integra vobis et illibata permaneant, salva reverentia Narniensis episcopi. Decernimus ergo, ut nullis hominum liceat, eamdem ecclesiam temere perturbare aut eius possessionem auferre vel ablatas retinere, minuere vel temerariis vexationibus fatigare, sed omnia integre conserventur tam vestris, quam pauperum usibus profutura. Nullus autem ibi canonicus constituatur absque prioris et fratrum [a]) communi assensu. Si qua igitur in posterum ecclesiastica saecularisve persona, hanc nostrae constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire temptaverit, secundo tertiove commonita, si non satisfecerit, congrua emendatione, potestatis honorisque sui dignitate careat reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo corpore et sanguine dei ac domini, redemptoris nostri Iesu Christi, aliena fiat, atque in aeterno examine districtae ultioni subiaceat. Cunctis autem, eidem ecclesiae iusta servantibus, sit pax domini nostri Iesu Christi, quatenus et hic fructum bonae actionis percipiant et apud districtum iudicem praemia aeternae pacis inveniant. Amen. Amen.

(Ego) Honorius catholicae ecclesiae episcopus.
Ego Petrus Portuensis episcopus.
Ego Egidius Tusculanus episcopus.
Ego Ioannes Ostiensis episcopus.
Ego Chunradus [b]) Sabinensis episcopus.
Ego GG. (Gregorius) presbiter cardinalis. tit. Apostolorum.
Ego Iohannes presbiter tit. sancti Crisogoni.
Ego Ioannes (presbiter cardinalis sancte Cecilie).
Ego Deusdedit cardinalis presbiter tit. sancti Laurentii.
Ego Saxo [c]) cardinalis presbiter tit. sancti Stephani.
Ego Petrus cardinalis presbiter tit. sanctae martyris Susannae.
Ego Desiderius presbiter cardinalis tit. sanctae Praxedis.
Ego Petrus presbiter cardinalis tit. sancti Calixti.
Ego Petrus presbiter cardinalis tit. sancti Martini.
Ego Petrus presbiter cardinalis sancti Marcelli.
Ego Sigizo [d]) presbiter cardinalis tit. sancti Xysti.
Ego Ubertus presbiter cardinalis tit. sancti Clementis.
Ego (Petrus) presbiter cardinalis sanctae Anastasiae.
Ego GG. (Gregorius) presbiter cardinalis tit. sanctae Balbinae.
Ego Gregorius sancti Angeli diaconus cardinalis.
Ego Gregorius diaconus cardinalis sanctorum Sergii et Bacchi.
Ego Ioannes diaconus cardinalis tit. sancti Nicolai in Carcere.
Ego Gutardus cardinalis tit. sanctorum Angeli et Priscae.

Datum Laterani, per manus Almerici, sanctae Romanae ecclesiae diaconi cardinalis et cancellarii. IV Idus Aprilis. Indictione VII. Incarnationis dominicae anno MCXXIX.

Kopialurkunde im Archivio Capitolare zu Narni.
Noch im vorigen Jahrhundert war das Original erhalten, dessen Bleisiegel verloren war.

---

a) fratuum b) Chunerdus c) Syo d) Sigigo.

Digitized by Google

Nr. 37.

Honorius II bestätigt dem Bischofe Peter von Nizza die Besitzthümer seines Hochstiftes [1]).

1129 April 19. Lateran.

Honorius episcopus, servus servorum dei, venerabili fratri Petro, Niciensi episcopo, eiusque successoribus canonice promovendis, in ppm. In eminenti apostolice sedis specula, disponente domino, constituti, ex iniuncto nobis officio fratres nostros episcopos diligere et ecclesiis, sibi a deo commissis, suam debemus iusticiam conservare. Proinde, karissime in domino frater Petre, episcope Niciensis ecclesie, cuius tibi a deo cura commissa est, salubriter providentes, statuimus, ut, quascunque possessiones, quecumque bona eadem ecclesia in presentiarum iuste et canonice possidet, firma tibi tuisque successoribus et illibata permaneant. In quibus hec propriis nominibus duximus exprimenda: ecclesiam videlicet sancte Marie de Clancia, ecclesiam sancti Laurentii de Illontia, ecclesiam sanctè Marie de Pilia, ecclesiam sancte Tecle, castrum quod vocatur Drappum, ecclesiam sancte Marie Ville veteris, monasterium sancti Pontii cum ecclesiis ad ipsum pertinentibus, quas in Niciensi episcopatu legitime possidere cognoscitur. Quecunque preterea in futurum, largiente deo, concessione pontificum, liberalitate regum, largitione principum, oblatione fidelium seu aliis modis iuste et legitime poterit adipisci, firma tibi tuisque successoribus (et) quieta persistant. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat, eandem ecclesiam temere perturbare aut eius possessiones auferre, ablatas retinere, minuere vel temerariis vexationibus fatigare, sed omnia integra conserventur tam tuis, quam pauperum usibus omnimodis profutura. Si qua igitur in posterum ecclesiastica secularisve persona, hanc nostre constitutionis paginam sciens, contra (eam) temere venire temptaverit, secundo tertiove commonita, si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo corpore ac sanguine dei et domini, redemptoris nostri Iesu Christi, aliena fiat atque in extremo examine districte ultioni subiaceat. Cunctis autem, prefate ecclesie iusta servantibus, sit pax domini nostri Iesu Christi, quathenus et hic fructum bone actionis percipiant et apud districtum iudicem premia eterne pacis inveniant. Amen. Amen. Amen.

(R) Ego Honorius catholice ecclesie episcopus ss. (M)
† Ego Ioannes Ostiensis episcopus ss.
† Ego Conradus Savinensis episcopus ss.
† Ego GG. (Gregorius) presbiter cardinalis tit. Apostolorum ss.
† Ego Deusdedit cardinalis tituli sancti Laurentii ss.
† Ego Ubertus presbiter cardinalis tit. sancti Clementis ss.
† Ego Gregorius diaconus cardinalis sanctorum Sergii et Bachi ss.

Dat. Laterani, per manum Aimerici, sancte Romane ecclesie diaconi cardinalis et cancellarii. XIII Kl. Maii. Indictione VII. Incarnationis dominice anno MCXXVIIII. Pontificatus autem domni Honorii secundi PP. anno V.

Abschrift vom 17 Jahrh. des Liber Niger p. 68, in Privatbesitz zu Nizza. Rota Nr 1 und Monogramm Nr 2[a] sind beigezeichnet.

Nr. 38.

Innocenz II bestätigt dem Kapitel von S. Georgio di Prada die demselben vom Bischofe Bernard von Verona überwiesene Gewalt [2]).

1132 Juni 30. Piacenza.

Innocentius episcopus, servus servorum dei, dilecto filio Peregrino, preposito ecclesię sancti Georgii martiris, quę in loco, ubi dicitur Braida, sita est, et ceteris fratribus in eadem ecclesia canonicam vitam professis, tam presentibus quam futuris IN PPM. Officii nostri nos ortatur auctoritas etc. Porro omnem potestatem, quam venerabilis frater noster, Bernardus episcopus [3]), in eadem habebat ecclesia, vobis per scripti sui paginam refutatam, omnem etiam libertatem, vobis eodem scripto concessam,

1) *Die Abschrift dieser Urk. verdanke ich Herrn Pastor Mader in Nizza.* 2) *Die Abschrift dieser Urkunde verdanke ich durch Vermittelung des Herrn Grafen C. Cipolla dem Herrn Vicebibliothekar Pietro Sgulniero zu Verona.* 3) *Bernard, Bischof von Verona, 1123—1135.*

Digitized by Google

auctoritatis nostrę munimine confirmamus. Ita tamen, ut due libre cerę annis singulis prefato episcopo eiusque successoribus a vobis in festivitate sancti Georgii persolvantur. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat, eamdem ecclesiam temere perturbare aut eius possessiones auferre vel ablatas retinere, minuere aut quibuslibet molestiis fatigare, sed omnia integra conserventur vestris et pauperum usibus profutura. Si quis igitur etc.

Ego Innocentius catolicę ecclesię episcopus ss.

Ego . . . . .

Data Placentie, per manus Aimerici, sanctę Romanę ecclesię diaconi cardinalis et cancellarii. II Kl. Iulii. Indictione X. Incarnationis dominice anno MCXXXII. Pontificatus vero domni Innocentii pp. II anno III.

Kopialurkunde vom Jahre 1499, in der Bibl. Comunale zu Verona.

Nr. 39.

Innocenz II bestätigt den Domkanonikern von Rimini ihre Besitzthümer [1]*).*

1135 November 5. Pisa.

Innocentius episcopus, servus servorum dei, dilectis filiis, ecclesie sancte Columbe Ariminensis canonicis, tam presentibus quam futuris, IN PPM. Offitii nostri nos hortatur auctoritas, ecclesiarum saluti atque utilitati, domino cooperante, prospicere et earum ministris salubriter providere. Eapropter, dilecti in domino filii, postulationes vestras debita benignitate suscipimus, et beate Columbe ecclesiam, in qua divino vacatis servitio, apostolice sedis privilegio communimus. Statuentes, ut universa, que in presentiarum eadem ecclesia iuste et canonice possidet, aut in futurum concessione pontificum, largitione principum, oblatione fidelium seu aliis iustis modis, prestante domino, poteritis adipisci, firma vobis in perpetuum et illibata permaneant. In quibus hec propriis nominibus duximus annotanda: in Ariminensi videlicet civitate ecclesiam sancte Crucis et sanctorum Cosme et Damiani cum casis et casalinis, ortis, vineis, terris, campis cultis et incultis, paludibus, lacubus, castris, curtibus et cum omnibus intra vel extra civitatem ad eandem ecclesiam pertinentibus, ecclesiam quoque sanctorum Martini et Savini cum capella sancti Ermetis ad eandem ecclesiam pertinente, cum paramentis, libris, casis et ortis, vineis, terris, silvis et cum omnibus ad predictas ecclesias pertinentibus. In comitatu Ariminensi ecclesiam sancti Martini in Viginti cum libris et paramentis, cum decimis et primiciis, cum bonis et rationabilibus consuetudinibus, quas in ea hactenus habuistis sive in visitationibus infirmorum sive in dandis penitentiis et oblationibus mortuorum, presertim, que ex villa, in qua ipsa ecclesia sita est, et ex subscriptis villis sibi proveniunt, videlicet Materno, Laureto, Iudeorum monte Masinario, Metato, Aquiniano maiori et minori atque Casaria. Plebem quoque sancti Angeli in Salute cum capella sua sancti Viti cum libris, paramentis, vineis, terris, silvis, salictis, pratis, pascuis, puteis et fontibus, cum oblationibus et visitationibus infirmorum, decimis, primiciis et cum omnibus, ad eandem plebem et capellam pertinentibus, et quicquid in villa Bulgaria canonice possidetis, ita tamen, ut sacrario vestre ecclesie libram unam cere persolvatis, salvo nimirum annuo censu, scilicet quattuor solidorum monete Venetice vestris episcopis persolvendo. Preterea confirmamus vobis ecclesias infra scriptas, videlicet sancti Gaudentii, sancti Felicis et sancti Martini Illeceti, que nimirum in territorio Arimini in plebe sancte Columbe fundate esse noscuntur, cum rationabilibus consuetudinibus, cum libris, paramentis, decimis, primitiis atque oblationibus vivorum et mortuorum et aliis omnibus eisdem ecclesiis pertinentibus. Que omnia disponendi, regendi et ordinandi facultatem atque licentiam habeatis, quemadmodum ab Ariminensibus episcopis vobis concessum esse cognoscitur. Ius quoque et rationabiles consuetudines, quas in aliis vestris ecclesiis hactenus habuistis et nunc babetis, vobis nichilominus confirmamus. Porro partem vestram de ripa cum ripatico suo, necnon usibus suis omnibus, a vestris episcopis vobis concessam, pro qua etiam pensionem trium librarum consuete monete nobis nostrisque successoribus debetis annualiter solvere. Molendina etiam vestra cum iure et omnibus usibus suis vobis auctoritate apostolica roboramus. Decernimus ergo,

1) *Die Abschrift dieser Urkunde und die Bemerkungen dazu verdanke ich Herrn Can. Gaetano Niccolini zu Rimini. — Vergl. Tonini, Storia di Rimini II p. 567. — Vergl. die Urk. vom 23 November 1183.*

Digitized by Google

ut nulli omnino hominum liceat, vestrum collegium temere perturbare aut vestras possessiones auferre vel ablatas retinere, minuere seu quibuslibet molestiis fatigare, sed omnia vobis integra conserventur, vestris usibus profutura, salvo iure sancte Romane ecclesie et Ariminensis episcopi debita reverentia. Si quis igitur, huius nostre constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire temptaverit, secundo tertiove com(m)onitus, si non reatum suum congrua satisfactione correxerit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reumque se divino iuditio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, atque in extremo examine districte ultioni subiaceat. Conservantibus autem sit pax domini nostri Iesu Christi, quatenus et hic fructum bone actionis percipiant, et apud districtum iudicem premia eternę pacis inveniant. Amen. Amen. Amen.

(R) Ego Innocentius catholicę ecclesię episcopus ss. (M)
† Ego Wilielmus Prenestinus episcopus ss.
† Ego Lucas presbiter cardinalis tit. sanctorum Iohannis et Pauli ss.
† Ego Gregorius diaconus cardinalis sanctorum Sergii et Bachi ss.
† Ego Crysogonus diaconus cardinalis sancte Marię in Porticu ss.

Data Pisis, per manum AIMERICI, sancte Romane ecclesie diaconi cardinalis et cancellarii. Nonis Novembris. Indictione XIII. Incarnationis dominice anno MCXXXVI. Pontificatus vero domni Innocentii PP. II anno VI.

Or. im Archivio Capitolare zu Rimini.

Perg. ital., br. 0,45, lang 0,61, unten 0,04 umgeschlagen, durch drei Löcher geht eine Seidenschnur, deren Bleisiegel verloren (noch im vorigen Jahrhunderte erhalten), Faltung der Bullen. Die Unterschriften scheinen von verschiedenen Händen herzurühren.

Nr. 40.

Innocenz II bestätigt dem Propste Bonushomo von Santa Maria in Feura (D. Rimini) die Besitzthümer seiner Kirche [1]*).*

1135 November 5. Pisa.

Innocentius episcopus, servus servorum dei, dilecto filio nostro [a]) ecclesie sancte Columbe Ariminensis Bonohomini diacono et sancte Marie in Feura preposito suisque successoribus in PPM. — | Offitii nostri nos hortatur auctoritas, ecclesiarum saluti atque utilitati, domino cooperante, prospicere et earum ministris salubriter providere. Eapropter, dilecte in domino fili, postulationem vestram debita benignitate suscipimus et beatę Marie aecclesiam, ab episcopis Ariminensibus concessam, apostolice sedis privilegio communimus. Statuentes, ut universa, quae in presentiarum eadem ecclesia, in plebe sancti Lauditii sita, iuste et canonice possidet, aut in futurum concessione pontificum, largitione principum, oblatione fidelium seu aliis iustis modis, prestante domino, poteris adipisci, firma vobis in perpetuum et illibata permaneant cum casis et casalinis, ortis, vineis, terris, campis cultis et incultis, silvis, paludibus, lacubus, castris, curtibus et cum omnibus ad eandem ecclesiam pertinentibus, ecclesiam quoque sancti Pauli et sanctorum Cosme et Damiani, in castro monte Flori in plebe sancti Columbe inferni sita, cum paramentis, libris, casis et ortis, vineis, terris, silvis, cum decimis et primitiis et cum bonis et rationabilibus consuetudinibus et cum omnibus ad predictam ecclesiam pertinentibus. Preterea confirmamus tibi ecclesiam sancti Leonis in plebe sancti Laurentii in Berto sitam, et alias ecclesias, quas nunc habes vel in antea iure adquirere potueris, in quibuscumque fundis esse noscuntur cum rationabilibus consuetudinibus, cum libris, paramentis, decimis, primiciis, oblationibus et visitationibus infirmorum, vivorum seu mortuorum, et aliis omnibus eisdem ecclesiis pertinentibus, que omnia disponendi, regendi et ordinandi facultatem atque licentiam habeas, quod ab Ariminensi episcopo tibi concessum esse cognoscitur, ius quoque et rationabiles consuetudines, quas in aliis ecclesiis hactenus habuisti et nunc habes, vobis nichilominus confirmamus. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum, clericorum, episcoporum, metropolitanorum seu laicorum liceat, te vel tua perturbare aut vestras possessiones auferre vel ablatas retinere, minuere seu quibuslibet molestiis fatigare, sed te et omnia in nostra(s) transferimus tuitiones, et iura et omnia integra tibi conserventur, tuis usibus profutura. Si quis igitur, huius nostrae constitutionis paginam (sciens), contra eam temere venire temptaverit, secundo tertiove

---

a) *von anderer Dinte.* — .1) *Die Abschrift und Bemerkungen verdanke ich Herrn Can. Gaetano Niccolini zu Rimini. — Citirt Tonini Storia di Rimini II p. 419.*

Digitized by Google

commonitus, si non reatum suum congrua satisfactione correxerit, potestatis honorisque sui dignitate careat reumque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, atque in extremo examine districte ultioni subiaceat. Conservantibus autem sit pax domini nostri Iesu Christi, quatenus et hic fructum bone actionis percipiant et apud districtum iudicem premia eterne pacis inveniant. Amen. Amen. Amen.

(R) Ego Innocentius catholice ecclesie episcopus ss. (M)
† Ego Wilielmus Prenestinus episcopus ss.
— † Ego Lucas presbiter cardinalis tit. sanctorum Iohannis et Pauli ss.
— † Ego Gregorius diaconus cardinalis sanctorum Sergii et Bachi ss.
† Ego Grisogonus diaconus cardinalis sancte Marie in Porticu ss.

Data Pisis, per manum AIMERICI, sancte Romane ecclesie diaconi cardinalis et cancellarii. Non. Novembris. Indictione XIII. Incarnationis dominice anno millesimo centesimo trigesimo sexto. Pontificatus vero domni Innocentii PP. II anno VI.

Or. im Archivio Capitolare zu Rimini.

Perg. ital., br. 0,265, lang 0,46, unten 0,025 umgeschlagen, durch zwei Löcher ging die Schnur, welche mit dem Bleisiegel verloren, Faltung der Bullen. Rota Nr 3. Monogramm wohl Nr 3b mit schmalem Körper.

Nr. 41.

Innocenz II bestätigt dem Abte Albert von San Pietro di Cremona die Besitzthümer und Rechte seines Klosters unter Erlegung einer jährlichen Abgabe von 12 Denaren.

1139 April 12. Lateran.

Innocentius episcopus, servus servorum dei, dilecto filio Alberto, abbati monasterii sancti Petri apud Cremonam, eiusque successoribus regulariter substituendis IN PPM. — | Suscepti regiminis cura nos ammonet, pro ecclesiarum statu paterna sollicitudine cogitare easque contra pravorum hominum nequitias optate defensionis suffra|gio confovere, ut, quemadmodum patres in dei populo dicimur, ita per dei gratiam rerum effectibus comprobemur. Quocirca, dilecte in domino fili, ALBERTE abbas, tuis iustis postulationibus apostolica benignitate accomodamus assensum, et beati Petri monasterium, cui auctore deo preesse dinosceris, cum omnibus ad ipsum pertinentibus ad exemplum predecessorum nostrorum sanctae recordationis Gregorii VII [1]), Paschalis II atque Calixti, Romanorum pontificum, apostolicę sedis privilegio communimus. Statuentes, ut, quascumque possessiones, quecumque [bona] eadem ecclesia in presentiarum iuste et canonice possidet aut ei legitimis fidelium donationibus pertinent, quecumque etiam in futurum concessione pontificum, liberalitate regum vel principum, oblatione fidelium seu aliis iustis modis deo propitio poterit adipisci, firma tibi tuisque successoribus et illibata permaneant. In quibus hec propriis duximus vocabulis annotanda: cellam videlicet sancti Pauli, capellam videlicet sanctae Marię, sancti Michaelis et sancti Bassiani, decimas quoque de [sancta] Galdinga et de Castro veteri. Sepulturam sane eiusdem loci omnino liberam esse decernimus, ut eorum, qui illic sepeliri deliberaverint, devotioni et extreme voluntati, nisi forte excommunicati sint, nullus obsistat. Obeunte vero te, nunc eiusdem loci abbate, vel tuorum quolibet successorum, nullus ibi qualibet subreptionis astutia seu violentia preponatur, nisi quem fratres communi consensu aut fratrum pars consilii sanioris secundum dei timorem et beati Benedicti regulam elegerint; ęlectus autem a Romano tantum pontifice consecretur. Crisma, oleum sanctum, consecrationes altarium seu basilicarum, ordinationes monachorum vel clericorum, eidem monasterio pertinentium, a dyocesano suscipiętis episcopo, siquidem gratiam atque communionem apostolicę sedis habuerit eaque gratis et sine pravitate voluerit exhibere; alioquin catholicum, quem malueritis, liceat vobis adire antististem, et ab [eo] consecrationum sacramenta suscipere. De cetero, nullam amplius episcopus in eodem monasterio habeat potestatem neque excommunicandi aut interdicendi aut ad synodum vocandi. Ad inditium autem percepte huius a sancta Romana ecclesia libertatis duodecim denarios Mediolanensis monete Lateranensi palatio persolvetis singulis annis. Nulli ergo hominum fas sit, predictum cenobium super hac nostra constitutione temere perturbare aut eius possessiones auferre vel ablatas retinere, minuere vel temerariis vexationibus fatigare, sed omnia integra conserventur eorum, pro quorum sustentatione et gubernatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura.

1) *Oben die Urkunde vom 10 März 1078.*

Digitized by Google

Si qua igitur in posterum ecclesiastica secularisve persona, huius nostrę constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire temptaverit, secundo terciove commonita, si non reatum suum condigne correxerit, potestatis [honorisque sui dignitate] careat reamque se divino iudicio existere de perpetrata ini[quitate] cognoscat et a sacratissimo corpore et sanguine dei ac domini, redemptoris [nostri Iesu Christi, aliena] fiat, atque in extremo examine districte subiaceat ultioni. Conservantes | autem hec omnipotentis dei et beatorum apostolorum, Petri ac Pauli, benedic[tionis gratiam] consequantur. Am. Am. Am.

(R) Ego Innocentius catholicę ecclesie eps. ss. (M)
† Ego Conradus Sabinensis episcopus ss.
† Ego Theodewinus sancte Rufinę episcopus ss. (2)
— † Ego Gerardus presbiter cardinalis tit. sanctę Crucis in Ierusalem ss. (1 1/2)
— † Ego Gregorius diaconus cardinalis sanctorum Sergii et Bachi ss. (3)

Dat. Laterani, per manum Aimerici, sancte Romane ecclesie diaconi cardinalis et cancellarii. II Idus Aprilis. Indictione II. Incarnationis dominice anno MCXXXVIIII. Pontificatus vero domni Inocentii II PP. anno X.

Or. der Collection Morbios von Mailand, angekauft durch Herrn Willmersdörfer etc. in München.

Perg. ital., br. 0,4, lang 0,48, unten 0,025 umgeschlagen, durch drei Löcher in gerader Linie geht ein Stück rosa und gelber, grobfädiger Seidenschnur, Bleisiegel verloren. Faltung der Bullen. Verewigung Nr 5 Pau, wenig hervortretend, füllt nur 0,035. Drei Amen schliessen die letzte Zeile. Rota Nr 1, Monogramm dünnlinig Nr 3d, breit 0,038, hoch 0,044. Die Unterschrift zeigt Besonderheiten, zumal im g mit spitzer Durchzugunterlänge und im ſ mit hinten spitzem Blattschnörkel. Ringkreuz, Um- und Unterschrift Hand und Dinte für sich. Die ersten drei Zeugenfirmen sind mit gleicher dunkler Dinte, doch wohl von verschiedenen Händen eingetragen, Gregor hellere Dinte, die gleiche, wie die Datumzeile, worin das A *Aimerichs von dunklerer herrührt.*

Nr. 42.

Innocenz II nimmt den Kanonikerkonvent von Narni in apostolischen Schutz und bestätigt seine Güter und Rechte [1]*).*

1139 October 29. Lateran.

Innocentius episcopus, servus servorum dei, dilectis filiis Hugoni archidiacono, Gotifredo presbytero ac caeteris canonicis ecclesiae sancti Iuvenalis Narniensis, tam praesentibus quam futuris, IN PPM. — Clerici, qui in sortem domini sunt vocati, quanto familiarius omnipotenti domino adhaerere noscuntur, tanto eos convenit, tam ab exactionibus esse liberos, quam a pravorum hominum inquietatione securos. Equum est enim, ut, quemadmodum in spiritualibus sacrosancta dei ecclesia sine ruga et macula et scismate unitatis perpetuae splendore clarescit, ita in temporalibus nullus vel in se, vel in membris suis gravaminibus affligatur et, qui eius sunt servitio mancipati, nullas iniurias tunc extraordinarium patiantur. Ideoque, dilecti in domino filii, vestris rationabilibus postulationibus annuentes, vestram Narniensem sancti Iuvenalis ecclesiam beati Petri protectione munimus, statuentes, ut quascumque possessiones, quaecumque bona in praesentiarum eadem ecclesia iuste et canonice possidet, firma vobis vestrisque successoribus et illibata permaneant. In quibus haec propriis nominibus duximus exprimenda: videlicet ecclesiam sancti Ioannis de castro Albanino cum omnibus ad eam pertinentibus et, quae habetis in pertinentiis eiusdem castri in terris, vineis, sylvis, ecclesiam sancti Laurentii de castro Bufone cum omnibus pertinentiis suis, terras, vineas et sylvas, quas in territorio eiusdem castri habetis, iustitiam quoque, quam in hospitali sito via Flaminia iuxta scopulum Carnarii in praesentiarum vestra ecclesia habere cognoscitur, vobis nihilominus confirmamus salvo iure pauperum, ecclesiam sanctae Mariae de Visiano cum terris, vineis, sylvis et omnibus tam mobilibus, quam immobilibus, ad eam pertinentibus, ecclesiam sancti Anastasii de Lumbriceto cum pertinentiis suis et, quidquid habetis in pertinentia plebis sancti Pauli et in castro Cisterna et in pertinentiis eius, ecclesiam sancti Petri de Collibus cum terris, vineis, sylvis et omnibus ad eam pertinentibus et, quidquid habetis in castro sancti Gemini vel territorio eius. Quaecumque praeterea in futurum, largiente deo, concessione pontificum, liberalitate regum, largitione principum, oblatione fidelium, seu aliis iustis modis vestra ecclesia

1) *Die Abschrift dieser Urkunde verdanke ich Herrn Can. Don Romeo Fagioli in Narni. — Cathedral. Narniensis eiusque capituli etc. mon. Narni 1770 p. 7. — Vergl. die Urk. vom 10 April 1129.*

Digitized by Google

poterit adipisci, firma vobis vestrisque successoribus et illibata permaneant, salva reverentia Narniensis episcopi. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat, vestram iam dictam ecclesiam temere perturbare aut eius possessiones [a]) auferre vel ablatas retinere, minuere seu quomodolibet molestiis fatigare, sed omnia integra conserventur tam vestris, quam pauperum usibus omnimodis profutura. Nullus autem ibi canonicus constituatur absque prioris et fratrum [b]) communi assensu. Si qua igitur in posterum ecclesiastica saecularisve persona, hanc nostrae constitutionis paginam sciens, contra eam temere (venire) tentaverit, secundo tertiove com(m)onita, si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo corpore et sanguine dei ac domini, redemptoris nostri Iesu Christi, aliena fiat, atque in extremo examine districtae ultioni subiaceat. Cunctis autem, eidem ecclesiae sua iura servantibus, sit pax domini nostri Iesu Christi, quatenus et hic fructum bonae actionis percipiant et apud districtum iudicem praemia aeternae pacis inveniant. Amen. Amen. Amen.

Ego Innocentius catholice ecclesie episcopus ss.
Ego Conradus Sabinensis episcopus ss.
Ego Albericus Hostiensis episcopus ss.
Ego Lucas presbiter cardinalis tit. sanctorum Ioannis et Pauli ss.
Ego Crisogonus presbiter cardinalis tit. sancte Praxedis ss.
Ego GG. (Gregorius) diaconus cardinalis sancti Angeli ss.
Ego Gerardus diaconus cardinalis sancte Marie in Dominica ss.

Datum Laterani, per manus Almerici, sanctae Romanae ecclesiae diaconi cardinalis et cancellarii. IV Kal. Novembris. Indictione III. Anno dominicae incarnationis MCXXXIX. (Pontificatus autem domni Innocentii II) anno decimo.

Or. im Archivio Capitolare zu Narni.

Perg. ital., br. 0,36, lang 0,57, unten 0,0455 umgeschlagen, durch 2 Löcher geht die gelbe Seidenschnur, deren Bleisiegel verloren. Faltung der Bullen.

Nr. 43.

Innocenz II bestätigt dem Domkapitel von Verona seine Besitzthümer [1]).

1140 April 16. Lateran.

Innocentius episcopus, servus servorum dei, dilectis filiis, Gilberto archipresbitero ceterisque Veronensis ecclesie canonicis, tam presentibus quam futuris, in ppm. Officii nostri nos hortatur auctoritas, pro ecclesiarum statu satagere et earum quieti et utilitati salubriter, auxiliante domino, providere. Dignum namque et honestati conveniens esse cognoscitur, ut qui ad earum [c]) ecclesiarum regimen assumpti sumus, eas et a pravorum hominum nequicia tueamur et beati Petri atque sancte sedis apostolice patrocinio muniamus. Eapropter, dilecti in domino filii, vestris racionabilibus postulacionibus gratum prebentes assensum, vos et vestra monasteria [d]), sancte memorie predecessoris nostri pape Calixti vestigiis inherentes, apostolice sedis patrocinio duximus protegenda. Per presentis igitur privilegii paginam constituimus, ut, quascumque possessiones, quecumque bona in presenciarum iuste et legitime possidere videmini, aut in futurum concessione pontificum, largitione regum vel principum, oblacione fidelium seu aliis iustis modis, prestante domino, poteritis adipisci, firma vobis in perpetuum et illibata permaneant. In quibus hec nominatim exprimenda subiunximus: ecclesias videlicet sancti Georgii, sancti Iohannis Batiste, sancti Clementis, sancte Cecilie, sancti Faustini, sancte Heuphemie, sancti Firmi, in capella sancti Pauli, sancti Sebastiani, sancte Marie consolatricis, in burgo ecclesie sancti Iohannis Batiste in Valle, monasterium sancti Michaelis in Campania, sancti Iohannis Batiste in Quinciano cum capella sancti Alexandri, ecclesias videlicet sancti Petri de Capano, sancti Pauli de Pruno, et omnium sanctorum de Novaris, sancte Marie de Turano, sancti Cassiani, et omnium Sanctorum de Marciana, ecclesiam sancti Pancracii, ecclesiam sancti Georgii in Salis, ecclesiam sancti Michaelis de Calmasino, ecclesiam sancti Faustini de monte Draconis, ecclesiam sancti Prosdocimi cum decima, decimam Aspi, ecclesiam sancti Ambrosii de Casilialto,

---

a) personas b) fratruum c) *wohl* sanctarum d) ma'. ___ .1) *Die Abschrift dieser Urkunde verdanke ich durch Vermittelung des Herrn Grafen C. Cipolla dem Herrn Vicebibliothekar Pietro Sgulniero zu Verona.*

Digitized by Google

villam Quinti, et locum qui dicitur Villa, et Lusina cum ecclesiis et decimacionibus earum; castella vero et villas vestras nichilominus confirmamus, videlicet Cereta, Erbetum, Fagnanum, Pontepossesserum, Pradelle cum capella, Englare dimidium cum capella, Bionde, Purcile, Trezolinum, Cretiana, Marciana, Pulianum et medium Romagnanum, Pruno, Calmassinum; in comitatu Tridentino Bergusium, Bundo, Bulberio, Badabiones cum capella, silvam etiam que dicitur Collegaria cum piscariis, et tertiam partem nemoris qui dicitur Bardagna nomine, et palacium cum porta . . . sancti Zenonis, oblationem etiam dimidiam eiusdem monasterii sancti Zenonis, in singulis festivitatibus ipsius confessoris a diluculo usque ad horam terciam, decimam quoque et porte civitatis sancti Zenonis et burgi et decimarum Braidarum episcopalium. Iustas autem et racionabiles consuetudines vestras, a predecessoribus nostris vobis firmatas, concedimus illibatas auctoritate apostolica conservari. Precipimus etiam, ne quis vestrum absque communi omnium consensu vel partis sanioris consilii bona, redditus vel possessiones ecclesie vestre alicui persone dare presumat . . . . [a]). Qui autem indebite data vel distracta fuerit ad ius et dominium vestrum libere revertantur, decimas vero de piis laboribus vestris seu etiam redditus a vobis exigere vel suscipere laicorum nemo presumat. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum fas sit, prefatam ecclesiam temere perturbare aut eius possessiones auferre vel ablatas retinere, minuere seu aliquibus vexacionibus fatigare, set omnia integra conserventur eorum, pro quorum gubernacione et sustentacione concessa sunt, usibus omnimodis profutura. Si qua igitur in futurum ecclesiastica secularisve persona, hanc nostre constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire temptaverit, secundo terciove commonita, si non congrue satisfecerit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat et a sacratissimo corpore ac sanguine dei et domini, redemptoris nostri Iesu Christi, aliena fiat. Cunctis autem, eidem ecclesie sua iura servantibus, sit pax domini nostri Iesu Christi, quatenus et hic fructum bone actionis percipiant et apud districtum iudicem premia eterne pacis inveniant. Amen.

Ego Innocentius catholice ecclesie episcopus ss.

Data Laterani, per manum Aimerici, sancte Romane ecclesie diaconi cardinalis et cancellarii. XVI Kal. Madii. Indictione III. Incarnationis dominice anno MCXXXX. Pontificatus vero domni Innocentii pp. II anno XI.

Kopialurkunde des 13 Jahrhunderts (S. Michele di Campagna, Rotolo 5 app.), in der Bibl. Comunale zu Verona.

Nr. 44.

Innocenz II befiehlt Klerus und Volk von Nizza, zum Gehorsam gegen ihren Bischof zurückzukehren [1]).

1138—1143. Mai 10. Lateran.

Innocentius episcopus, servus servorum dei, dilectis filiis, clero et populo Niciensi, salutem et apostolicam benedictionem. Quisquis pura mentis intencione ad celestem patriam revocari desiderat, quanta sit virtus obedientie, non ignorat. Per superbiam unquam et inobedientiam angelus de celo corruit, et prothoplaustum Adam ad imaginem et similitudinem dei formatus per inobedientie virtutem est exilio deputatus. Veniens ad nos venerabilis frater noster P(etrus) episcopus inquestus est, quod tam clerici, quam laici sibi inobedientes existitis eiusque iussionibus parere contemnitis. Inter quos precipue est questus de P(ontio) monacho, qui contra interdictum nostrum, sicut ipse asserit, divina officia celebrat et excommunicatos suos, vivos et mortuos, suscipere et etiam sepelire minime formidat. De militibus quoque Lentuce, qui domum ecclesie, in cimiterio constructam, destruxerunt, et multis aliis, qui contra sanctorum patrum institutionem decimas, iuxta dispositionem episcopi ecclesiasticis utilitatibus deputatas, ausu sacrilego recipere sibique auferre presumunt; et quoniam autem [b]) flagitium nec possumus nec debemus dimittere impunitum, per apostolica vobis scripta mandamus atque precipimus, quatenus ad ipsius obedientiam et satisfactionem unanimiter redeatis sibique de cetero decimas et cetera, que ad ius episcopale pertinere noscuntur, integre

a) *Rasur* b) *ob* tale? — 1) *Die Abschrift dieser Urk. verdanke ich Herrn Pastor Mader in Nizza.*

Digitized by Google

persolvatis atque tanquam proprio episcopo humiliter pareatis. Alioquin sententiam, quam ipse tam in clericos, quam in laicos rebelles et monachos canonice promulgavit, nos auctore domino ratam habebimus. — Dat. Laterani, VI Idus Maii.

Abschrift vom 17 Jahrh. des Liber Niger p. 73, in Privatbesitz zu Nizza.

Nr. 45.

Cölestin II bestätigt dem Abte Albert von San Lorenzo d'Asso (D. Pienza-Montalcino) die Besitzthümer und freies Aufnahmerecht seines Klosters, welches er in apostolischen Schutz nimmt, bei jährlicher Zahlung von zwei Solidi Lucchesisch [1]).

1143 November 23. Lateran.

Celestinus episcopus, servus servorum dei, dilecto filio Alberto, abbati monasterii sancti Laurentii iuxta fluvium, quod Anso dicitur, siti, eiusque successoribus, regulariter substituendis IN PPM. — | Pię postulatio voluntatis effectu debet prosequente compleri, ut et devotionis sinceritas laudabiliter enitescat et utilitas postulata vires indubitanter assumat. | Eapropter, dilecte in domino fili, Alberte abbas, tuis rationabilibus postulationibus clementer annuimus, et prefatum beati Laurentii monasterium, cui deo auctore presides, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus [a]), et presentis scripti privilegio communimus. Statuentes, ut, quascumque possessiones, quęcumque bona idem monasterium in presentiarum iuste et canonice possidet, aut in futurum concessione pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium seu aliis iustis modis deo propitio poterit adipisci, firma tibi tuisque successoribus et illibata permaneant. In quibus hęc propriis duximus exprimenda vocabulis: ecclesiam sancte Trinitatis de Orgia, et hospitalem domum eiusdem loci cum omnibus suis pertinentiis, ecclesiam de monte Sizi, ecclesiam de Modani cum omnibus earum pertinentiis, et quod iuste tenetis in ecclesia de Stiliano, castrum de Civitella cum duabus ecclesiis in ipso constructis, ecclesiam videlicet sancti Sebastiani infra castellum positam, ecclesiam sancti Materni extra castellum sitam, duas portiones de castello et curtę montis Viridis, ecclesiam de Signano, et tres portiones ipsius villę, ecclesiam sancti Donati cum rebus ad ipsam pertinentibus, ecclesiam sancti Bartholomei de Lampognano cum ipsa villa, ęcclesiam sancti Anastasii et ipsius castri duas partes, ecclesiam sancti Andreę de Suverella, ecclesiam sancti Laurentii et eiusdem castelli duas partes. Decimationem allodii eiusdem monasterii quod in Senensi episcopatu situm est, quemadmodum a Senensibus episcopis, bone memorie Iohanne [2]) videlicet et Radulfo [3]), vobis canonice concessa est, similiter confirmamus. Concedimus etiam vobis, ut, si aliqua libera persona, sive in vita, sive in morte, vestro monasterio se conferre voluerit, recipiendi eam absque alicuius contradictione liberam habeatis facultatem, salvo tamen iure matricis ecclesie. Ad indicium autem huius a sede apostolica perceptę protectionis Lucensis monetę solidos duos nobis nostrisque successoribus annualiter persolvetis. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat, idem monasterium temere perturbare aut eius possessiones aufferre vel ablatas retinere, minuere seu quibuslibet vexationibus fatigare, sed omnia integra conserventur eorum, pro quorum gubernatione et sustentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura. Si qua igitur in futurum ecclesiastica secularisve persona, hanc nostre constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire temptaverit, secundo tertiove commonita, si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo corpore ac sanguine dei et domini, redemptoris nostri Iesu Christi, aliena fiat, atque in extremo examine districte ultioni subiaceat. Cunctis autem, eidem loco iusta servantibus, sit pax domini nostri Iesu Christi, quatinus et hic fructum bonę actionis percipiant, et apud districtum iudicem premia ęternę pacis | inveniant. Amen. Amen. Amen. —

(R) Ego Celestinus catholicę ecclesię episcopus ss. (M).
† Ego Conradus Sabinensis episcopus ss. (1)
† Ego Stephanus [b]) Penestrinus episcopus ss.

---

a) *Das erste* i *aus* e *corrigirt* b) *das* t *aus* p *corrigirt.* — .1) *Vergl. die Urk. vom 26 Mai 1144.*
2) *Johann, Bischof von Siena, c. 1037 — c. 1063.* 3) *Rudolf, Bischof von Siena, c. 1073 — c. 1083.*

Digitized by Google

— † Ego GG. (Gregorius) presbiter cardinalis tit. Calixti ss. (1)
† Ego Thomas presbiter cardinalis tit. Vestine ss.
— † Ego Gregorius [a]) diaconus cardinalis sanctorum Sergii || et Bachi ss.
† Ego Otto diaconus cardinalis sancti Georgii ad Velum aureum ss.
† Ego Hubaldus diaconus cardinalis sanctę Marię in Via lata ss.
† Ego Octavianus diaconus cardinalis sancti Nicolai in carcere Tulliano ss.

Dat. Laterani, per manum GERARDI, sancte Romane ecclesie presbiteri cardinalis ac bibliothecarii. VIIII Kl. Decemb. Indictione VII. Incarnationis dominice anno MCXLIII. Pontificatus vero domni CElestini II PP. anno primo.

Or. (S. Maria degli Angeli di Siena) und Cop. der Compend. di Cartepecore di div. Arch. p. 309, im Archivio di Stato; Abschrift B. VI. 13 p. 416, der Biblioteca Pubblica zu Siena.

Perg. ital., br. 0,485, lang 0,605, unten c. 0,03 umgeschlagen, durch zwei Löcher geht die ursprünglich rosa und gelbe Seidenschnur, deren Bleisiegel abgefallen doch erhalten Nr. 1. Faltung der Bullen. Initiale schwach betont mit eingesetztem E. *Verewigung Nr. 1*Pau^^ *wenig hervorgehoben, füllt nur 0,05. Majuskeln im Konscripte nach einem grossen Punkte etwas betont;* f. *mit Wellenschnörkel. Zeilenweite 0,021. Drei* Amen *Nr. 3* x² *weit auseinander gestellt, schliessen die letzte Zeile ab. Rota Nr. 1, Durchmesser 0,06. Monogramm Nr. 1*a, *hoch 0,04, breit 0,029. Ringkreuz, Um- und Unterschrift von dunklerer Dinte als der Hauptkörper, Ringkreuz und* ss *vielleicht von abweichender Dinte gewiss anderer Hand, die Dinte die gleiche, wie die Gerards, dessen Name in der Datirung nachgetragen ist. Datirung vom Schreiber des Hauptkörpers. Zwischen der Firma der Presbyter Gregors und Thomas' steht ein Kreuz, ganz wie das Gregors, dann aber übergewischt und etwas wegradirt, offenbar hat der Schreiber der Gregorfirma hier erst zu tief angesetzt. Ueber die Hände in den Firmen nichts sicheres zu sagen, bei einigen entspricht die Dinte der des Hauptkörpers, bei anderen der der päpstlichen Unterschrift. Die beiden Bischöfe sicher von gleicher Hand, nur ganz äusserlich ist ein wenig individualisirt.*

Nr. 46.

Cölestin II beurkundet dem Bischofe Walter von Augsburg, dass er das von diesem verlegte Augsburger Hospital zum Heiligen Kreuz in apostolischen Schutz nehme und dessen Güter bestätige [1]).

1143 November 26. Lateran.

Celestinus episcopus, servus servorum dei, venerabili fratri Gualtero, Augustensi episcopo [2]), eiusque successoribus canonice substituendis IN PPM.— | Quotiens illud a nobis petitur, quod rationi et honestati convenire dinoscitur, animo nos decet libenti concedere et petentium desideriis congruum impertiri suffragium. | Eapropter, venerabilis frater .G(ualtere) episcope, tuis iustis postulationibus gratum impertientes assensum, hospitale sancte Crucis, quod a beato Ulrico [3]), predecessore tuo, fundatum et a te prout audivimus in meliori loco translatum multisque bonis ac possessionibus ditatum est, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus et presentis scripti privilegio communimus. Statuentes, ut quascumque possessiones, quecumque bona idem hospitale in presentiarum iuste et canonice possidet aut in futurum concessione pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium seu aliis iustis modis deo propitio poterit adipisci, firma eidem hospitali et XII^cim b) Christi pauperibus in c) perpetuum d) et illibata permaneant. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat, prefatum hospitale temere perturbare aut eius possessiones auferre vel ablatas retinere, minuere e) seu quibuslibet vexationibus fatigare, set omnia integra conserventur peregrinorum et pauperum Christi usibus omnimodis profutura, salva Augustensis ecclesiae canonica reverentia. Si qua igitur in futurum ecclesiastica secularisve persona, huius nostre constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire temptaverit, secundo tertiove commonita, si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo corpore ac sanguine dei et domini, redemptoris nostri Iesu Christi, aliena fiat, atque in extremo examine districte ultioni subiaceat. Cunctis autem eidem loco iusta servantibus, sit pax domini nostri Iesu Christi, quatinus et hic fruc|tum bonę

---

a) *Zwischen* Ego *und* G *stecht ein durchkorrigirtes* Co b) *mit anderer Dinte und neuerer Hand zwischengeschoben, theilweise auf Rasur* c) *an dem* n *Ansatz eines dritten Grundstriches* d) m *theilweise auf Rasur und mit der abweichenden Dinte durchkorrigirt* e) minu *auf Rasur von der abweichenden Dinte.* — 1) *Vergl. Neues Archiv f. a. d. G. VII p. 90 Nr 35, auch die Urkunde vom gleichen Tage für den Dom von Augsburg Jaffé, Reg. 5983.* 2) *Walter von Dillingen, Bischof von Augsburg, 1133—1150.* 3) *Ulrich von Dillingen, Bischof von Augsburg, 923—973.*

Digitized by Google

actionis percipiant et apud districtum iudicem premia ęternę pacis inveniant. Am. A—m. Amen. —

(R) Ego Celestinus catholicę ecclesię episcopus ss. (M)
† Ego Chonradus Sabinensis episcopus subss.
† Ego Theodewinus sanctę Rufinę episcopus ss.
† Ego Stephanus Prenestinus episcopus ss. (6)
— † Ego Gregorius presbiter cardinalis tituli Calisti [a]) ss. [a]).
† Ego Thomas presbiter cardinalis tit. Vestine ss. (3 1/2)
† Ego Petrus cardinalis presbiter tit. sanctę Susannę ss. (1/2)
— † Ego Gregorius diaconus cardinalis Sergii et Bachi ss.
† Ego Otto diaconus cardinalis sancti GeorGii ad Velum aureum ss. (1).
† Ego Octavianus diaconus cardinalis sancti Nicolai in carcere Tulliano ss. (4)

Dat. Laterani, per manum GERARDI, sancte Romane ecclesie presbiteri cardinalis ac bibliothecarii. VI Kl. Decemb. Indictione VII. Incarnationis dominice anno MCXLIII. Pontificatus vero domni Celestini PP. II anno primo.

Or. im allgem. Reichsarchive zu München.

Perg. ital., br. 0,442, lang 0,755, unten unbeschnitten, 0,02—0,04 umgeschlagen, durch zwei Löcher geht die rosa und dunkelgelbe dünnfädige Seidenschnur, woran das Bleisiegel Nr. 1 hängt. Faltung der Bullen. Raumvertheilung: für den Hauptkörper nur 0,25, für Unterfertigungen 0,205, zwischen Datirung und Umgeschlagenem c. 0,26 freier Raum. Initiale ein hohes, eingebuchtetes, betontes C. *Verewigung Nr. 2 Pt·, etwas betont, füllt 0,138. Schrift sauber und zierlich, Majuskeln etwas hervorgehoben,* g *mit Durchzug-Unterlänge, die* f *mit Wellenschnörkel,* et *und* st *mit Verbindungsbalken bis zu 0,034, diese vereinzelt in der Mitte zickzacklinig. Zeilenweite 0,019.* Amen *Nr. 3x[3]. Rota Nr. 1, Durchmesser 0,062, von der letzten Zeile 0,008, von der linken Kante 0,072, vom Monogramm 0,216. Monogramm dünnlinig Nr. 1[a], hoch 0,048, breit 0,03, von der letzten Zeile 0,018, von rechts 0,064. Ringkreuz und Unterschrift könnten von gleicher Hand und Dinte herrühren, das schliessende* ss *und etwas auch das Ringkreuz entsprechen sich in unsauberer Mache. Die Umschrift wohl von der Dinte der Unterschrift, unsicher aber, in wiefern von gleicher Hand. Raumvertheilung der Unterschrift ist schlecht, erst zu weitläufig, dann zusammengedrängt. Datirung abweichende Dinte vom Hauptkörper und ziemlich sicher auch andere, doch nahe verwandte Hand,* Gerardi *mit dunklerer Dinte eingetragen. Unter den Zeugenfirmen rühren die der drei Bischöfe sicher von einer und derselben Hand und Dinte her, auch wohl Gregor, die übrigen zeigen unter sich wieder gleiche Dinte, nur der Presbyter Petrus und Diakon Gregor haben hellere.*

Nr. 47.

Cölestin II nimmt das Kloster Santa Maria della Pomposa (D. Comacchio) in apostolischen Schutz und bestätigt seine Besitzthümer und Rechte, wofür es jährlich drei Silbersolidi zu entrichten hat [1]).

1143 December 16. Lateran.

Celestinus episcopus, servus servorum dei, dilectis filiis Paulo, abbati monasterii sanctae Mariae, quod in insula Pomposia [b]) [2]) situm est, eiusque fratribus, tam praesentibus quam futuris, regulariter substituendis, in perpetuum. Apostolici moderaminis clemencię convenit, religiosos diligere et eorum loca pia protectione munire. Dignum namque et honestati conveniens esse cognoscitur [c]), ut, qui ad ecclesiarum regimen assumpti sumus, eas et a pravorum hominum nequitia tueamur et apostolicę sedis patrocinio foveamus. Eapropter, dilecti in domino filii, vestris iustis postulationibus clementer annuimus, et beatę dei genitricis semperqûe virginis Marię Pomposianum monasterium, in quo divino mancipati estis obsequio, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus, et presentis scripti privilegio communimus. Statuentes, ut quascumque possessiones, quęcumque bona idem monasterium in presentiarum iuste et canonice possidet aut in futurum concessione pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium, seu aliis iustis modis deo propitio poterit adipisci, firma vobis vestrisque successoribus et illibata permaneant; in quibus hęc propriis duximus exprimenda vocabulis: videlicet massacellam integram quę vocatur Matteraria, et massacellam [d]) que vocatur Maseuli integram, fundum integrum qui vocatur Casale [e]) publicum, massacellam [d]) quę vocatur Nepoti, et in massa, quę vocatur caput Bovis, terras et vineas, sicuti modo vos habetis et tenetis iure beati Petri apostoli, nec non et ripam fluminis Alemonis ex utrisque partibus iuxta masacellam [d]) quę vocatur Prata, exten-

a) *Auf Rasur* b) Pomposię *Venedig* c) dignoscimur *II* d) massam *I und III, Ven.* e) *in II vor* Casale *noch* Maseuli. . . . 1) *Vergl. Animadversiones pro Sacro Rom. imp. in causa Comaclensi. Tabula 1143, und die Urk. vom 21 December 1160. Eine Abschrift aus Venedig verdanke ich Herrn Dr. Else. — Vergl. auch Kaltenbrunner, Papsturk. p. 35, J. 5995[a] mit der falschen Angabe:* Ravennatis dioecesis, *und dem falschen Incipit:* Apostolici. 2) *Liegt jetzt auf angeschwemmtem Festlande nahe bei Valle di Belbosco.*

Digitized by Google

dente ipsa ripa ab Agaziolo usque ad campum Beduli, terram et vineam iuxta muros civitatis Ravennę cum turre Umbratica in integrum a Posterula Augusti usque ad portam Taurensem, hortum unum integrum in loco pontis Calciaci, in regione sancti Andreę, a duobus lateribus iura ipsius sancti, a reliquis duobus lateribus via publica, lacum qui vocatur Sanctus cum omnibus rebus ac pertinentiis suis, cum plebe ac capellis et titulis ipsius [a]), id est sanctę Marię, sancti Martini, sancti Petri et sancti Venantii, cum decimis et primitiis, cum piscaria quę vocatur Tilini, et fossa archipresbiteri, et piscaria quę vocatur Falci [b]), cum loco qui dicitur Monticellus, Lacus siccus [c]) cum ripis fluminis Padi et Gauri ex utrisque partibus usque ad mare, et a loco Conchę [d]) Agathę ex una parte usque ad mare cum loco integro qui dicitur Masinzatica [e]), inter affines de toto loco ac territorio massacellę [f]) quę vocatur Lacus sanctus, ab uno latere fossa Molendini de volta Latercli [g]), descendente in Aquiliolo [h]), et a fluvio Triba usque in Eliam et per paludem usque in mediam curbam et ultra curbam usque Padum et ultra Padum usque ad Gazium episcopi sanctę Comaclensis ecclesię, inde usque fluvium qui vocatur Cesi, ab alio latere curba [i]) descendens in concam [k]) Agatulę, et per ipsam in Gaurum [l]), a tertio latere palus, quę pergit inter rivum Angeli et Masinzaticam usque Monticellum, et Vedetosam [m]) currentem in Padum, a quarto latere Vaculinus et [n]) Ager malus et Calis de Vincareto pergente in Laterclum [o]). Insuper concedimus vobis piscariam integram quę vocatur Volana, cum rivo Badaleno [p]) et Gavalena maiore, ad ipsam piscariam pertinente, cum ponticellis ex utrisque partibus, sicut olim intravere in mare, eidem similiter pertinentes. Hęc nimirum omnia vobis vestrisque successoribus legitimis et fratribus, religiose viventibus, perpetuo habenda concedimus, ita sane, ut a vobis singulis quibuscumque [q]) annis pensionis nomine tres argentei [r]) solidi, difficultate postposita, sanctę nostrę Romanę ecclesię actionariis persolvantur. Crisma et oleum sanctum a Comaclensi accipietis episcopo, si catholicus fuerit, et sine pravitatis exactione gratis vobis dare [s]) voluerit, sin autem, pro eisdem sacramentis accipiendis ad quemcumque malueritis catholicum episcopum recurratis. Benedictionem quoque abbatis, monachorum vestrorum ordinationes et consecrationes altarium monasterii vestri et eorum, que in massacella [t]) lacus sancti sunt, a quo volueritis catholico episcopo suscipere, licentiam habeatis, qui, apostolicę sedis fultus auctoritate, quod postulatur, indulgeat. Mansuro [u]) etiam decreto statuimus, ut neque tu, dilecte in domino fili abbas, neque aliquis successorum tuorum ad cuiuslibet episcopi sinodum pergere compellatur, nisi a Romano pontifice vel legato eius fuerit invitatus. Ad hęc adicientes decernimus, ut nulli archiepiscopo, nulli episcopo liceat, monasterio vestro gravamen inferre, nec in ipso, aut eius rebus potestatem exercere. Nulli autem mortalium facultas sit, preter abbatis et fratrum monasterii voluntatem colonos seu villanos, famulos aut famulas, ad ipsum monasterium pertinentes, aut de cellis, villis, castris seu plebibus fodrum extorquere aut alias exactiones inferre, sed semper sedis apostolicę tuitione foveamini et, si necesse fuerit, audientia conservemini, salva in omnibus eiusdem apostolicę sedis auctoritate. Si qua igitur in futurum ecclesiastica secularisve persona, hanc nostrę constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundo tertiove commonita, si non [v]) satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo corpore ac sanguine dei et domini, redemptoris nostri Iesu Christi, aliena fiat, atque in extremo examine districtę ultioni subiaceat. Cunctis autem, eidem loco iusta [w]) servantibus, sit pax domini nostri Iesu Christi, quatenus et hic fructum bonę actionis percipiant et apud districtum iudicem prędmia ęternę pacis inveniant. Amen. Amen.

(R) Ego Celestinus catholice ecclesie episcopus ss. (M).
† Ego Conradus Sabinensis episcopus ss.
† Ego Theodewinus [x]) sanctę Silvę Candide episcopus ss.
† Ego Albericus Hostiensis episcopus ss.
† Ego Georgius presbiter cardinalis tit. sancti Calixti ss.

---

a) ipsis *II* b) Falce *Ven.* c) *so in Ven. und Alex. III;* Laciscus *I*, Laciticus *II* d) Conce *I und III* e) Masinzarica *II* f) massę *Ven.* g) Laterulo *II, III* h) Aquiliono *I* i) cursus *I, II* k) Cuncam *I* l) Gauro *Ven.* m) Vedetulam *I*, Vedicosam *Ven.* n) Vacolinus et per *II*, Vaculinus, Ager malus *I* o) Cantellum *Ven.* p) Badereno *I*, Baderino *III und Ven.* q) quibusque *Ven.* r) *so Ven. statt* argenti s) facere *Ven.* t) massa *I, Ven.* u) maturo *Ven.* v) sine w) iura *Ven.* x) Theogninus *I*, Theofilus *II*, Thioquinus *Ven.*

Digitized by Google

† Ego Guido presbiter cardinalis tit. sancti Grisogoni ss.
† Ego Rainerius presbiter cardinalis tit. sanctę Priscę ss.
† Ego Hubaldus presbiter cardinalis tit. sancte Praxedis ss.
† Ego Petrus presbiter cardinalis tit. sancte Susannę ss.
† Ego Gregorius diaconus cardinalis sanctorum Sergii et Bachi ss.
† Ego Otto diaconus cardinalis sancti Georgii ad Velum aureum ss.
† Ego Hubaldus [a]) diaconus cardinalis S. Marię in Via lata ss.
† Ego Gerardus diaconus cardinalis sanctę Marię in Dominica ss.

Dat. Laterani, per manum Gerardi, sanctę Romanę ecclesię presbiteri cardinalis et bibliothecarii. XVII Kl. Ianuarii. Indictione VII. Incarnationis Dominicę anno MCXLIII. Pontificatus vero domni Celestini II papę anno primo.

Vier Abschriften, eine auf Pergament, drei auf Papier, des 16—18 Jahrh., im Archivio di Stato zu Modena; und Cod. Misc. 650 p. 37, im Archivio Regio zu Venedig.

Nr. 48.

Cölestin II nimmt die Domkirche von Vercelli in apostolischen Schutz und bestätigt ihre Besitzthümer und Rechte.

1144 Januar 1. Lateran.

Celestinus episcopus, servus servorum dei, dilectis filiis, Abraham archipresbitero et canonicis maioris Vercellensis ęcclesię, tam presentibus quam futuris, canonice substituendis IN PPM. — | Equitatis et iustitię ratio persuadet nos, ecclesiis perpetuam rerum suarum firmitatem et vigoris inconcussi munimenta conferre. Non enim decet, clericos, in sortem domini evocatos, | perversis malorum hominum molestiis agitari et temerariis quorumlibet vexationibus fatigare [b]). Similiter et predia, usibus secretorum celestium dedicata, nullas potentum angarias nichil debent extra ordinarium sustinere. Eapropter, dilecti in domino filii, vestris iustis postulationibus clementer annuimus et beati Eusebii Vercellensem ecclesiam, in qua divino mancipati estis obsequio, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus et presentis scripti privilegio communimus. Statuentes, ut quascumque possessiones, quecumque bona eadem ęcclesia in presentiarum iuste et canonice possidet aut in futurum concessione pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium seu aliis iustis modis deo propitio poterit adipisci, firma vobis vestrisque successoribus et per vos eidem ecclesie in perpetuum et illibata permaneant. In quibus hęc propriis duximus exprimenda vocabulis: montem Galiani cum appenditiis suis, portum Sarvi, quicquid in curte Carisiana et Uliaco iuste habetis. Preterea antiquas et rationabiles consuetudines ipsius ecclesie ratas manere censemus. Sanctorum quoque patrum auctoritatem sequentes sancimus, ut nullus in eadem ęcclesia, nisi communi fratrum vel sanioris partis consilio canonicus statuatur, nec cuiuslibet ecclesiastici officii amministratio [c]) alicui committatur. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat, prefatam ecclesiam temere perturbare aut eius possessiones auferre vel ablatas retinere, minuere aut aliquibus vexationibus fatigare, set omnia integra conserventur eorum, pro quorum gubernatione et sustentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura salva sedis apostolice auctoritate. Si qua igitur in futurum ecclesiastica secularisve persona, hanc nostre constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire temptaverit, sęcundo tertiove commonita, si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo corpore ac sanguine dei et domini, redemptoris nostri Iesu Christi, aliena fiat, atque in extremo examine districte ultioni subiaceat. Cunctis autem, eidem loco iusta servantibus, sit pax domini nostri | Iesu Christi, quatinus et hic fructum bone actionis percipiant et apud districtum iudicem premia ęternę pacis inveniant. Amen. A—m. Amen. —

(R) Ego Celestinus catholicę ecclesię episcopus ss. (M)
† Ego Conradus Sabinensis episcopus ss.
† Ego Theodewinus sancte Rufine episcopus ss. (3)
† Ego Imarus Tusculanus episcopus ss.
† Ego Petrus Albanensis episcopus ss. (5)

a) Rombaldus *Ven.* b) *besser* fatigari c) *im* r *corrigirt.*

Digitized by Google

— † Ego GG. (Gregorius) presbiter cardinalis tit. Calixti ss.
† Ego Rainerius presbiter cardinalis tit. sancte Prisce ss.
† Ego Goizo presbiter cardinalis tit. sancte Cecilie ss.
† Ego Thomas presbiter cardinalis tit. Vestine ss.
† Ego Hubaldus presbiter cardinalis sanctorum Iohannis et Pauli ss.
† Ego Hubaldus presbiter cardinalis tit. sancte Praxedis ss.
† Ego Guido presbiter cardinalis tit. sancti Laurencii in Damaso ss. (1)
† Ego Manfredus presbiter cardinalis sancte Sabine tit. ss.
† Aribertus presbiter cardinalis tit. sancte Anastasie ss.
— † Ego Gregorius diaconus cardinalis sanctorum Sergii et Bachi ss.
† Ego Otto diaconus cardinalis sancti Georgii ad Velum aureum ss.
† Ego Gerardus diaconus cardinalis sanctę Marię in Domnica ss.
† Ego Octavianus diaconus cardinalis sancti Nicolai in carcere Tulliano ss. (1)
† Ego GG. (Gregorius) diaconus cardinalis sancti Angeli ss.
† Ego Rodulfus diaconus cardinalis sanctę Lucię in septem soliis ss.
† Ego Iohannes diaconus cardinalis tit. sanctę Marie nove ss.
† Ego Astaldus diaconus cardinalis tit. sancti Eustachii ss.
† Ego Hugo Romane ecclesie diaconus cardinalis tit. sancte Lucie in Horphea ss. (2)

Dat. Laterani, per manum GERARDI, sancte Romane ecclesie presbiteri cardinalis ac bibliothecarii. Kl. Ian. Indictione VII. Incarnationis dominice anno MCXLIII. Pontificatus vero domni Celestini II PP. anno primo. —

Or. im Archivio Capitolare zu Vercelli.

Perg. ital., br. 0,553, lang 0,715, unten 0,033 umgeschlagen, durch zwei Löcher geht die lila und schwärzlichgrüne Seidenschnur, woran das Bleisiegel Nr. 3 hängt. Faltung der Bullen. Initiale: eingeknicktes verziertes C *mit eingesetztem* E. *Die Oberlängen der Gitterbuchstaben kurz. Verewigung Nr. 1* P^{t} *, fast gar nicht betont, füllt 0,06. Im Konscripte: die Majuskeln nach einem grossen Punkte betont, besonders stark* C(unctis) *hervorgehoben. Zeilenweite 0,021. Drei Amen Nr.* 5x^{2} *schliessen die letzte Zeile ab. Das Konscript füllt nur die Hälfte des Pergamentes, die letzte Zeile steht gerade auf dem Mittelbruche. Rota Nr. 1, im Durchmesser 0,06, von der letzten Zeile 0,009. Monogramm Nr.* 1^{a}, *hoch 0,063, breit 0,037. Das Ringkreuz,* E *und* ss *der Unterschrift haben hellere Dinte als Um- und übrige Unterschrift, die beide von der Konscriptdinte herrühren könnten. Die Datirung andere Hand und Dinte als Konscript,* Gerardi *darin nachgetragen, von* dominice *an ist die Datirung durch Vergrösserung der Zwischenräume auseinander gezogen, um die Zeile zu füllen. Die Zeugen zum grössten Theile von gleicher Hand und Dinte. Bei dem Presbyter Aribert fehlt das* Ego, *und das Kreuz, wohl von abweichender Dinte herrührend, steht rechts von der Seitenlinie. Ziemlich sicher hat der Schreiber, der auch die darüber stehenden Firmen schrieb, die Eintragung ausser* + Ego *ausgeführt, dies sollte von jemand anders gemacht werden, der aber nicht genau Acht gab, dass auch* Ego *fehle und so nur ein Kreuz gerade vor* Aribertus *setzte.*

Nr. 49.

Cölestin II nimmt die Kollegiatkirche San Pietro di Pecorara (D. Tortona) in apostolischen Schutz und bestätigt ihre Besitzthümer und freie Propstwahl.

1144 Februar 14. Lateran.

Celestinus episcopus, servus servorum dei, dilectis filiis Iordano, preposito ecclesie beati Petri de Pecoraria [1]), que in Terdonensi episcopatu sita est, eiusque fratribus, tam presentibus quam futuris, regularem vitam professis IN PPM. — | Ad hoc universalis ecclesie cura nobis a provisore omnium bonorum deo commissa est, ut religiosas diligamus personas et beneplacentem deo religionem stu deamus modis omnibus propagare. Nec enim deo gratus aliquando famulatus impenditur, nisi ex caritatis radice procedens a puritate religionis fuerit conservatus. Oportet igitur, omnes Christiane fidei amatores religionem diligere et loca venerabilia cum ipsis personis, divino servitio mancipatis, attentius confovere, ut nullis pravorum hominum inquietentur molestiis vel importunis angariis fatigentur. Eapropter, dilecti in domino filii, vestris iustis postulationibus clementer annuimus, et prefatam beati Petri ecclesiam, in qua divino mancipati estis obsequio, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus et presentis scripti privilegio communimus. Statuentes, ut quascumque possessiones, quecumque bona in presentiarum iuste et canonice possidetis aut in futurum concessione pontificum,

1) *Pecorara, nördlich bei Bobbio.*

Digitized by Google

largitione regum vel principum, oblatione fidelium seu aliis iustis modis deo propitio poteritis adipisci, firma vobis vestrisque successoribus et illibata permaneant. In quibus hec propriis duximus exprimenda vocabulis: quartam partem decimarum et quartam partem antiquę possessionis ipsius ecclesie, oblationes, quę in ipsa ecclesia a fidelibus offeruntur. Commutationem quoque terre, quę iuxta eandem ecclesiam sita est, quam pro plantandis vineis cum canonicis maioris Terdonensis [1]) ecclesie rationabiliter fecistis, ratam manere censemus. Sane laborum vestrorum, quos propriis manibus aut sumptibus colitis, sive de nutrimentis vestrorum animalium, nullus omnino clericus vel laicus decimas a vobis exigere presumat. Obeunte vero te, nunc eiusdem loci preposito, vel tuorum quolibet successorum, nullus ibi qualibet surreptionis astutia vel violentia preponatur, sed liceat vobis, communi consilio vel parti consilii sanioris secundum dei timorem et beati Augustini regulam absque ullius contradictione prepositum eligere. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat, iam dictam ecclesiam temere perturbare aut eius possessiones auferre vel ablatas retinere, minuere seu quibuslibet molestiis fatigare, sed omnia integra conserventur eorum, pro quorum gubernatione et sustentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura, salva Terdonensis ecclesie canonica iustitia et [a]) apostolice sedis reverentia. Si qua igitur in futurum ecclesiastica secularisve persona, hanc nostre constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire temptaverit, secundo tertiove commonita, si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis [b]) honorisque sui dignitate careat reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo corpore ac sanguine dei et domini, redemptoris nostri Iesu Christi, aliena fiat, atque in extremo examine districte ultioni subiaceat. Cunctis autem, eidem loco iusta servantibus, | sit pax domini nostri Iesu Christi, quatinus et hic fructum bone actionis percipiant et apud districtum iudicem premia eterne pacis inveniant. Amen. — A-m. Am. —

(R) Ego Celestinus catholicę ecclesię episcopus ss. (M)
† Ego Conradus Sabinensis episcopus ss.
† Ego Theodewinus sancte Rufine episcopus ss.
† Ego Albericus Hostiensis episcopus ss.
† Ego Stephanus Prenestinus episcopus ss. (5)
— † Ego Goizo presbiter cardinalis tit. sancte Cecilie ss.
† Ego Thomas presbiter cardinalis tit. Vestine ss. (1 1/2)
† Ego Petrus cardinalis presbiter tit. sanctę Susannę ss. (2).
† Ego Guido presbiter cardinalis tit. sancti Laurentii in Damaso ss. (1 1/2).
— † Ego Gregorius diaconus cardinalis sanctorum Sergii et Bachi ss.
† Ego Otto diaconus cardinalis sancti Georgii ad Velum aureum ss.
† Ego Guido diaconus cardinalis sanctorum Cosme et Damiani ss.
† Ego Gerardus diaconus cardinalis sanctę Marię in Domnica ss.
† Ego Iohannes paparo diaconus cardinalis sancti Adriani ss.
† Ego Gregorius diaconus cardinalis sancti Angeli ss.
† Ego Hugo Romane ecclesie diaconus in sancta Lucia in Horphea ss. (3)

Dat. Laterani, per manum GERARDI, sancte Romane ecclesie presbiteri cardinalis ac bibliothecarii. XVI Kl. Martii. Indictione VII. Incarnationis dominice anno MCXLIII. Pontificatus vero domni Celestini pp. II anno primo.

Or. (Vescov. di Tortona, Mazzo 1 Nr 1), im Archivio di Stato zu Turin.

Perg. ital, br. 0,465, lang 0,665, unten 0,023 umgeschlagen, durch zwei Löcher ging die Schnur, welche mit dem Bleisiegel verloren. Faltung der Bullen. Initiale: eingeknicktes hervorgehobenes C, *mit eingesetztem* E. *Die Gitterbuchstaben der ersten Zeile zusammengedrängt,* Celestinus *im* us *abgekürzt, die Oberlängen kurz. Verzwigung Nr. 4 Pt, wenig betont und knapp 0,02 füllend. Majuskeln im Konscripte betont, am Schlusse öfters liegende Rund-*s, *die Verbindungsbalken von* st *und* ct *ziemlich kurz,* g *mit Schleifensattel. Amen Nr. 5x[3]. Rota Nr. 1, im Durchmesser 0,056, von der letzten Zeile 0,009. Monogramm Nr. 1[c], br. 0,031, hoch 0,046, von der letzten Zeile c. 0,018. Ringkreuz,* E *und* ss *bei weitem hellere Dinte als die Unterschrift, welche von der Dinte des Konscriptes herrührt, jene Theile auch schwerere Hand. Umschrift etwas dunklere Dinte als das Ringkreuz; mit letzterem gleich scheint die Dinte der Datirung zu sein, doch leichtere Hand, vielleicht gleiche mit dem Konscripte,* Gerardi *von dunklerer Dinte eingetragen. Die Zeugenfirmen rühren alle von gleicher dunkler Dinte her, in wiefern von gleicher Hand, lässt sich nicht entscheiden.*

---

a) *steht zwei mal* b) *theilweise auf Rasur.* — 1) *Tortona.*

Digitized by Google

Nr. 50.

Cölestin II bestätigt dem Bischofe Hatto von Pistoia die Besitzthümer und Rechte seines Hochstiftes [1]).

1144 Februar 17. Lateran.

Celestinus episcopus, servus servorum dei, venerabili fratri Attoni, Pistoriensi episcopo, eiusque successoribus canonice promovendis IN PPM. — | Pistoriensis ecclesia, largiente auctore omnium bonorum domino, in Tuscie partibus a longis retro temporibus huius specialis prerogative munus optinuit, ut sapientum et discretorum pastorum | regimine prefulgeret et tam in temporalibus, quam in spiritualibus per eorum industriam gratum deo susciperet incrementum. Gaudemus equidem et debita iocunditate letamur, quoniam superne dispositionis providentia te, venerabilis frater, ATTO episcope [2]), sapientem utique virum et in religione probatum, eiusdem loci pastorem, constituit et ad gubernandum et instruendum doctrine [a]) et vite exemplo populum suum miseratio divina vocavit. Quanto igitur persona tua religiosior est, etiam prefata Pistoriensis ecclesia, cui auctore deo presides, extitit beato Petro devotior, tanto ex iniuncto apostolatus officio magis grata nobis incumbit necessitas, ut prenominatam ecclesiam, tibi a deo commissam, auctoritate apostolici privilegii muniamus et ei ius suum illibate et integre conservemus. Ad exemplar igitur predecessorum nostrorum, felicis memorie URBANI [3]), PASCALIS [4]) et INNocentii [5]), Romanorum pontificum, presenti decreto statuimus, ut universa, quę in presentiarum eadem ecclesia iuste et legitime possidet, aut in futurum concessione pontificum, largitione regum, oblatione fidelium seu aliis iustis modis, prestante domino, poterit adipisci, firma tibi tuisque successoribus et illibata permaneant. Statuimus etiam, ut diocesis Pistoriensis episcopatus, sicut eius termini predictorum predecessorum nostrorum privilegiis distincti sunt, sic in iure et condicione Pistoriensis episcopi sine alicuius molestia vel inquietudine perseveret. Per quos nimirum terminos subscripte capelle et ecclesie constitute esse noscuntur: capella videlicet de Capraria, capella Hospitalis de Rosaria, plebs de Massa, capella de Vincio, capella de Bucuniano, capella de Castello novo, capella sancti Martini in Monteculli, capella de Varazano, capella de Verruca, super quam prefati predecessoris nostri URBANI post tertiam et quartam discussionem est prolata sententia [6]), capella hospitalis de Fanano, capella Prati episcopi, capellla de Rotie, capella de Cerbaria, capella Montis acuti, capella de Insula, capella sancti Salvatoris sita in Prato, curtem etiam, que vocatur Pavana, infra Pistoriensem comitatum, cum castello Sambuce infra curtis confinia constructo, sancte Pistoriensi ecclesie confirmamus, sicut a venerabilis memorie comitissa Matilde, beati Petri filia, post diu examinatam a compluribus iudicibus ac iuris peritis actione per iudicium Bernardi, tunc sancte Romane ecclesie presbiteri cardinalis [7]) et iam dicti Pascalis pape vicarii, in manus digne recordationis Ildeprandi, predecessoris tui [8]), et fratrum eius restituta esse cognoscitur. Porro decimationes de monte Morulo, de Prato, de sancto Paulo, de Colonica, de monte Magno, de Casale, de Lamporechio, de Creti et de Spanarechio, quas de laicorum manibus sollertia predicti predecessoris tui eripuit, nullus umquam ab ecclesie iure et clericorum usibus alienare presumat. Id ipsum de ceteris curtibus prediisve precipimus, que hodie in ecclesie Pistoriensis possessione persistunt, videlicet de Lizano, de Mamiano, de Cavinano, de Batoni, de Saturnana, Brandelio, Groppule, Piscia, Vinaciano, Tobiano, Publica, Silvamortua, Vizule, Pethanese, Celleri et de terra sita infra episcopatum Bononiensem, quam tenuerunt homines de valle Piderla, curte de Spalliori; insuper confirmamus vobis plebem sancti Ypoliti in Alpe, plebem sancti Laurentii, plebem monte Murlo, plebem in Villiano, plebem sancti Quirici, plebem de Spanareclo, plebem in Saturnana, plebem de Brandelio, plebem de Cavinano, plebem sancti Marcelli, plebem de Lizano, plebem de Popillio, plebem de Pitellio, plebem de Furfalo, plebem de Celle, plebem de Calloria cum omnibus capellis et decimationibus ad eas iure pertinentibus, plebem de Vinaciano, plebem de Massa, plebem de Creti, plebem de Lamporeclo, plebem de

---

a) *Es steht am Schlusse* ei, *vielleicht aus* a *corrigirt.* — .1) *Vergl. Jaffé, Reg. 6014; Zaccharia p. 230, bringt nur die Zeugen.* 2) *Atto, Bischof von Pistoia, 1134—1153.* 3) *Diese Urk. ist nicht erhalten. Jaffé, Reg. 4138 ist für die Kanoniker von Pistoia ausgestellt.* 4) *Jaffé, Reg. 4513. Or. im Arch. di Stato zu Florenz.* 5) *Jaffé, Reg. 5466. Cop. s. XIV im Arch. di Stato zu Florenz.* 6) *Vergl. Cappelletti, Chiese XVII p. 89.* 7) *Bernhard war Card. presb. tit. S. Chrysogoni unter Paschalis II.* 8) *Hildebrand de Guidi, Bischof von Pistoia, 1107 — c. 1134.*

Digitized by Google

Limite, plebem de Artimino, plebem de Seano, plebem de Quarrata, plebem de Montemagno, plebem de Tobiano, plebem sancti Pauli, plebem sancti Ypoliti, plebem de Aiolo, plebem sancti Iusti, plebem de Colonica cum populo et decimis et ceteris ad eam iure pertinentibus, in Prato plebem sancti Stephani. Nulli ergo omnino hominum fas sit, sepedictam Pistoriensem ecclesiam temere perturbare aut eius possessiones auferre vel ablatas retinere, minuere aut aliquibus vexationibus fatigare, sed omnia integra conserventur, tam tuis, quam tuorum fratrum et pauperum usibus profutura, salva apostolice sedis auctoritate. Si quis igitur in posterum archiepiscopus aut episcopus, imperator aut rex, princeps aut dux, comes, vicecomes, iudex aut quelibet ecclesiastica secularisve persona, hanc nostre constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire temptaverit, secundo tertiove commonita, si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo corpore ac sanguine dei et domini, redemptoris nostri Iesu Christi, aliena fiat, atque in extremo examine districte ultioni subiaceat. Cunctis autem, eidem ecclesie sua iura servantibus, | sit pax domini nostri Iesu Christi, quatinus et hic fructum bone actionis percipiant et apud districtum iudicem premia eterne pacis inveniant. Amen. Amen. Amen.

(R) Ego Celestinus catholicę ecclesię episcopus ss. (M)
† Ego Conradus Sabinensis episcopus ss.
† Ego Theodewinus sanctę Rufinę episcopus ss.
† Ego Alberigus Ostiensis episcopus ss.
† Ego Stephanus Prenestinus episcopus ss.
† Ego Imarus Tusculanus episcopus ss.
† Ego Petrus Albanensis [a]) episcopus ss. (2)
— † Ego Guido presbiter cardinalis tit. sancti Grisogoni ss.
† Ego Rainerius presbiter cardinalis tit. sancte Priscę ss.
† Ego Petrus presbiter cardinalis tit. sanctę Susannę ss.
† Ego Hubaldus presbiter cardinalis tit. sancte Praxedis ss.
† Ego Goizo presbiter cardinalis tit. sancte Cecilie ss.
† Ego Thomas presbiter cardinalis tit. Vestine ss.
† Ego Guido presbiter cardinalis tit. sancti Laurentii in Damaso ss.
† Ego Rainerius presbiter cardinalis tit. sancti Stephani ss.
— † Ego Gregorius diaconus cardinalis sanctorum Sergii et Bachi ss.
† Ego Otto diaconus cardinalis sancti Georgii ad Velum aureum ss.
† Ego Guido diaconus cardinalis sanctorum Cosmę et Damiani ss.
† Ego Gerardus diaconus cardinalis sanctę Marię in Domnica ss.
† Ego Guido in Romana ecclesia altaris minister indignus ss.
† Ego Iohannes diaconus cardinalis sanctę Marie Nove ss. (c. 3)

Dat. Laterani, per manum GERARDI, sancte Romane ecclesie presbiteri cardinalis ac bibliothecarii. XIII Kl. Martii. Indictione VII. Incarnationis dominice anno MCXLIII. Pontificatus vero dompni [b]) Celestini pape II anno primo.

Or. (Vescov. di Pistoia, 1143 Feb. 17), im Archivio di Stato zu Florenz.

Perg. ital., br. 0,54, lang 0,785, unten 0,032 umgeschlagen, durch zwei Löcher ging die Schnur, welche mit dem Blei verloren. Faltung der Bullen. Initiale: eingeknicktes, betontes C *mit eingesetztem* E. *Die Worte in der ersten Zeile gut getrennt, Oberlängen gering. Verewigung Nr. 4Prᴗᴗ, stark hervorgehoben, füllt 0,145. Im Konscripte von* Pistoriensis possessione *an hellere Dinte, doch gegen Ende, namentlich von* Si quis *an, wieder dunkler werdend. Die Majuskeln nach einem grossen Punkte sind betont oder doppellinig, am stärksten ist* S(i quis) *hervorgehoben. Namen von Personen halblang oder in Minuskeln,* ii *mit Strichen,* g *mit Schleifensattel. Am Wortschlusse ist das Schlangen-*s *verwendet, innerhalb des Wortes das lange* ſ, *jenes ist einige male gestreckt. Die Schrift ist innerhalb der Worte zusammengedrängt, doch die einzelnen Worte gut getrennt. Zeilenweite 0,021. Drei Amen Nr. 5x² schliessen die letzte Zeile. Rota Nr. 1, im Durchmesser 0,058, von der letzten Zeile 0,011, von der linken Kante 0,085, vom Monogramm 0,275. Monogramm Nr. 1c, hoch 0,045, breit 0,037, von der letzten Zeile 0,017, von der rechten Kante 0,08. Ringkreuz,* E *und* ss *der Unterschrift können von gleicher Hand und Dinte sein. Im Ganzen lässt sich über Um- und Unterschrift nichts Sicheres sagen. Datirung wohl von anderer Hand und Feder, sicher von viel hellerer Dinte,* Gerardi *könnte mit eben dieser nachgetragen sein. Bei den Zeugenfirmen rühren die der Bischöfe unter sich und die der Presbyter unter sich von der gleichen Hand her, von welcher auch die beiden ersten Diakonen geschrieben zu sein scheinen. In wiefern beide Hände identisch, ist unsicher. Die letzten 4 Diakonen wohl von anderer, bezw. unter sich theilweise verschiedenen Händen, alle gleiche Dinte. Guido ist zwischen Otto und Gerard eingeklemmt. Die Querliniirung geht über die Seitenlinien weg.*

---

a) Abbanensis b) *das* p *nicht ganz ausgeführt.*

Digitized by Google

Nr. 51.

Cölestin II nimmt das Kloster San Salvatore del Montamiata (D. Chiusi) in apostolischen Schutz und bestätigt seine Güter und Rechte, wofür jährlich zwei Byzanzier an die Kurie zu entrichten sind [1]).

1144 Februar 23. Lateran.

Celestinus episcopus, servus servorum dei, dilectis filiis Falconi [a]), abbati venerabilis monasterii sancti Salvatoris de Monte Amiato, eiusque fratribus, tam presentibus, quam futuris, regularem vitam professis, in ppm. Cum universis catholice ecclesię filiis debitores ex iniuncto nobis a deo apostolatus officio existamus, illis tamen, qui sedi apostolice specialius inherere noscuntur, propensiori nos convenit, caritatis studio imminere. Eapropter, dilecti in domino filii, vestris iustis postulationibus clementer annuimus, et prefatum monasterium, in quo divino mancipati estis obsequio, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus et presentis scripti privilegio communimus. Statuentes, ut quascumque possessiones, quecumque bona idem monasterium in presentiarum iuste et canonice [b]) possidet, aut in futurum concessione pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium seu aliis iustis modis deo propitio poterit adipisci, firma vobis vestrisque successoribus et illibata permaneant. In quibus hec propriis duximus exprimenda vocabulis: oblationes [c]), decimas et primitias de hominibus vestris sive de preceptalibus, quemadmodum idem monasterium eas actenus quiete [d]) possedisse dinoscitur, plebem sancti Benedicti, plebem sancte Marie intra Fossata, plebem sancte Marie de Lamula [e]), monasterium de Cerasole [f]), aecclesiam sancti Nicolai de Archidossii [g]) salvo in eadem ecclesia iure episcopali [h]), castrum de Radicofane [i]), auctoritate apostolica prohibentes, ut nulli abbati nec alicui omnino hominum liceat, idem castrum absque Romani pontificis licentia cuilibet dare, vendere, locare, commutare seu quamlibet exinde concessionem facere. Crisma vero, oleum sanctum, consecrationes altarium seu basilicarum, ordinationes monachorum vel clericorum, que ad sacros ordines fuerint promovendi, a diocesano suscipiatis episcopo, siquidem catholicus fuerit, et gratiam atque communionem sedis apostolice habuerit, et ea gratis et absque aliqua pravitate vobis voluerit exhibere; alioquin liceat vobis, catholicum, quemcumque malueritis, adire antistitem, qui nimirum, nostra fultus auctoritate, quod postulatur, indulgeat. Ad exemplar quoque predecessoris nostri Leonis pape VIIII [2]), cuiuslibet ecclesie sacerdotem in prefato monasterio quamlibet iurisditionem vel potestatem sive auctoritatem preter sedis apostolice pontificem habere prohibemus ita, ut, nisi ab abbate eiusdem monasterii fuerit invitatus, missarum ibidem sollempnia nullo modo celebrare presumat, sed idem monasterium sub proprietate et dominio ac dispositione sanctę Romane ecclesie liberum quietumque consistat. Concedimus etiam vobis placitum omnium clericorum vestrarum ecclesiarum, addentes, ut clericos sive laicos liberos, seculariter viventes, ad conversionem suscipiendi facultatem liberam habeatis. Ad huius itaque proprietatis et libertatis inditium duos byzantios aureos nobis nostrisque successoribus annualiter persolvetis [k]). Obeunte vero te, nunc [l]) eiusdem loci abbate [m]), vel tuorum quolibet successorum, nullus ibi qualibet subreptionis astutia vel violentia preponatur, sed liceat vobis, communi consilio vel parti consilii sanioris, secundum dei timorem et beati Benedicti regulam absque ullius contradictione abbatem eligere [n]). Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat, idem monasterium temere perturbare aut eius possessiones auferre vel ablatas retinere, minuere seu quibuslibet molestiis fatigare. Nullusque dux, marchio, comes, vicecomes, castaldio vel alia quevis magna seu parva persona ullum districtum in aliquibus locis ipsius monasterii habere vel iudicare seu aliquod placitum tenere audeat, nisi ab ipsius cenobii abbate fuerit invitatus, sed omnia integra conserventur eorum [o]), pro quorum gubernatione et sustentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura, salva in omnibus apostolice sedis auctoritate. Si qua igitur in futurum ecclesiastica secularisve persona, hanc nostrę constitutionis

---

a) Rainerio *B.* b) et canonice *fehlt in A.* c) *fehlt in B.* d) *fehlt in A.* e) Lamola *B.* f) Cherosolo *B.* g) Archedossii *B.* h) *von* salvo *an fehlt in A.* i) Radicofano *B.* k) *in B fehlt alles von* indulgeat *bis* obeunte, *es folgt etwas abweichend einen Satz später, vergl. Anm.* n). l) te nunc *fehlt in A.* m) *von* vel *an fehlt in A.* n) *hier in B.* ad exemplar . . . consistit. Ad huius . . . persolvatis. Addentes etiam concedimus, ut clericos . . . habetis. Decernimus . . . *Der Anfang* Concedimus *bis* ecclesiarum *fehlt* o) sed omnia eorum *in A.* — .1) *Vergl. die Urk. vom 23 April 1122 und 23 October 1153.* 2) *Urk. vom 19 Juli 1050.*

Digitized by Google

paginam sciens, contra eam temere venire temptaverit, secundo tertiove commonita, si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo corpore ac sanguine dei et domini, redemptoris nostri Iesu Christi, aliena fiat, atque in extremo examine districte ultioni subiaceat. Cunctis autem, eidem loco iusta servantibus, sit pax domini nostri Iesu Christi, quatinus et hic fructum bone actionis percipiant et apud districtum iudicem premia eterne pacis inveniant. Am. Am. Am.

(R) Ego Celestinus catholice ecclesie episcopus ss. (M)
† Ego Conradus Sabinensis episcopus ss.
† Ego Albericus Hostiensis episcopus ss.
† Ego Stephanus Prenestinus episcopus ss.
† Ego Petrus presbiter cardinalis tit. Pastoris ss.
† Ego Thomas presbiter cardinalis tit. Vestine ss.
† Ego Petrus cardinalis presbiter tit. sancte Susanne ss.
† Ego Gilbertus presbiter cardinalis tit. sancti Marci ss.
† Ego Guido presbiter cardinalis tit. sancti Laurentii in Damaso ss.
† Ego Gregorius diaconus cardinalis sanctorum Sergii et Bachi ss.
† Ego Guido diaconus cardinalis sanctorum Cosme et Damiani ss.
† Ego Hugo Romane ecclesie diaconus in sancta Lucia in Orphea ss.

Dat. Laterani, per manum Gerardi, sancte Romane ecclesie presbiteri cardinalis ac bibliothecarii. VII Kl. Mart. Indictione VII. Incarnationis dominice anno MCXLIII. Pontificatus vero domni Celestini pape II anno primo.

Kopien des 13 Jahrh. (A), und beglaubigte des 16 Jahrh. (B) (S. Salvatore 23 Feb. 1143), und 14 Jahrh. (C) (S. Salvatore 1050, im Archivio di Stato zu Siena.

Die Texte zerfallen in zwei Gruppen 1) in A und 2) in B und C. A ist durch die ältere Kopie repräsentirt, hat aber theilweise schlechtere Lesarten. Abgesehen von der verschiedenen Reihenfolge, in der mehrere Bestimmungen gebracht werden, hat A auch den Satz: Concedimus etiam vobis placitum omnium clericorum vestrarum ecclesiarum *mehr. Hätten wir demnach nur diese Abschriften zur Verfügung, so würden wir wohl schliessen müssen, dass wir Gruppe II als die ursprünglichere anzusehen hätten, weil sie im Ganzen bessere Lesarten bringt, jener Satz interpolirt wäre und sich aus diesem Grunde auch die ganze Umarbeitung erklärte. Dem aber steht entgegen, dass der Text der Bestätigungsurkunde von Anastasius IV mit A übereinstimmt und, dass man sich in der päpstlichen Kanzlei gerne wörtlich an die Vorlage lehnte. Hiegegen darf man wieder einwenden, dass die wörtliche Herübernahme auch von dem Umarbeiter aus der Urkunde Anastasius IV bewerkstelligt worden sein könne, dass kein Grund abzusehen, weswegen bei einer Umarbeitung eine nicht unwesentliche Bestimmung zu Gunsten des Klosters weggelassen sein solle. Von Unachtsamkeit und Willkür zu geschweigen, liesse sich annehmen, dass jener Ausfall auf Absicht beruhe, weil er dem Kloster das Placitum über seine Geistlichen einräumt, und einige von diesen ein anderes, etwa das des Sprengelbischofs oder des Papstes vorzogen. Nach alledem dürfte es am gerathensten sein, die durch die Bestätigung beglaubigte Fassung zu Grunde zu legen. Ein in zwiefacher Gestalt ausgestelltes Original dürfte wenig für sich haben.*

Nr. 52.

Cölestin II bestätigt dem Bischofe Leo von Veroli die Besitzthümer seines Hochstiftes.

1144 Februar 27. Lateran [1]).

CELestinus episcopus, servus servorum dei, venerabili fratri Leoni, Berulano episcopo, eiusque successoribus canonice substituendis IN PPM. — | Pię postulatio voluntatis debet effectu prosequente compleri, ut et devotionis sinceritas enitescat laudabiliter, et utilitas postulata vires indubitanter assumat. Eapropter, | venerabilis frater Leo episcope, tuis petitionibus annuentes, sanctam Berulanam ęcclesiam, cui deo auctore presides, ad exemplar predecessorum nostrorum, felicis memorię URBANI [2]), PASHALIS a)[3]), CALIXTI [4]) et HONORII [5]), Romanorum pontificum [6]), apostolice sedis auctoritate munimus. Statuimus enim, ut bona omnia et possessiones, quas ecclesia eadem in presenti legitime possidet sive in futurum, largiente deo, iuste atque canonice poterit adipisci, firma tibi tuisque successoribus et illibata permaneant. In quibus hęc propriis nominibus duximus exprimenda: Lacum videlicet cum pertinentiis suis, Astianum, Mundezanum, Paternum cum pertinentiis suis, Pastinam, Casale cum pertinentiis suis,

a) Pashalis. — .1) *Das Jahr ist ein Schaltjahr.* 2) *Urk. vom 2 Juli 1097 und Jaffé, Reg. 4263.* 3) *Urk. vom 4 September 1108.* 4) *Urk. vom 15 Juni 1121.* 5) *Urk. vom 28 November 1125.* 6) *Dass sich von Innocenz II oder Anaklet keine Urkunden für Veroli finden, ist offenbar aus dem Schisma zu erklären.*

Digitized by Google

Criptas Anselmi, Canianum cum pertinentiis earum, vallem de Lutrana cum affinibus suis, ęcclesiam sancte Marię in Pariti, ecclesiam sancti Angeli de Forma cum silvis et territoriis suis, ęcclesiam sanctę Marię de Masena cum pertinentiis suis et duobus molendinis, ecclesiam sancte Crucis et sancti Stephani et sancti Viti cum pertinentiis earum, ęcclesiam sanctę Marię Rotundę, ęcclesiam sanctorum Cosme et Damiani cum pertinentiis earum, ecclesiam sancti Archangeli, ecclesiam sancti Eleutherii, ecclesiam sancti Iohannis in territorio Frusinonensi, quę iuxta flumen Cosam sita est, cum omnibus ad ipsam pertinentibus et cum casali integro, ęcclesiam sanctę Marię in Murata cum pertinentiis suis, lacum de Maniano cum pertinentiis suis et cum ei adiacente hereditate, ęcclesiam sancti Nicolai et sancti Moyse et, quicquid in territorio Turricis per autentica cartarum monimenta eidem Berulane ecclesie pertinere cognoscitur. Quicquid etiam de suo iure a filiis Peregrini, Girino videlicet, Miro et Zita, Peregrino, Ottone et a Iohanne Capharo, a Datiano et uxore eius Maria, a Tebaldo, cognato ipsius Datiani, et a Benedicto, filio Baronis, et uxore eius et Landone, filio Ardingi, et uxore eius acquisitum est, firmum et inviolabile vobis conservetur, salva omnimodis iustitia et servitio, que ex integro Romanę debetur ęcclesię. Universam preterea Berulanam parrochiam tam tibi quam tuis successoribus regendam ac disponendam, largiente deo, concedimus et confirmamus: ipsam videlicet Berulanam civitatem cum omnibus adiacentibus ęcclesiis, intus vel foris, Fru[sin]onem cum omnibus adiacentibus ęcclesiis, oppidum Turricis cum ęcclesiis suis, Ripas cum ecclesiis suis et monasterio sancti Silvestri, Pofen cum ęcclesiis sanctę Marię, sancti Petri et sanctę Columbę et sancti [Anton]ini et omnibus aliis, Harenariam cum ecclesiis suis et monasterio sanctę Marię, Castrum cum ecclesia sancti Petri, sanctę Olivę, sancti Andreę, sancti Stephani, sancti Benedicti et monasterio sancti Angeli de Meruleta et sancti Nicolai et omnibus aliis, Montem nigrum cum ęcclesiis s[uis], Fabrateriam cum finibus, pertinentiis et ecclesiis suis intus vel foris, Ceperanum cum ęcclesia sanctę Marię, sancti Paterniani, sancti Iohannis, sancti Andreę, sancti Magni, sancti Nicolai, sancti Blasii, sanctę Marię [a]), sancti Angeli et omni[bus] aliis, Cannetum cum canonica sancti Petri et ecclesia sancti Iohannis, Castellum novum, Strangulagallum cum ecclesiis suis, Carpinum cum ecclesiis suis, montem sancti Iohannis cum eiusdem nominis monasterio, ęcclesiam sanctę Pudentianę, ecclesiam sancti Petri de Harenula, ecclesiam sancti Nicolai de Civitella, ecclesiam sanctę Marię, sancti Angeli, sancti Pauli, et omnibus aliis, Babucum cum ecclesia sancti Angeli, sanctę Marię, sancti Petri, sancti Leutii et omnibus aliis. Hęc itaque omnia tuę tuorumque successorum dispositioni perpetuo subesse censemus. In monasterio sanctorum Iohannis et Pauli, quicquid ad antiquum Berulani episcopi ius episcopale canonice pertinet, integrum vobis perpetuo servari sancimus, salva nimirum nostre sanctę Romanę ęcclesię reverentia. Ad hęc per presentis privilegii paginam apostolica auctoritate decernimus, ut nulli omnino hominum liceat, eandem ęcclesiam temere perturbare aut eius possessiones auferre vel ablatas retinere, minuere vel temerariis vexationibus fatigare, sed omnia integra conserventur, tam vestris, quam clericorum et pauperum usibus omnimodis profutura, salva in omnibus apostolice sedis auctoritate. Si qua igitur in futurum ęcclesiastica sęcularisve persona, hanc nostre constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire temptaverit, secundo tertiove commonita, si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo corpore ac sanguine dei et domini, redemptoris nostri Iesu Christi, aliena fiat, atque in extremo examine districte ultioni subiaceat. Cunctis autem, eidem ecclesie iusta servantibus, sit pax domini nostri Iesu Christi, quatinus et hic fructum bone actionis percipiant et apud districtum iudicem pre|mia eternę pacis inveniant. Amen. A-m. Amen. —

(R) Ego Celestinus catholicę ecclesię episcopus ss. (M)
† Ego Conradus Sabinensis episcopus ss. (2)
† Ego Petrus Albanensis [b]) episcopus ss. (2)
— † Ego Thomas presbiter cardinalis tit. Vestine ss.
† Ego Guido presbiter cardinalis tit. sanctorum Laurentii et Damasi ss.
† Ego Petrus cardinalis presbiter tit. sanctę Susannę ss.
† Ego Manfredus presbiter cardinalis tit. sanctę Savinę ss. (1)

a) Marinę b) *das* e *über einem* a *geschrieben.*

Digitized by Google

— † Ego Iohannes paparo diaconus cardinalis sancti Adriani ss. (1)
† Ego Iohannes diaconus cardinalis sanctę Marie nove ss.

Dat. Laterani, per manum GERARDI, sanctę Romanę ęcclesię presbiteri cardinalis ac bibliothecarii. IIII Kl. Martii. Indictione VII. Incarnationis dominice anno MCXLIII. Pontificatus vero domni CELESTINI II pp. anno primo. —

Or. im Arch. Capitolare zu Veroli.

Perg. ital., br. 0,566, lang 0,75, unten 0,026—0,032 umgeschlagen, durch zwei Löcher ging die Schnur, welche mit dem Bleisiegel verloren. Faltung der Bullen. Initiale: eingeknicktes, betontes und verziertes C, *mit eingesetztem* E. *Das* L *Leos in der ersten Zeile ist betont und* E *eingesetzt. Verewigung Nr. 4* PPOO, *füllt 0,173. Im Konscripte die Namen der Päpste halblang, die Majuskeln nach einem grossen Punkte betont oder doppellinig, am meisten* S(i qua) *und* C(unctis), g *mit Schleifensattel oder Halsstrich. Zeilenweite 0,021. Die drei weit auseinander gestellten Amen Nr. 7* x [3] *schliessen die letzte Zeile. Rota Nr. 1, im Durchmesser 0,06, von der letzten Zeile 0,011, vom Mon. 0,255. Monogramm Nr. 1c, hoch 0,055, breit 0,042. Die Umschrift scheint von etwas gelberer eigener Dinte herzurühren. Ringkreuz,* E *und* ss *der Unterschrift unter sich gleiche Hand und ein klein wenig andere Dinte. Die Datirung abweichende Dinte vom Hauptkörper, doch wohl die gleiche Hand,* Gerardi *mit dunklerer Dinte eingetragen. Zeugenfirmen theilweise von ein und derselben Hand, der erste Diakon steht drei Zeilen tiefer als der erste Bischof.*

Nr. 53.

Cölestin II bestätigt dem Kloster San Pietro di Cremona seine Besitzthümer und Rechte, wofür es jährlich 12 Denare an die Kurie zu entrichten hat [1]*).*

1144 März 3. Lateran.

Celestinus episcopus, servus servorum dei, dilectis filiis Alberto, abbati monasterii sancti Petri apud Cremonam, eiusque fratribus, tam presentibus quam futuris, regulariter substituendis, in perpetuum. Suscepti regiminis cura nos ammonet, pro ecclesiarum statu paterna solicitudine cogitare eosque contra pravorum hominum nequitias optate defensionis suffragio confovere, ut quemadmodum patres in dei populo dicimur, ita per dei gratiam rerum effectibus comprobemur. Quocirca, dilecti in domino filii, vestris iustis postulationibus apostolica benignitate accomodamus assensum, et beati Petri monasterium, in quo divino mancipati estis obsequio, cum omnibus ad ipsum pertinentibus ad exemplar predecessorum nostrorum, sancte recordationis Gregorii VII, Pascalis, Calixti et Innocentii, Romanorum pontificum, apostolice sedis privilegio communimus. Statuentes, ut quascumque possessiones, quecumque bona eadem ecclesia in presentiarum iuste et canonice possidet aut ei legitimis fidelium donationibus etiam in futurum concessione pontificum, liberalitate regum vel principum, oblatione fidelium seu aliis iustis modis deo propitio poterit adipisci, firma vobis vestrisque successoribus et illibata permaneant. In quibus hec propriis duximus vocabulis annotanda: cellam videlicet sancti Pauli, capellam sancte Marie, sancti Michaelis et sancti Bassiani, decimas de Aqualonga et de Castro veteri. Obeunte vero te, nunc eiusdem loci abbate, vel tuorum quolibet successorum nullus ibi qualibet surreptionis astutia seu violentia preponatur, nisi quem fratres communi consensu aut fratrum pars consilii sanioris secundum dei timorem et beati Benedicti regulam elegerint; electus autem a Romano tantum pontifice consecretur. Crisma quoque, oleum sanctum, consecrationes altarium seu basilicarum, ordinationes monacorum vel clericorum, eidem monasterio pertinentium, a diocesano accipietis episcopo, si quidem gratiam et communionem apostolice sedis habuerit eaque gratis et sine pravitate vobis voluerit exhibere; alioquin catholicum, quem malueritis, liceat vobis adire antistitem, et ab eo consecrationum sacramenta suscipere. De cetero nullam amplius episcopus in eodem monasterio habeat potestatem nec excommunicandi aut interdicendi aut ad synodum vocandi, sicut a prefatis predecessoribus nostris noscitur institutum. Sepulturam sane eiusdem loci omnino liberam esse decernimus, ut eorum devotioni et extreme voluntati, quicumque se illic sepeliri deliberaverint, nisi forte excommunicati sint, nullus obsistat, salva tamen iustitia matricis ecclesie. Ad inditium autem huius a sede apostolica percepte libertatis duodecim denarios Mediolanensis monete nobis nostrisque successoribus annis singulis persolvetis. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat, iam [a]) dictum monasterium temere perturbare aut eius possessiones auferre vel ablatas retinere, minuere seu quibuslibet molestiis fatigare, sed

a) in. . . .1) *Urkunde Lucius II für Oberto von Cremona, Repertorio Dipl. Cremonese p. 38 Nr. 314, falsch eingeordnet. Vergl. die Urk. vom 14 Februar 1102 und 8 März 1144.*

Digitized by Google

omnia integra conserventur eorum, pro quorum gubernatione et sustentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura, salva in omnibus sancte Romane ecclesie auctoritate. Si qua igitur in futurum ecclesiastica secularisve persona, hanc nostre constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire temptaverit, secundo tertiove commonita, si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo corpore et sanguine dei et domini, redemptoris nostri Iesu Christi, aliena fiat atque in extremo examine districte ultionis subiaceat. Cunctis autem, eidem loco iusta servantibus, sit pax domini nostri Iesu Christi, quatenus et hic fructum bone actionis percipiant et apud districtum iudicem premia eterne pacis inveniant. Amen. Amen. Amen.

(R) Ego Celestinus catholice ecclesie episcopus ss. (M)
† Ego Guido presbiter cardinalis tit. sancti Grisogoni ss.
† Ego Petrus presbiter cardinalis tit. Pastoris ss.
† Ego Hubaldus presbiter cardinalis tit. sancte Praxedis ss.
† Ego Manfredus presbiter cardinalis tit. sancte Savine ss.
† Ego Stephanus Prenestinus episcopus ss.
† Ego Petrus Albanensis episcopus ss.
† Ego Otto diaconus cardinalis de sancto Georgio ad Velum aureum ss.
† Ego Iohannes diaconus cardinalis sancte Marie nove ss.
† Ego Rainerius presbiter cardinalis tit. sancte Prisce ss.
† Ego Goizo presbiter cardinalis tit. sancte Cecilie ss.
† Ego Thomas presbiter cardinalis tit. sancte Vestine ss.
† Ego Imarus Tusculanensis episcopus ss.
† Ego Conradus Sabinensis episcopus ss.
† Ego Gregorius diaconus cardinalis sancte Marie in Dominica ss.

Dat. Laterani, per manum Gerardi, sancte Romane ecclesie presbiteri cardinalis ac bibliothecarii. V Non. Martii. Indictione VII. Incarnationis dominice anno MCXLIII. Pontificatus vero domni Celestini II PP. I.

Abschrift von 1815—1825 im Cod. dipl. capituli Cremonensis p. 325, 326 von Antonius Dragoni, im Palazzo Ponzone zu Cremona.

Die Urkunde ist nachträglich von der Hand des Archivkoadjutors Cereda eingetragen (vergl. die Urk. vom 31 März 1095; Acta II Nr. 193). — Die Zeugenfirmen sind bei der Abschrift in Unordnung gebracht.

Nr. 54.

Cölestin II nimmt den Kanonikerkonvent von Volterra in apostolischen Schutz und bestätigt ihm seine Besitzthümer und Rechte, wofür jährlich 6 Denare Lucchesisch an die Kurie zu entrichten sind [1]).

1144 März 3. Lateran.

Celestinus episcopus, servus servorum dei, dilectis filiis Azoni archipresbitero et ceteris Vulterrane ecclesie canonicis, tam presentibus quam futuris, canonice substituendis IN PPM. — | Commisse nobis apostolice sedis auctoritas nos hortatur, ut locis et personis, eius auxilium devotione debita implorantibus, tuitionis presidium impendere debeamus. Quia sicut | iniusta petentibus nullus est tribuendus effectus, ita legitima et iusta poscentium non est differenda petitio. Eapropter, dilecti in domino filii, vestris iustis postulationibus clementer annuimus et prefatam ecclesiam, in qua divino mancipati estis obsequio, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus et presentis scripti privilegio communimus. Statuentes, ut quascumque possessiones, quecumque bona in presentiarum iuste et canonice possidetis aut in futurum concessione pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium seu aliis iustis modis deo propitio poteritis adipisci, firma vobis vestrisque successoribus et illibata permaneant. In quibus hec propriis duximus exprimenda vocabulis: plebem de Nigram cum decimatione et capellis suis, plebem de Villa magna cum decimatione et capellis suis, curtem et ecclesiam de sancta Agatha, ecclesiam de Guardastello, capellam de Monte maiori, ecclesiam de Nubiano, ecclesiam de Petriolo, decimationem Wlterrane plebis, decimationem de Monterio, oblationes omnes eiusdem ecclesie preter ceram et oleum a

1) *Vergl. die Urkunde vom 29 April 1145.*

Digitized by Google

bone memorie Benedicto [1]) videlicet, Ermanno [2]) et Rogerio [3]), Vulterranis episcopis, canonice vobis concessas. Quicquid habetis in curte et civitate Vulterrana, in curte de monte Vulterrano, in curte de Casula, in curte de Mezano, in curte de sancto Geminiano, in curte de Castello veteri, in curte et castello de Nigra, in curte de monte Tinioso, in curte de Petra Raninga, tertiam partem curtis et castelli de Comporena, in curte de castello Falfi, in curte de Liguli, in curte et castello de Gezano, in curte de Latreto, in curte de Pezzole, in curte de Monteclo, in curte de monte Cuccari, in curte de Villa magna, in curte de Pava, in curte et castello de Laiatico, in curte de Berola, in curte de casale Iustuli, in curte de monte Scudaro, in Cornino, in castello et curte de Valli, medietatem de curte et castello de Rotano, curtem sancti Mamme, domum unam in Lucana civitate. Sanctorum quoque patrum auctoritatem sequentes prohibemus, ut nulli episcopo aliquam ordinationem in eadem ecclesia facere vel personam excludere sive bona episcopatus in pignore vel feudo alicui dare seu quolibet modo alienare absque communi fratrum vel sanioris partis consilio liceat. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat, iam dictam ecclesiam temere perturbare aut eius possessiones auferre vel ablatas retinere, minuere seu quibuslibet molestiis fatigare, sed omnia integra conserventur eorum, pro quorum gubernatione et sustentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura, salva episcopi vestri canonica reverentia et apostolice sedis auctoritate. Ad indicium autem huius a sede apostolica percepte protectionis VI denarios Lucensis monete nobis nostrisque successoribus annis singulis persolvetis. Si qua igitur in futurum ecclesiastica secularisve persona, hanc nostre constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire temptaverit, secundo tertiove commonita, si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat et a sacratissimo corpore ac sanguine dei et domini, redemptoris nostri Iesu Christi, aliena fiat, atque in extremo examine districte ultioni subiaceat. Cunctis autem, eidem loco iusta servantibus, sit pax domini nostri Iesu Christi, | quatinus et hic fructum bone actionis percipiant et apud districtum iudicem premia eterne pacis inveniant. Am. Am. Am. —

(R) Ego Celestinus catholicę ecclesię episcopus ss. (M)
† Ego Conradus Sabinensis episcopus ss.
† Ego Theodevinus sancte Rufine episcopus ss.
† Ego Alberigus Hostiensis episcopus ss.
† Ego Stefanus Prenestinus episcopus ss.
† Ego Imarus Tusculanensis episcopus ss. (1)
† Ego Petrus Albanensis episcopus. (3)
— † Ego Guido presbiter cardinalis tit. sancti Grisogoni ss.
† Ego Rainerius presbiter cardinalis tit. sancte Priscę ss.
† Ego Petrus presbiter cardinalis de titulo Pastoris ss.
† Ego Goizo presbiter cardinalis tit. sancte Cecilie ss. (4)
† Ego Manfredus presbiter cardinalis tit. sanctę Savinę ss.
— † Ego Gregorius diaconus cardinalis sanctorum Sergii et Bachi ss. (1)
† Ego Guido diaconus cardinalis sanctorum Cosmę et Damiani ss.
† Ego Gerardus diaconus cardinalis sancte Marie in Donica ss.
† Ego Guido in Romana ecclesia altaris minister indignus ss. (3)
† Ego Iohannes diaconus cardinalis sancte Marie Nove ss.

Dat. Laterani, per manum GERARDI, sancte Romane ecclesie presbiteri cardinalis ac bibliothecarii. V Non. [a]) Martii. Indictione VII. Incarnationis dominice anno MCXLIII. Pontificatus vero domni Celestini PP. II anno primo.

Or. und Abschrift im Archivio Capitolare zu Volterra.

Or. Perg. ital., br. 0,585, lang 0,755, unten 0,027 umgeschlagen, durch zwei Löcher geht verschürzt eine rosa Seidenschnur, woran Bleisiegel Nr. 3 hängt Faltung der Bullen. Initiale: hervorgehobenes eingeknicktes C *mit eingesetztem* E. *Der Name des Papstes ist im* us *abbreviirt. Verewigung Nr. 4 I*[1] *P*[r]*, stark betont, füllt 0,085. Im Konscripte sind die Majuskeln betont, die Oberlängen ziemlich gestreckt, deutliche Schuppenschnörkel der* f, g *mit Schleifensattel. Zeilenweite 0,02; die Schrift gross und in den Worten weit von einander gerückt. Amen*

a) *Erst stand* Kl. *die dadurch gebildeten beiden Schäfte als die des* N *verwandt.* .1) *Benedikt, Bischof von Volterra, 1000—1014, vgl. Ammirato, Vescovi di Volterra p. 79; G. Leoncini, Illustrazione di Volterra p. 244.* 2) *Hermann, 1064—1077, vergl Ammirato, Vescovi di Volterra, p. 83; G. Leoncini, Illustrazione p. 248, 306.* 3) *Roger, 1099—1131. Ammirato p. 88, Leoncini p. 17, 120, 249, 290.*

Digitized by Google

Nr. 2. Rota Nr. 1, im Durchmesser 0,061, von der letzten Zeile 0,01, von der linken Kante 0,09, vom Monogramm 0,325. Monogramm Nr. 1c, hoch 0,048, breit 0,032, von der letzten Zeile 0,015, von der rechten Kante 0,703. E *und* ss *dunklere Dinte und andere Hand als die sonstige Unterschrift, auch wohl das Ringkreuz, welches übergewischt ist. Umschrift und Unterschrift unter sich gleiche Hand und Dinte, diese von der des Konscripts verschieden. Datirung vom Schreiber des Hauptkörpers,* Gerardi *wohl nachgetragen. Zeugenfirmen ausser Johannes diac. Marie Nove und wohl ausser Petrus und Goizo von ein und derselben Dinte, zum grossen Theile auch von gleicher Hand, die die einzelnen Firmen etwas individualisirte.*

Nr. 55.

Cölestin II beurkundet dem Kloster San Pietro di Cremona die Entscheidung eines Streites zwischen diesem und dem Bischofe Oberto von Cremona wegen der Kirche Santa Margherita [1]).

1144 März 8. Rom [2]).

Celestinus episcopus, servus servorum dei, dilectis filiis Alberto, abbati monasterii sancti Petri apud Cremonam, eiusque fratribus, tam presentibus quam futuris, regulariter substituendis IN PPM. — | Que iudicii veritate sive concordia terminata sunt, litterarum debent memorie commendari, ne pravorum hominum in posterum valeant refragatione turbari. | Inter vos siquidem et fratrem nostrum Obertum, Cremonensem episcopum [3]), super ecclesia sancte Margarite, in burgo Citanove sita, controversia est diutius agitata, que a fratribus nostris, Goizone videlicet, presbitero cardinali sancte Cecilie [4]), Gregorio, diacono cardinali sanctorum Sergii et Bachi [5]), et Guidone, similiter diacono cardinali sanctorum Cosme et Damiani [6]), ex mandato nostro hoc modo est, dictante iustitia, terminata. Asserebas autem tu, Alberte abbas, quod predicta ecclesia in fundo monasterii tui sita sit, episcopus vero respondebat, quod abbates sancti Petri predium, in quo fundata est ecclesia sancte Margarite, sub certa pensione in perpetuum locaverunt. Addebat etiam, quod in ecclesia sancti Pauli in Citanova, quę a predicto monasterio possidetur, quartam partem [deci]marum et oblationum vellet episcopali iure habere. Auditis itaque utriusque partis rationibus et diligenter inquisitis, prefati fratres nostri equitate media statuerunt, quatinus de ecclesia sancte Margarite monasterio sancti Petri sex denarios ultra solitam pensionem, quam prius de terra, in qua fundata est ecclesia, habebat, presbiter eiusdem ecclesie in assumptione sancte Marie singulis annis persolvat. Ceterum, quia episcopus in aliis capellis quartam partem decima[rum et] oblationum non habebat, censuerunt, ut quod presbiteri aliarum capellarum pro reconpensatione decimarum et oblationum episcopo faciunt, hoc idem capellanus, qui in [ecclesia] sancti Pauli per abbatem [a]) sancti Petri pro tempore fuerit, iuxta facultatem ecclesie, remota aliqua gravi exactione, episcopo faciat, cum ad sinodum Romane ecclesie venerit. Episcopus [autem] parrochianos eiusdem [b]) ecclesie suo officio cogat, ne personis, per abbatem sancti Petri inibi positis, aliquam iniuriam vel violentiam inferant, nec de cetero episcopus vel vi[cini interdicant sive] prohibeant abbati, predictam ecclesiam sancti Pauli per monachos et clericos suos ordinare. Preterea de mutando monasterio in locum illum, in quo prefatus Goizo, cardinalis sancte Cecilie, tunc apostolice sedis [legatus], crucem posuit, statuimus, ut, si episcopus terram illam sui iuris esse poterit ostendere, commutationem tantundem valentem alibi a monasterio recipiat. Addentes et[iam prohibemus,] ut in parrochia sancti Pauli in dampnum ipsius nulla ęcclesia construatur, salva in omnibus apostolice sedis auctoritate. Si qua igitur in futurum [ecclesia]stica secularisve persona hanc diffinitionem, ex precepto nostro factam et a nobis confirmatam, infringere temptaverit, ordinis et officii sui periculo subiaceat atque omnipotentis dei et beatorum | apostolorum, Petri et Pauli, indignationem incurrat. Amen. Am. Am.

(R) Ego Celestinus catholicę ecclesię episcopus ss. (M)
† Ego Ymarus Tuscolanus episcopus ss.
† Ego Petrus Albanensis episcopus ss. (5)
— † Ego Guido presbiter cardinalis tit. sancti Grisogoni ss.

---

a) *Das erste* b *aus* p *korrigirt* b) dem *auf Rasur.* — 1) *Vergl die Urkunden vom 14 Februar 1102 und 3 März 1144.* 2) *Die Urkunde ist auf den Todestag Cölestins II datirt.* 3) *Oberto, Bischof von Cremona, c. 1118—1162.* 4) *Goizo, Kardinalpresbyter tit. S. Caecilie, seit 1140 Februar.* 5) *Gregor, Kardinaldiakon SS. Sergii et Bachi, seit 1123.* 6) *Guido, Kardinaldiakon SS. Come et Damiani, seit 1132.*

Digitized by Google

† Ego Rainerius presbiter cardinalis tit. sancte Prisce ss. (1)
† Ego Thomas presbiter cardinalis tit. Vestine ss.
† Ego HUBaldus presbiter cardinalis tit. sancte Praxedis ss. (4)
† Ego Manfredus presbiter cardinalis tit. sancte Savine ss.
— † Ego Guido diaconus cardinalis sancte Cosme et Damiani ss.
† Ego Gerardus diaconus cardinalis sanctę Marię in Domnica ss. (3)
† Ego Iohannes paparo diaconus cardinalis sancti Adriani ss. (1)
† Ego Iohannes diaconus cardinalis sancte Marie Nove ss.

Dat. Rome [a]), per manum GERARDI, sancte Romane ecclesie presbiteri cardinalis ac bibliothecarii. VIII Idus Martii. Indictione VII. Incarnationis dominice anno MCXLIII. Pontificatus vero domni Celestini PP. II anno primo.

Or. im Archivio di Stato zu Mailand.

Perg. ital., br. 0,5, lang 0,67, unten 0,032 umgeschlagen, durch zwei Löcher geht die braungelbe Seidenschnur, deren Siegel verloren. Faltung der Bullen. Initiale: kräftiges C *mit eingesetztem* E. *Der Papstname im* us *betont. Verewigung Nr. 4 IIPf^oo, statt des Druckes Doppellinien, füllt 0,076. Im Konscripte stehen die Worte weit auseinander, die Majuskeln sind betont;* f *klare Spitzschuppenschnörkel,* st *stehen bis zu 0,023 auseinander, die Oberlängen ziemlich gestreckt, Zeilenweite 0,02. Drei Amen Nr. 5 schliessen die letzte Zeile. Rota Nr. 1, Durchmesser 0,061, von der letzten Zeile 0,01, von der linken Kante 0,083, vom Monogramme 0,243. Monogramm Nr. 1d, hoch 0,046, breit 0,025. Ungewöhnlich deutlich weisen Ringkreuz,* E *und* ss *der Unterschrift eine Hand und Dinte für sich auf. Die Datirung rührt vom Schreiber des Hauptkörpers her,* Gerardi *darin geklemmt nachgetragen. Zeugenfirmen zum grössten Theile von unter sich gleicher Hand und Dinte. Der Presbyter Manfred Hand und Dinte für sich.*

Nr. 56.

Lucius II bestätigt dem Bischofe Peter von Nizza die von ihm eingeführte Augustinerregel mit Besitzthümern und Rechten seines Hochstiftes [1]).

1144 April 5. Lateran.

Lucius episcopus, servus servorum dei, venerabili fratri Petro, Niciensi episcopo, eiusque successoribus canonice substituendis, IN PPM. Officii nostri nos hortatur auctoritas, pro ecclesiarum statu satagere et earum quieti et utilitati salubriter, auxiliante domino, providere. Dignum namque et honestati conveniens esse cognoscitur, ut, qui ad ecclesiarum regimen assumpti sumus, eas et a pravorum hominum nequitia tueamur et beati Petri atque apostolice sedis patrocinio muniamus. Eapropter, venerabilis frater Petre episcope, petitiones tuas clementer admittimus et Niciensem ecclesiam, cui deo auctore preesse dignosceris, sancte Romane ecclesie privilegio roboramus. Statuentes, ut ordo canonicus, qui secundum beati Augustini regulam tuo laudabili studio est in Niciensi ecclesia, deo gratias, institutus, ibidem futuris temporibus irrefragabiliter observetur et, decedentibus clericis, qui in pręsentiarum in ea domino famulantur, nullus eis nisi regularem vitam professus canonicus subrogetur. Obeunte quoque te, nunc eiusdem loci episcopo, nullus ibi, nisi quem ipsi fratres de sua, si idoneus ibi repertus fuerit, sive de alia canonicorum regularium congregatione canonice elegerint, episcopus statuatur, qui eidem ecclesię, cooperante domino, pręesse valeat et prodesse. Decernimus etiam, ut quęcumque bona, quascumque possessiones eadem ecclesia in pręsentiarum iuste et canonice possidet, aut in futurum concessione pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium seu aliis iustis modis, prestante [b]) domino, poterit adipisci, firma tibi tuisque successoribus et eisdem religiosis fratribus in perpetuum et illibata serventur. In quibus hęc propriis nominibus annotanda subiunximus: ecclesiam videlicet sancte Marię de Clautio, ecclesiam sancti Laurentii de Illoncia, ecclesias de Brau, ecclesiam sanctę Marię de Pilia, ecclesiam sanctę Teclę, castrum quod vocatur Drapum, ecclesiam sanctę Marię villę veteris, ecclesias de Olivo, ecclesiam sanctę Marię de portu Monacho, monasterium sancti Pontii cum ecclesiis ad ipsum pertinentibus, quas in Niciensi episcopatu legitime possidere cognoscitur. Pręterea mandamus, ut in eodem monasterio abbas a monachis regulariter eligatur et per manus Niciensis episcopi benedicatur. Prędecessoris quoque nostri felicis [c]) memorie [c]) Urbani papę vestigiis inhęrentes [2]) statuimus, ne in parochialibus ecclesiis, quas tenent monachi in eodem episcopatu,

a) ome *auf Rasur* b) parante *A*, operante *B*. c) *fehlt in B.* — .1) *Die Abschrift A. dieser Urkunde verdanke ich Herrn Pastor Mader in Nizza.* 2) *Wohl Jaffé, Reg. 4034.*

Digitized by Google

absque vestro assensu presbiteros collocent, quibus, si idonei fuerint, cum eorundem monachorum consensu parochię curam comittatis, ut eiusmodi sacerdotes de plebis quidem cura vobis respondeant, monachis vero pro rebus temporalibus debitam subiectionem exhibeant. Nulli ergo hominum liceat, quod a te super institucione prefate ecclesie factum est et a nobis firmatum, infringere vel mutare seu qualibet occasione convellere nec eius possessiones auferre vel ablatas retinere, minuere seu quibuslibet molestationibus fatigare, sed omnia integra conserventur eorum, pro quorum gubernatione et sustentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura, salva in omnibus apostolice sedis auctoritate. Si qua igitur in posterum ecclesiastica secularisve persona, hanc nostre constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire temptaverit, secundo tertiove commonita, si non reatum suum congrua satisfactione correxerit, potestatis honorisque sui dignitate careat, et a sacratissimo corpore et sanguine dei et domini nostri Iesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districte ultioni subiaceat. Cunctis vero, eidem ecclesie sua iura servantibus, sit pax domini nostri Iesu Christi, quatenus et hic fructum bone actionis percipiant et apud districtum iudicem premia eterne pacis inveniant. Amen. Amen. Amen.

(R) Ego Lucius catholice ecclesie episcopus ss. (M)
† Ego Conradus Sabinensis episcopus ss.
† Ego Theodevinus sancte Ruffinę episcopus ss.
† Ego Albericus Hostiensis episcopus ss.
† Ego Imarus Tusculanus episcopus ss.
† Ego Petrus Albanensis episcopus ss.
† Ego Gregorius presbiter cardinalis (tit.) sancti Calixti ss.
† Ego Raynerius presbiter cardinalis tit. sancte Prisce ss.
† Ego Petrus presbiter cardinalis tit. sancti Pauli ss.
† Ego Thomas presbiter cardinalis tit. sancte Vestine ss.
† Ego Ubaldus presbiter cardinalis tit. sancte Praxedis ss.
† Ego Rainerius presbiter cardinalis tit. sancti Stephani in Celio monte ss.
† Ego Gregorius diaconus cardinalis sanctorum Sergii et Bachi ss.
† Ego Otto cardinalis diaconus sancti Georgii ad Velum aureum ss.
† Ego Guido diaconus cardinalis sanctorum Cosme et Damiani ss.
† Ego Guido in Romana ecclesia altaris minister indignus ss.
† Ego Iohannes diaconus cardinalis sancte Marie Nove ss.

Dat. Laterani, per manum Baronis, capellani et scriptoris. Non. Aprilis. Indictione VII. Incarnationis dominicę anno MCXLIIII. Pontificatus vero domni Lucii secundi PP. anno primo.

Abschrift vom 17 Jahrh. des Liber Niger p. 2 (A), in Privatbesitz zu Nizza; Theilabschrift des 18 Jahrh. (B) (Abbazia di S. Ponzio, im Archivio di Stato zu Turin.

In A ist eine Rota Nr. 1 beigezeichnet und ein Monogramm der Gruppe Nr. 4. — Theilabschrift B schliesst in der Adresse mit episcopo *und beginnt dann erst wieder mit* Eapropter. *Schlussformeln von* liceat *fehlen und nur fünf Zeugenfirmen und die Datumformel sind gesetzt.*

Nr. 57.

Lucius II nimmt die Kollegiatkirche San Martino di Pisa in apostolischen Schutz und bestätigt ihre Besitzthümer und Rechte [1]*).*

1144 Mai 10. Lateran.

LUcius episcopus, servus servorum dei, dilectis filiis Leoni, priori ecclesię sancti Martini de Guinzica [a]), eiusque fratribus tam presentibus quam futuris, regularem vitam professis IN PPM. — | Ad hoc universalis ecclesię cura nobis a provisore omnium bonorum deo commissa est, ut religiosas diligamus personas et bene placentem deo religionem studeamus modis omnibus propagare. | Nec enim deo gratus aliquando famulatus impenditur, nisi, ex caritatis radice procedens, a puritate religionis fuerit conservatus. Ea propter, dilecti in domino filii, vestris iustis postulationibus clementer annuimus, et prefatam ecclesiam, in qua divino mancipati estis obsequio, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus et presentis scripti privilegio communimus. Statuentes,

a) *Kop.:* K(inthi)ce. 1) *Vergl. die Urkunde vom 30 Mai 1135 und vom 2 December 1153.*

Digitized by Google

ut quascumque possessiones, quecumque bona eadem ecclesia in presentiarum iuste et canonice possidet, aut in futurum concessione pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium seu aliis iustis modis deo propitio poterit adipisci, firma vobis vestrisque successoribus et illibata permaneant. Sane laborum vestrorum, quos propriis manibus aut sumptibus colitis, sive de nutrimentis vestrorum animalium nullus omnino clericus vel laicus decimas a vobis exigere presumat. Ad maiorem quoque ipsius loci stabilitatem statuimus, ut ordo canonicus secundum beati Augustini regulam perpetuis ibi temporibus inviolabiliter conservetur. Obeunte vero te, nunc eiusdem loci priore, vel tuorum quolibet successorum, nullus ibi qualibet surreptionis astutia vel violentia preponatur, set liceat vobis, communi consilio vel partis consilii sanioris secundum dei timorem et beati Augustini regulam absque ullius contradictione priorem eligere. Sepulturam quoque ipsius loci liberam esse concedimus, ut eorum devotioni et extremę voluntati, qui se illic sepeliri deliberaverint, nisi forte excommunicati sint, nullus obsistat, salva tamen iustitia matricis ecclesię. Clericos vero sive laicos liberos, seculariter viventes, ad conversionem suscipiendi absque alicuius contradictione facultatem liberam habeatis. Prohibemus etiam, ut nullus [a]) infra parrochiam vestram ecclesiam vel capellam absque vestro assensu construat; vos autem, si cum assensu Pisani archiepiscopi edificare volueritis, nullus prohibeat. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat, prefatam ecclesiam temere perturbare, aut eius possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere aut aliquibus vexationibus fatigare, sive indebitas exactiones aut angarias vel pravas consuetudines inducere, sed omnia integra conserventur eorum, pro quorum gubernatione et sustentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura, salva Pisani archiepiscopi canonica iustitia et apostolicę sedis auctoritate. Si qua igitur in futurum ecclesiastica secularisve persona, hanc nostrę constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire temptaverit, secundo tertiove commonita, si non satisfa(c)tione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo corpore ac sanguine dei et domini, redemptoris nostri Iesu Christi, aliena fiat, atque in extremo examine districtę ultioni subiaceat. Cunctis autem, eidem loco iusta servantibus, | sit pax domini nostri Iesu Christi, quatinus et hic fructum bonę actionis percipiant et apud [b]) districtum iudicem premia eternę pacis inveniant. Amen. Amen. Amen. —

(R) Ego Lucius catholicę ecclesię episcopus ss. (M)
† Ego Conradus Sabinensis episcopus ss. (1)
† Ego Albericus Ostiensis episcopus ss.
† Ego Imarus Tusculanus episcopus ss. (1)
† Ego Petrus Albanensis episcopus ss. (6)
— † Ego Gregorius presbiter cardinalis tit. Calixti ss.
† Ego Guido presbiter cardinalis tit. sancti Grisogoni ss.
† Ego Rainerius presbiter cardinalis tit. sancte Prisce ss.
† Ego Petrus presbiter cardinalis tit. Pastoris ss. (1)
† Ego Hubaldus presbiter cardinalis tit. sancte Praxedis ss.
† Ego Guido presbiter cardinalis tit. sanctorum Laurentii et Damasi ss
† Ego Manfredus presbiter cardinalis tit. sanctę Savinę ss.
† Ego Haribertus presbiter cardinalis tit. sancte Anastasię ss.
— † Ego Gregorius diaconus cardinalis sanctorum Sergi(i) et Bachi ss.
† Ego Otto diaconus cardinalis sancti Georgii ad Velum aureum ss.
† Ego Guido diaconus cardinalis sanctorum Cosmę et Damiani ss.
† Ego Octavianus diaconus cardinalis sancti Nicolai in carcere Tulliano ss.
† Ego Guido in Romana ecclesia altaris minister indignus ss.
† Ego Petrus diaconus cardinalis sancte Marie in Porticu ss. (1)
† Ego Rodulfus diaconus cardinalis sancte Lucie in Septa solis ss. (1)
† Ego Gregorius diaconus cardinalis sancti Angeli ss.
† Ego Iohannes diaconus cardinalis sancte Marie nove ss.

Datum Laterani, per manum BARONIS, capellani et scriptoris. VI Idus Maii. Indictione VII. Incarnationis dominicę anno MCXLIIII. Pontificatus vero domni LUcii II PP. anno primo. —

Or. und Kopie des 13 Jahrh. im Archivio di Stato zu Pisa; Reg. im Catal. XXVI des Archivio di Stato zu Florenz.

a) nulli b) apu *auf Rasur.*

Digitized by Google

Perg. ital., br. 0,59, lang 0,77, unten 0,04 umgeschlagen, durch 2 Löcher ging die Schnur, welche mit dem Bleisiegel verloren. Faltung der Bullen. Das Initial L *ist verziert, das runde eingesetzte* U *wenig betont. Interpunktionszeichen der ersten Zeile ist ein fast mittelhoch stehender Doppelüberpunkt. Verewigung Nr 2* Jug Puf . ., *betont, füllt 0,079. Majuskeln im Konscripte betont,* g *mit linksgeschweifter Unterlänge,* ct *und* st *stehen ziemlich dicht zusammen; die* st *sind balken- und schlängelbalkenhaft verbunden,* ct *ebenso und ausserdem noch mit nur angedeuteter Verbindung,* orum *Abbreviaturen zeigen Schnörkelbalken, die Rund-*s *am Ende sind oft gestreckt, die Oberlängen ziemlich gerade gehalten, von* Decernimus *an ist weitläuftiger geschrieben, weil der Schreiber erkannte, dass das Pergament sonst zu gross sei. Zeilenweite 0,019. Amen Nr 7, erstes und letztes gestreckte Buchstaben. Rota Nr 1, im Durchmesser 0,063, von der letzten Zeile 0,008, von der linken Kante 0,095, vom Monogramme 0,29. Monogramm Nr 2c von der rechten Kante 0,105. Ringkreuz,* Ego *und* ss *dunklere Dinte als die Unterschrift, diese wahrscheinlich die gleiche wie die Umschrift. Die Datirung rührt wohl vom Hauptkörperschreiber her,* Baronis *scheint nachgetragen. Die Presbyter und Diakonen-Firmen sind ausser der Guidos Cosme und* + Ego Guid *von Guido minister alle mit derselben dunklen Dinte gemacht, diese mit hellerer und ebenso die 4 Bischöfe. Die Firmen von dunkler Dinte lassen mit Sicherheit vermuthen, sie seien von einer und derselben Hand geschrieben, zumal bei den Presbytern zeigt sich äusserst geringe Individualisirung. In wie weit die helldintigen von gleicher Hand, bleibt fraglich.*

Nr. 58.

Lucius II bestätigt dem Abte Albert von San Lorenzo d'Asso (D. Pienza-Montalcino) die Besitzthümer und freies Aufnahmerecht seines Klosters, welches er in apostolischen Schutz nimmt, bei jährlicher Zahlung von zwei Solidi Lucchesisch [1]).

1144 Mai 26. Lateran.

[Lucius episcopus, s]ervus servorum dei, dilecto filio Alberto, abbati monasterii sancti Laurentii iuxta fluvium, quod Anso dicitur, siti, eiusque successoribus, regulariter substituendis IN PPM. | [Pię] postulatio voluntatis effectu debet prosequente compleri, ut et devotionis sinceritas laudabiliter enitescat, et utilitas postulata vires indubitanter assumat. Ea propter, | dilecte in domino fili, Alberte abbas, tuis rationabilibus postulationibus clementer annuimus, et prefatum [a]) beati LAURENTII monasterium, cui deo auctore presides [b]), ad exemplar predecessoris nostri, felicis memorie pape CELESTINI [2]), sub beati Petri et nostra protectione suscipimus, et presentis scripti privilegio communimus. Statuentes, ut quascumque possessiones, quęcumque bona idem monasterium in presentiarum iuste et canonice possidet aut in futurum concessione pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium seu aliis iustis modis deo propitio poterit adipisci, firma tibi tuisque successoribus et illibata permaneant. In quibus hęc propriis duximus exprimenda vocabulis: ęcclesiam sancte Trinitatis de Orgia, et hospitalem domum eiusdem loci cum omnibus suis pertinentiis, ecclesiam de monte Sizi cum omnibus suis pertinentiis, quod iuste tenetis in ecclesia de Stiliano, ecclesiam de Modani cum omnibus suis pertinentiis, castrum de Civitella cum suis appendiciis et cum duabus ecclesiis in ipso constructis, ecclesiam videlicet sancti Sebastiani infra castellum positam, ecclesiam sancti Materni extra castellum sitam, duas portiones de castello et curte Montis viridis, ecclesiam de Signano, et tres portiones ipsius villę, ecclesiam sancti Donati cum rebus ad ipsam pertinentibus, ecclesiam sancti Bartholomei de Lampognano cum ipsa villa, ecclesiam sancti Anastasii et ipsius castri duas partes, ecclesiam sancti Andreę de Suverella cum ipsa villa, ecclesiam sancti LAURENTII et eiusdem castelli duas partes. Decimationem allodii eiusdem monasterii, quod in Senensi episcopatu situm est, quemadmodum a Senensibus episcopis, bonę memorię Iohanne [3]) videlicet et Radulfo [4]), vobis canonice concessa est, similiter confirmamus. Concedimus etiam vobis, ut, si aliqua libera persona sive in vita sive in morte vestro [c]) monasterio se conferre voluerit, recipiendi eam absque alicuius contradictione liberam habeatis facultatem, salvo tamen iure matricis ęcclesię. Ad indicium autem huius a sede apostolica perceptę protectionis Lucensis monete solidos duos nobis nostrisque successoribus annualiter persolvetis. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat, idem monasterium temere perturbare, aut eius possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere seu quibuslibet vexationibus fatigare, sed omnia integra conserventur eorum, pro quorum gubernatione et sustentatione concessa sunt, usibus [omnimodis] profutura, salva diocesani episcopi canonica iustitia et apostolicę sedis auctoritate. Si qua igitur in

a) a *aus* l *korrigirt* b) *zwischen* p' *und* f *Rasur* c) o *durch Rasur hergestellt.* . . 1) *Vergl. die Urk. vom 17 November 1145.* 2) *Urk. vom 23 November 1143.* 3) *Johann, Bischof von Siena, c. 1037 — c. 1063.* 4) *Rudolf, Bischof von Siena, c. 1073 — c. 1083.*

Digitized by Google

futurum eccles[iastica] secularisve persona, hanc nostrę constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire temptaverit, secundo tertiove commonita, si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo corpore ac sanguine dei et domini, redemptoris nostri Iesu Christi, aliena fiat, atque in extremo examine districtę ultioni subiaceat. Cunctis autem, eidem | loco iusta servantibus, sit pax domini nostri Iesu Christi, quatinus et hic fructum bonę actionis percipiant et apud districtum iudicem premia eterne pacis inveniant. Amen. Am. Amen. —

(R) Ego Lucius catholicę ecclesię episcopus ss. (M)
— † Ego Thomas presbiter cardinalis tit. Vestine ss. (1)
† Ego Guido presbiter cardinalis tit. sanctorum Laurentii a) et Damasi ss.
† Ego Nicolaus presbiter cardinalis tit. sancti Ciriaci ss.
† Ego Manfredus presbiter cardinalis tit. sanctę Savine ss.
† Ego Hugo presbiter cardinalis tit. sancti Laurentii in Lucina ss.
† Ego Iulius presbiter cardinalis tit. sancti Marcelli ss.
— † Ego Gregorius diaconus cardinalis sanctorum Sergii et Bachi ss. (1)
† Ego Guido diaconus cardinalis sanctorum Cosme et Damiani ss.
† Ego Octavianus diaconus cardinalis sancti Nicholai in carcere Tulliano ss.
† Ego Guido in Romana ecclesia altaris minister indignus ss. (2)
† Ego Rodulfus diaconus cardinalis sanctę Lucię in Septa solis ss. (1)
† Ego Gregorius diaconus cardinalis sancti Angeli ss. (1)

Dat. Laterani, per manum BARONIS, sanctę Romanę ecclesie subdiaconi. VII Kl. Iun. Indictione VII. Incarnationis dominicę anno MCXLIIII. Pontificatus vero domni Lucii PP. anno primo. —

Or. (Angioli di Siena 26 Mag. 1144) und Kop. der Comp. di Cartepecore di diversi Archivi I p. 299, m Archivio di Stato; des MS. B. VI. 13 p. 410, in der Bibl. Pubblica zu Siena.

Perg. ital., oben links ist ein Stück abgerissen, br. 0,525, lang 0,74, unten 0,025 umgeschlagen, durch zwei Löcher ging die Schnur, die mit dem Siegel verloren. Faltung der Bullen. Initiale weggerissen, ct *in der ersten Zeile mit oben abgebuchtetem Bogen verbunden. Verewigung Nr. 1* Juo Pur . ., *im* J *verziert, betont, füllt 0,055. Einige Personennamen im Konscripte sind halblang. Die Majuskeln etwas hervorgehoben,* g *mit Eckwickelschnörkelunterlänge. Die Oberlängen ziemlich steif, die Schrift sehr klar. Zeilenweite fast 0,022. Drei Amen Nr. 7, erstes und letztes gestreckte Buchstaben, schliessen die letzte Zeile. Rota Nr. 1, Durchmesser 0,062, von der letzten Zeile 0,008. Monogramm Nr. 2c, hoch 0,065, breit 0,035, Striche mittelstark, von der letzten Zeile 0,01. Querbalken des Ringkreuzes und* Ego *der Unterschrift fast schwarze Dinte, Schaft des Kreuzes, Umschrift und übrige Unterschrift (auch* ss) *die Dinte des Hauptkörpers. Datirung vom Schreiber des letzteren,* Baronis *mit hellerer Dinte eingetragen. Zeugenfirmen ziemlich alle gleiche Dinte, Hände theilweise verschieden.*

Nr. 59.

Lucius II nimmt das Kloster Colomba (D. Piacenza) in apostolischen Schutz und bestätigt seine Besitzthümer [1]).

1144 Juli 12. Lateran.

LUcius episcopus, servus servorum dei, dilectis in Christo filiis Iohanni, abbati venerabilis monasterii, siti in loco, qui Columba [2]) dicitur et Carectum antiquitus vocabatur, quique in Placentino episcopatu situs est, eiusque fratribus, tam presentibus quam futuris, | regularem vitam professis IN PPM. Desiderium, quod ad religionis propositum et animarum salutem pertinere monstratur, animo nos decet libenti concedere et petentium desideriis congruum impertiri | suffragium. Quam ob rem, dilecti in domino filii, vestris iustis postulationibus clementer annuimus, et prefatum monasterium, in quo divino mancipati estis obsequio, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus, et presentis scripti privilegio communimus. Statuentes, ut quascumque po[s]sessiones, quecumque bona idem locus in presentiarum iuste et canonice possidet aut in futurum concessione pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium seu aliis iustis modis deo propitio poterit adipisci, firma vobis vestrisque successoribus et illibata permaneant. In quibus hęc specialiter duximus annotanda: omnes videlicet terras

a) Laur *auf Rasur.* — .1) *Zu grossem Danke fühle ich mich dem Herrn Prof. Ronchini für sein freundliches Entgegenkommen verpflichtet. — Vergl. Campi Stor. di Piacenza I p. 416. Vergl. die Urk. vom 16 November 1154.* 2) *Columba lag zwischen Piacenza und Parma östl. von Fiorenzuola, jetzt Chiaravalle.*

Digitized by Google

illas, quas illustris vir Pelavicinus marchio una cum uxore et filiis suis, [et] C[onrad]us [C]avalcabovem marchio cum sua uxore, et vassalli ipsorum marchionum, et ęcclesia sanctę Marię de Castellione, et nobilis signifer Placentinę civitatis, et M[al]conredus vicedominus, et Fulco advocatus, et Bonizo de Andito, et Ard . . angus [a]) vice domnus, et Grimerus et Baiamons vice comites, et Gislincio et Bernardus et Iohannes et Calvus fratres, filii de Salvi Ardicionis, et Malus parens, et filii Rainerii, nobiles predictę civitatis, seu omnes alii boni viri, qui eidem loco devotionis intuitu vel venditionis seu concambii atque commutationis contulerunt, quas nimirum eiusdem loci fratribus quietas et liberas iure perpetuo permanere et ab omni seculari exactione remotas fore sancimus. Et quoniam communem vitam agentes de aliorum helemosinis ac beneficiantia(!) debent vivere, constituimus, ut de laboribus, quos fratres ipsius monasterii propriis manibus aut sumptibus excolunt, atque de omnibus animalibus, quę nutriunt, nullus ab eis decimas exigere nec suscipere audeat. Decernimus etiam, ut a loco, qui dicitur Barastalla, usque Seolum, et a Seolo usque Florentiolam, et a Florentiola usque Butrium, et a Butrio usque ad sanctum Andream, et a sancto Andrea usque ad predictam Barastallam, quos terminos a venerabili fratre nostro Arduino episcopo [1]), nec non clero et populo [b]) Placentino specialiter designatos atque a Lothario dei gratia tertio, Romanorum imperatore augusto, confirmatos fore cognoscimus, nulla ecclesia quolibet tempore construatur nullaque sęcularis habitatio prorsus fiat. Quicquid etiam prefatus episcopus de terris, ad ius sui episcopatus pertinentibus, fratrum suorum consilio iuste vobis concessit et scripto suo firmavit, confirmamus. Confinia quoque, quę predictus Pelavicinus marchio una cum uxore et filiis et Conradus Cavalcabovem marchio cum uxore sua de terris sui iuris pro remedio animarum suarum prefato monasterio de Columba concesserunt, et suis propriis manibus posuerunt, et scripti sui munimine roborarunt, nos quoque auctoritate apostolica roboramus et, ne quis ea mutare vel transferre presumat, prohibemus, videlicet: sicut rivus de Ponciore transit usque in viam, quę vadit ad Seolum, et sicut ipsa confinia posita sunt de super Salecetum usque ad viam quę vadit ad Castellionem, et sicut eadem via vadit de super Caudam de Luxerclo usque in rivum Veterem, et sicut ipse rivus vadit usque ad Budrachum, et sicut ipsum Budrachum vadit usque ad canale de Burgundione, et sicut ipsum canale vadit usque ad clusam eiusdem Burgundionis, et sicut rivus de Fraseneto vadit ab ipsa clusa usque ad predictum locum de Pontiore. Nulli ergo hominum fas sit, prefatum monasterium temere perturbare, aut eius possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere seu quibuslibet molestiis fatigare, sed omnia integra conserventur [c]), usibus fratrum, ibidem domino famulantium, profutura, salva apostolice sedis auctoritate. Si qua sane ecclesiastica secularisve persona, hanc nostre constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire temptaverit, secundo tertiove commonita, nisi presumptionem suam congrua satisfactione correxerit, potestatis honorisque sui pericula patiatur, et a sacratissimo corpore ac sanguine dei et domini, redemptoris nostri Iesu Christi, aliena fiat, atque in extremo examine districte ultioni sub iaceat. Conservantes autem hec omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli, apostolorum eius, gratiam consequantur. Am. A—m. A—men. —

(R) Ego Lucius ca[tholicę] ecclesię episcopus ss. (M)
† Ego Conradus Sabinensis episcopus ss. (5)
— † Ego Rainerius presbiter cardinalis tit. sancte Prisce ss.
† Ego Thomas presbiter cardinalis tit. Vestine ss.
† Ego Aribertus presbiter cardinalis tit. sancte Anastasię ss.
† Ego Hugo presbiter Romane ecclesie tit. sancti Laurentii in Lucina ss. (1/2)
† Ego Iulius presbiter cardinalis tit. sancti Marcelli ss.
— † Ego Guido diaconus cardinalis sanctorum Cosmę et Damiani ss. (3)
† Ego Petrus diaconus cardinalis sancte Marie in Porticu ss.

Dat. Laterani, per manum BARONIS, sancte Romane ecclesie subdiaconi. IIII Idus Iul. Indictione VII. Incarnationis dominice anno MCXLIIII. Pontificatus vero dompni LUCII II pp. anno primo.

Or. im Archivio di Stato zu Parma; Kopie der Bullae Pont. Cist. Nr. 589 p. 277, der Bibl. Trivulziana zu Mailand.

---

a) *Sonst* Ardengus b) popula c) a integra conser *auf Rasur.* — .1) *Harduin, Bischof von Piacenza, 1118—1147.*

Digitized by Google

Or. Perg., ital., br. 0,47, lang 0,55, unten 0,02 umgeschlagen, durch zwei Löcher geht die rosa und gelbe Seidenschnur, deren Bleisiegel verloren. Faltung der Bullen. Initiale: betontes L *mit eingesetztem im vorderen Bogen betontem* U. *In der ersten Zeile ist namentlich gegen Ende ziemlich stark abbreviirt. Die Buchstaben von der Adresse der zweiten Zeile sind dicht zusammen gesetzt und stark über halblang, die Verewigung tritt fast nur im* J *hervor, Nr. 4* Jou Pau, *füllt 0,024. Die Schrift des Konscriptes ist kleiner und zierlicher als gewöhnlich die der Luciusbullen, ist in den Worten eng zusammengedrängt. Die Majuskeln sind betont und bisweilen verziert, die* g *haben Halsstriche und Schleifensättel, die* ſ *Schuppenschnörkel, Zeilenweite stark 0,016. Amen Nr. 3* x ^{2}. *Rota Nr. 1, im Durchmesser 0,052, von der letzten Zeile 0,008. Monogramm Nr. 1*^{a}, *hoch 0,045, breit 0,033. Ringkreuz,* Ego *und* ss *können von dunklerer Dinte herrühren, als Umschrift und übrige Unterschrift; diese und die Datirung von der Dinte des Hauptkörpers.* Baronis *kann gleich mitgeschrieben sein. Von den Zeugen steht* Hugo presbyter *dicht unter Aribert geklemmt, dahinter zwischen beiden Julius S. Marcelli, in der Bischofsreihe, offenbar, weil zwischen Hugo und Julius nicht ausreichend Platz war. Von den Diakonen steht Guido in der Mitte des Pergaments, ganz vor dem Monogramm, Petrus weit mehr nach rechts, in der Höhe des Monogramms. Die Querliniirung geht gewöhnlich über die Seitenlinien weg.*

Nr. 60.

Lucius II bestätigt der Aebtissin Agnes von San Siro di Piacenza die Besitzthümer und Rechte ihres Klosters, welches er in apostolischen Schutz nimmt.

1144 October 8. Lateran.

Lucius episcopus, servus servorum dei, dilectis in Christo filiabus Agneti, abbatisse monasterii sancti Siri, quod iuxta Placentinam civitatem situm est, eiusque sororibus, tam presentibus quam futuris, regulariter substituendis IN PPM. — | Desiderium, quod ad religionis propositum et animarum salutem pertinere monstratur, animo nos decet libenti concedere et petentium desideriis congruum impertiri [a]) suffragium. Eapropter, dilectę in domino filię, vestris iustis postulationibus clementer an|nuimus [b]), et prefatum monasterium, in quo divino mancipate estis obsequio, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus et presentis scripti privilegio communimus. Statuentes, ut quascumque possessiones, quecumque bona idem monasterium in presentiarum iuste et canonice possidet, aut in futurum concessione pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium seu aliis iustis modis deo propitio poterit adipisci, firma vobis et aliis regulariter succedentibus et illibata permaneant. Sancimus etiam, ut sacerdotes, tam presentes quam futuri, qui in ecclesia sanctę Marię Magdalenę habitant, beneficium, quod modo ab altari sancti Siri habent vel in antea deo propitio habituri sunt, semper [c]) ab eo humiliter recognoscant et ob hoc deo et predictis sanctimonialibus, ibi Christo famulantibus, devote et honorifice deserviant, ita scilicet, ut singulis diebus per totum annum un[am] missam in cenobio sancti Siri celebrent. In quadragesima vero Ma[rcii] duas, unam pro defunctis, alteram de feria, in decem quoque festivitatibus, videlicet in nativitate domini, in epiphania, in ramis palmarum, in resurrectione, in ascensione, in pentecostem, in duabus festivitatibus beati [d]) Syri, in sancta Maria in Aug(usta), in omnium sanctorum, cum predictis sanctimonialibus in ecclesia sancti Siri matutinis officiis intersit ille sacerdos, qui ebdomadarius est. Predicti etiam sacerdotes sepeliendis in prenominato monasterio corporibus exequias reverenter exhibeant. Septimis, tricesimis, anniversariis quoque presentes adsint, donec sacerdotale officium inibi perficiant. De electione vero sacerdotum sic statuimus, ut abbatissa cum suis sororibus prius in sacerdotum electione conveniat et personas bonas et honestas ad honorem dei et beati Syri sincere eligere studeat, electos autem episcopo et canonicis, ad quorum ius prefatum monasterium pertinere dinoscitur, representet, quorum consensu eos suscipiant et ipsi ad honorem dei, sicut supra determinatum est, monasterio sancti Syri devote serviant. Adicimus etiam, ut in sacerdotum beneficiis, que nunc possident vel in futurum, prestante domino, adipisci poterint [e]), nullam exactionem sanctimoniales facere presumant. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat, prefatum monasterium temere perturbare, aut eius possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere aut aliquibus vexationibus fatigare, set omnia integra conserventur earum, pro quarum gubernatione et sustentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura, salva sedis apostolice auctoritate et Placentini episcopi et fratrum suorum canonica iustitia. Si qua igitur in futurum ecclesiastica secularisve persona, hanc nostre constitutionis paginam

a) *Hinter dem letzten* i *kleine Rasur* b) *hinter dem ersten* n *Rasur eines* l c) *zwischen den Oberlängen der beiden* ſ *Rasur* d) eati *auf Rasur* e) *im letzten* t *korrigirt.*

Digitized by Google

sciens, contra eam temere venire temptaverit, secundo tertiove commonita, si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo corpore ac sanguine [dei] et domini, redemptoris nostri Iesu Christi, aliena fiat, atque in extremo examine districte ultioni subiaceat. | Cunctis autem, eidem loco iusta servantibus, sit pax domini nostri Iesu Christi, quatinus et hic fructum bone actionis percipiant et apud districtum iudicem premia ęternę pacis inveniant. Am. Am. Amen.

(R) Ego Lucius catholice ecclesię episcopus ss. (M)
† Ego Conradus Sabinensis episcopus ss.
† Ego Theodewinus sanctę Rufinę episcopus ss.
— † Ego GG. (Gregorius) presbiter cardinalis tit. Calixti [a]) ss. (1)
† Ego Gislebertus presbiter cardinalis tit. sancti Marci ss.
† Ego Guido presbiter cardinalis tit. sanctorum Laurentii et Damasi ss. (1)
† Ego Rainerius presbiter cardinalis tit. sancti Stephani in Celio monte ss. (1)
† Ego Aribertus presbiter cardinalis tit. sancte Anastasie ss.
† Ego Hugo presbiter tit. sancti Laurentii in Lucina ss.
† Ego Iulius presbiter cardinalis tit. sancti Marcelli ss.
— † Ego Gregorius diaconus cardinalis sanctorum Sergii et Bach[i]i ss. (1)
† Ego Guido diaconus cardinalis sanctorum Cosmę et Damiani ss.
† Ego Octavianus diaconus cardinalis sancti Nicolai in carcere Tulliani ss. (3)
† Ego Iohannes diaconus cardinalis sancte Marię nove ss.
† Ego Berardus diaconus cardinalis sanctę Romanę ecclesię ss. (2)

Dat. Laterani, per manum BARONIS, sancte Romane ecclesie subdiaconi. VIII Idus Octobris. Indictione VIII. Incarnationis dominice anno MCXLIIII. Pontificatus vero domni LUCII II pp. anno primo. —

Or. der Kollection Morbios von Mailand, angekauft durch Herrn Willmersdörfer u. a. in München.

*Perg. ital., br. 0,565, lang 0,57, unten c. 0,024 umgeschlagen, durch 3 Löcher geht die rosa und (grün?)gelbe Seidenschnur, woran das Bleisiegel Nr. 2 hängt. Faltung der Bullen. Das Initial-*L *ist links in der Mitte durch eine Ausbuchtung verziert, das* u *steht daneben, nicht darin, ist ein geschweiftes Schenkel-*u. *Verewigung Nr. 4 P*fJlvv *betont, füllt 0,08. Die Amen füllen die letzte Zeile. Rota Nr. 1, vom Monogramme 0,32 entfernt. Monogramm Nr. 1*a*, breit 0,031, hoch 0,054. Ringkreuz, das* Ego *und* ss *der Unterschrift von dunklerer Dinte als die Um- und übrige Unterschrift. Die Zeugenfirmen scheinen in ihrer Mehrzahl von einer Hand und Dinte herzurühren, die sich Mustervorlagen anschloss. Die Datirung zeigt vielleicht dunklere Dinte als der Hauptkörper,* Baronis *wurde darin nachgetragen.*

Nr. 61.

Lucius II nimmt die Bewohner von Città di Castello mit ihren Besitzthümern in apostolischen Schutz, wofür sie jährlich einen Denar an die Kurie zu entrichten haben [1]).

1144 November 13. Lateran.

Lucius episcopus, servus servorum dei, dilectis filiis, bonis hominibus, maioribus et minoribus, de Civitate que dicitur Castellus [b]), tam presentibus quam futuris, in perpetuum. Cum ex iniuncto nobis a deo apostolatus [c]) offitio universis catholice ecclesie filiis debitores existamus, illis tamen, qui ad sedem apostolicam specialius pertinere noscuntur, nos convenit attentius imminere. Quia igitur, beati Petri iusticiam cognoscentes, ipsius patrocinium per venerabilem fratrem nostrum, episcopum vestrum [2]), suppliciter postulastis, votis vestris paterna benignitate annuimus, atque locum ipsum cum omnibus suis pertinentiis, qui ex antiquo sedis apostolice iuris esse dinoscitur, et personas vestras cum bonis et possessionibus, que in presentiarum iuste et legitime possidetis, aut in futurum rationabiliter poteritis adipisci, sub eiusdem apostolorum principis et nostram protectionem suscipimus et presentis scripti patrocinio [d]) communimus. Apostolica auctoritate prohibentes, ut ulli omnino hominum liceat, eundem locum et, que ad ipsum pertinent, vel personas vestras temere perturbare aut bona sive possessiones vestras auferre, retinere, minuere seu quibuslibet molestiis fatigare Ad indicium autem, quod idem locus beati Petri iuris existat, et huius a sede apostolica

a) sancti *vor* Calixti *wegradirt* b) Castellus que dicitur c) apostolicatus d) patrocinium.

1) *Die Abschrift dieser Urk. verdanke ich Herrn Ubaldo Pasqui zu Arezzo.* 2) *Damals Davizzo, Bischof von Città di Castello, 1137—1145. Von ihm ist äusserst wenig bekannt. Näheres Cappelletti, Chiese d'Italia IV p. 261.*

Digitized by Google

percepte protectionis, per singulos locos denarium unum Lucensis monete in festivitate beatorum apostolorum Petri et Pauli nobis nostrisque a) successoribus annis singulis persolvendis. Si quis autem, huius nostre constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire temptaverit, secundo tertiove commonitus, si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat reumque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo corpore ac sanguine dei et domini, redemptoris nostri Iesu Christi, alienus fiat, atque in extremo examine districte ultioni subiaceat. Cunctis autem, eidem loco iusta servantibus, sit pax domini nostri Iesu Christi, quatinus et hic fructum bone actionis percipiant et apud districtum iudicem (premia) eterne pacis inveniant. Amen. Amen. Amen.

(R) Ego Lucius catholice ecclesie episcopus ss. (M)

Datum Laterani, per manus Baronis, sancte Romane ecclesie subdiaconi. Idus Novembris. Indictione VII. Anno MCXLIIII. Pontificatus vero domni Lucii II pape anno primo.

Transsumpt vom Jahre 1266 im Archivio Comunale zu Città di Castello.

Nr. 62.

Lucius II bestätigt dem Erzbischofe Lupus von Brindisi die Besitzthümer und Rechte seines Hochstiftes mit dem Pallium [1]*).*

1145 Januar 2. Lateran.

Lucius episcopus, servus servorum dei, venerabili fratri Lupo, Brundusino archiepiscopo, eiusque successoribus, canonice substituendis, in perpetuum. Ex commisso nobis a deo apostolatus officio fratribus nostris, tam vicine quam longe positis, paterna nos convenit provisione consulere ac ecclesiis, in quibus domino militare noscuntur, suam iustitiam conservare, ut quemadmodum, disponente domino, patres vocamur in nomine, ita nihilominus comprobemur in opere. Tuis igitur, carissime in Christo frater Lupe, quem per dei gratiam propriis tamquam beati Petri manibus in Brundusinum archiepiscopum consecravimus, precibus annuentes, ad perpetuam sanctae Brundusinae ecclesiae, cui deo auctore praesides, pacem ac stabilitatem praesentis decreti auctoritate sancimus, ut ipsam Brundusii civitatem, Oriam [2]), Hostunen [3]), Carvynium [4]), Misaniam [5]), cum ecclesiis earum, et cetera oppida seu villas, quas de iure ipsius ecclesiae esse noscuntur, tam tu, quam successores tui episcopali deinceps iure disponere ac possidere in perpetuum debeatis. Praeterea quascumque possessiones, quaecumque bona eadem ecclesia in praesentiarum iuste et canonice possidet, aut in futurum largitione regum vel principum, oblatione fidelium seu aliis iustis modis deo propitio poterit adipisci, firma tibi tuisque successoribus et illibata permaneant. In quibus haec propriis duximus exprimenda vocabulis: decimas reddituum omnium, quas ex civitate vel ex civitatis portu Brundusinus comes accipit, sicut nobilis memoriae Loffridus comes una cum uxore sua Sikelgaita super altare beati Leucii per evangelium obtulit et scripto firmavit, astipulantibus similiter et post mortem patris offerentibus eius filiis Roberto comite, Alexandro et Tancredo. Caetera etiam, quae in eodem oblacionis cyrographo supradicti viri Brundusinae ecclesiae iuste ac legaliter statuerunt, ipsam sane Brundusinam ecclesiam cum universis appendiciis suis, clericos et clericorum res libertati perpetuae manere decernimus. Nulli ergo omnino hominum liceat, praefatam ecclesiam temere perturbare aut eius possessiones auferre vel ablatas retinere, minuere seu quibuslibet vexationibus fatigare, sed omnia integra conserventur vestris et aliorum, pro quorum gubernacione ac substentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura, salva sedis apostolicae auctoritate. Pallei etiam dignitatem ex antiquo ecclesiae tuae more fraternitati tuae ex apostolicae sedis liberalitate concedimus; cuius tibi usus ad sola missarum sollemnia intra ecclesiam licere cognoveris, diebus tantum illis, qui inferius annotantur; id est: nativitate domini, epiphania, annunciacione domini, caena domini, pascha, ascensione, pentechoste, tribus festis sanctae Mariae, sancti Iohannis Baptistae, nataliciis apostolorum, sollemnitate sancti Leucii, commemmoratione omnium sanctorum, con-

---

a) vestrisque nobis. — 1) *Die Abschrift dieser Urkunde verdanke ich dem Herrn Archidiacono Giovanni Tarantini zu Brindisi. — Vergl. die Urkunde vom 22 Februar 1122.* 2) *Oria.* 3) *Ostuni.* 4) *Carovigno.* 5) *Mesagne.*

Digitized by Google

secrationibus ecclesiarum et anniversario consecrationis tuae die, cuius nimirum pallei volumus te per omnia gentium vendicare [a]). Huius siquidem indumenti honor humilitas atque iustitia est: tota ergo mente fraternitas tua se exhibere festinet in prosperis humillime et in adversis, si quando evenerint, cum iustitia erectam, amicam bonis, perversis contrariam, nullius unquam faciem contra veritatem suscipiens, nullius unquam faciem pro veritate loquentem praemens, misericordiae operibus iuxta virtutem substantiae insistens, tamen insistere etiam supra virtutem cupiens, infirmis compatiens, benevalentibus congaudens, aliena damna propria deputans, de alienis gaudiis tamquam de propriis exultans, in corrigendis vitiis pie saeviens, in fovendis virtutibus auditorum animos demulcens, in ira iudicium sine ira tenens, in tranquillitate autem severitatis iustae censuras non deserens. Haec est, frater carissime, pallei accepti dignitas, quam si sollicite servaveris, quod foris accepisse ostenderis, intus habebis. Fraternitatem tuam superna dignacio per tempora longa conservet incolumem. Amen. Amen. Amen.

(R) Ego Lucius catholicae ecclesiae episcopus ss. (M)
† Ego Guido presbiter cardinalis tit. sanctorum Laurentii et Damasi ss.
† Ego Manfredus presbiter cardinalis diaconus sancte Savine ss.

Datum Laterani, per manum Baronis, sanctae Romanae ecclesiae subdiaconi. IIII Nonas Ian. Indictione VIII. Incarnationis dominicae anno MCXLIV. Pontificatus vero domni Lucii secundi pape anno I.

Or. und Abschrift des Cod. Dipl. ecclesiae Brundisinae, im Archivio Capitolare zu Brindisi.

Nr. 63.

Lucius II überweist dem Kapitel von San Giovanni in Laterano zu Rom die Kirche San Giovanni avanti Porta Latina und das Hospital bei Porta Lateranense mit allem Zubehör [1]).

1145 Januar 31. Rom.

Lucius episcopus, servus servorum (dei), dilectis filiis Bernardo, priori Lateranensis ecclesie, eiusque fratribus, tam presentibus quam futuris, regularem vitam professis, imperpetuum. Cum universis catholicae ecclesiae filiis ex iniuncto nobis a deo apostolatus officio debitores existamus, vobis tamen et sanctae Lateranensi ecclesiae, quae caput et mater omnium aliarum ecclesiarum esse dinoscitur, propensiori studio nos convenit providere. Eapropter, dilecte in domino fili, de vestrae devotionis studio plurimum confidentes, ecclesiam sancti Iohannis ante portam Latinam [2]) et hospitale iuxta portam Lateranensem cum omnibus suis pertinentiis ad meliorandum, regendum disponendumque vobis committimus. Nulli ergo omnino hominum fas sit, vos super hanc nostram commissionem temere perturbare seu quibuslibet molestiis fatigare. Si quis autem id attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli, apostolorum eius, se noverit incursurum.

(R) Ego Lucius catholice ecclesie episcopus ss. (M)
† Ego Theodewius [b]) sancte Rufine episcopus ss.
† Ego Conradus Sabinensis episcopus ss.
† Ego Petrus Albanensis ecclesie episcopus ss.
† Ego Guarinus Prenestinus episcopus ss.
† Ego Gregorius presbiter cardinalis tit. Calixti ss.
† Ego Rainerius presbiter cardinalis tit. sancte Prisce ss.
† Ego Thomas presbiter cardinalis tit. Vestine ss.
† Ego Gilibertus presbiter cardinalis tit. sancti Marci ss.
† Ego Guido presbiter cardinalis tit. sanctorum Laurentii et Damasi ss.
† Ego Nicolaus presbiter cardinalis tit. sancti Ciriaci ss.
† Ego Manfredus presbiter cardinalis tit. sancte Sabine ss.
† Ego Hugo sancte Romane ecclesie presbiter cardinalis tit. sancti Laurentii in Lucina ss.
† Ego Guido presbiter cardinalis tit. Pastoris ss.

---

a) *Vergl. Acta II p. 258 ab* b) Theodeumus. — .1) *Vergl. die Urk. vom 15 Juni 1139.*
2) *Crescimbini, Istoria della chiesa di S. Giovanni avanti Porta Latina, 1716.*

Digitized by Google

† Ego Villanus presbiter cardinalis tit. sancti Stephani in monte Celio ss.
† Ego Gregorius diaconus cardinalis sanctorum Sergii et Bachi ss.
† Ego Oddo diaconus cerdinalis tit. sancti Georgii ad Velum aureum ss.
† Ego Guido diaconus cardinalis tit. sanctorum Cosme et Damiani ss.
† Ego Octavianus diaconus cardinalis sancti Nicolai in carcere Tulliano ss.
† Ego in Romana ecclesia Guido altaris minister indignus ss.
† Ego Petrus diaconus cardinalis sancte Marie in Porticu ss.
† Ego Iohannes diaconus cardinalis sancti Adriani ss.
† Ego Gregorius diaconus cardinalis tit. sancti Angeli ss.
† Ego Astaldus diaconus cardinalis sancti Eustachii ss.
† Ego Berardus diaconus cardinalis sancte Romane ecclesie ss.
† Ego Iacinthus diaconus cardinalis sancte Marie in Cosmedin ss.

Datum Rome, per manum Roberti, sancte Romane ecclesie presbiteri cardinalis et cancellarii. II Kl. Februarii. Indictione VIII. Incarnationis dominice anno MCXLIV. Pontificatus vero domni Lucii secundi pape anno I.

Abschrift vom 18 Jahrh. des Bullar. Basil. Lateranensis p. 15, im Archivio Capitolare di San Giovanni in Laterano zu Rom.

Nr. 64.

Eugen III nimmt die Kollegiatkirche San Nicolo di Palatino (D. Pisa) in apostolischen Schutz und bestätigt ihre Besitzthümer und Rechte, wofür jährlich zwei Denare Lucchesisch an die Kurie zu entrichten sind.

1145 April 29. Viterbo.

Eugenius episcopus, servus servorum dei, dilectis filiis Gregorio, priori ecclesię sancti Nicholai de Palatino, eiusque fratribus, tam presentibus quam futuris, regulariter(!) vitam professis IN PPM. — | [a]) Quotiens illud a nobis petitur, quod rationi et honestati convenire dinoscitur, animo nos decet libenti concedere, et petentium [b]) desideriis congruum impertiri suffragium. Quam ob rem, dilecti in domino filii, vestris iustis | petitionibus accomodantes assensum, ecclesiam sancti Nicholai de Palatino, in qua divino vacatis servitio, sub beati Petri iure et nostra tutela suscipimus et presentis scripti patrocinio communimus. Statuentes, ut quecumque ab illustris memorię comitissa Matildi pia devotione eidem ecclesię legitime sunt concessa, a Montione scilicet usque ad Fossam novam et a mari usque ad Fossam magnam firma vobis in perpetuum et illibata permaneant. Preterea quecumque bona, quascumque possessiones in presentiarum iuste et canonice possidetis aut in futurum concessione pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium seu aliis iustis modis, prestante domino, poteritis adipisci, tam in decimis quam in aliis, universitati vestrę auctoritate apostolicę sedis nichilominus confirmamus. Porro oleum sanctum, consecrationes altarium seu basilicarum, ordinationes clericorum, qui ad sacros ordines fuerint promovendi, a Pisano suscipietis archiepiscopo, infra cuius parrochiam ecclesia vestra sita est, siquidem catholicus fuerit et gratiam atque communionem apostolicę sedis habuerit eaque vobis absque pravitate et exactione voluerit exhibere; alioquin, quemcumque malueritis, catholicum adeatis antistitem, qui nimirum nostra fultus auctoritate, quod postulatur, indulgeat. Obeunte vero te, dilecte in domino fili Gregori, nunc eiusdem loci priore, vel tuorum quolibet successorum, nullus ibi qualibet surreptionis astutia seu violentia preponatur, nisi quem fratres eiusdem loci communi assensu aut fratrum pars consilii sanioris de sua congregatione, si ad hoc officium idoneus repertus inibi fuerit, aut etiam de aliena ecclesia et religiosa secundum dei timorem et ecclesiasticam regulam providerint eligendum. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat, prefatam ecclesiam temere perturbare aut eius possessiones auferre vel ablatas retinere, minuere seu quibuslibet vexationibus fatigare, set omnia integra conserventur vestris, pro quorum gubernatione et sustentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura, salva sedis apostolice auctoritate. Ad hec adicientes statuimus, ut nemini fas sit, aliquod vobis gravamen inferre vel absque certa seu manifesta culpa et iusta atque rationabili causa in eodem loco divina officia prohibere, quamdiu [c]) scilicet in ecclesia vestra, propitiante domino, religiosa vita duraverit. Ad inditium autem, quod eadem ecclesia sub beati Petri et nostra protectione consistat,

a) *Die erste Zeile mit hellerer Dinte geschrieben als das Uebrige* b) petententium c) quandiu.

Digitized by Google

duos solidos Lucensis monetę nobis nostrisque successoribus annis singulis persolvetis. Si qua igitur in futurum ecclesiastica secularisve persona, hanc nostrę constitutionis paginam sciens, contra eam temere (venire) temptaverit, secundo tertiove commonita, si non presumptionem [a]) suam satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo corpore ac sanguine dei et domini, redemptoris nostri Iesu Christi, aliena fiat atque in extremo examine districte ultioni subiaceat. Conservantes autem eidem loco, que sua sunt, omnipotentis dei et beatorum apostolorum Petri et Pauli gratiam consequantur. Amen. A—m. Am. —

(R) Ego Eugenius catholicę ęcclesię episcopus ss. (M)
† Ego Conradus Sabinensis episcopus ss.
† Ego Theodewinus sanctę Rufinę episcopus ss. (8)
— † Ego Gregorius presbiter cardinalis tit. Calixti ss.
† Ego Rainerius presbiter cardinalis tit. sancte Prisce ss.
† Ego Guido presbiter cardinalis tit. sanctorum Laurentii et Damasi ss.
† Ego Thomas presbiter cardinalis tit. Vestine ss.
† Ego Manfredus presbiter cardinalis tit. sancte Savine ss.
† Ego Aribertus presbiter cardinalis tit. sanctę Anastasię ss.
† Ego Iulius presbiter cardinalis tit. sancti Marcelli ss. (1)
† Ego Villanus presbiter cardinalis tit. sancti Stephani in Celio monte ss.
— † Ego Gregorius diaconus cardinalis sanctorum Sergii et Bachi ss.
† Ego Otto diaconus cardinalis sancti Georgii ad Velum aureum ss.
† Ego Guido diaconus cardinalis sanctorum Cosme et Damiani ss.
† Ego Octavianus diaconus cardinalis sancti Nicholai in carcere Tulliano ss.
† Ego Petrus diaconus cardinalis sancte Marie in Porticu ss.
† Ego Astaldus diaconus cardinalis sancti Eustachii iuxta templum Agrippe ss.
† Ego Iohannes diaconus cardinalis sancti Adriani ss.
† Ego Iohannes diaconus cardinalis sancte Marie nove ss. (1)
† Ego Guido diaconus cardinalis sancte [b]) Romane ecclesie ss.

Dat. Biterbi, per manum ROBERTI, sanctę Romanę ecclesię presbiteri cardinalis et cancellarii. III Kl. Maii. Indictione VIII. Incarnationis dominice anno MCXLV. Pontificatus vero domni EUGENII III PP. anno primo.

Or. (R. Acquisto Strozziane Uguccioni, 1145 Aprile 29), im Archivio di Stato zu Florenz.

*Perg. ital., br. 0,572, lang 0,537, unten c. 0,025 umgeschlagen, durch zwei Löcher geht die grünlichgelbe Seidenschnur, woran das Bleisiegel Nr. 1. Faltung der Bullen. Initiale: stark verziertes Doppelbogen-*E. *Verewigung Nr. 5*h *P*f^o^o, *füllt 0,1. Erste Zeile von hellerer Dinte als das Konscript, Worte nicht stark, aber genügend getrennt, nichts hervorgehoben. Konscriptschrift sehr sauber. Majuskeln nach starkem Punkte betont oder etwas verziert, bei Doppel-*i *das zweite geschwänzt. Zu Anfang der Worte lange* ſ, *in der Mitte lange und runde, am Schlusse runde; verschlungenes und tironisches* et-*Zeichen angewandt;* g *mit Durchzug-Unterlänge und mit Schleifensattel, der bisweilen noch durch einen Linksschnörkel verstärkt. Amen Nr. 5. Rota Nr. 1, fast 0,06 im Durchmesser, davon Ring 0,013, von der letzten Zeile 0,005, von der linken Kante 0,083, vom Monogramm 0,29. Monogramm Nr. 2*b, *hoch 0,05, breit 0,043, von der rechten Kante 0,09. Ringkreuz und Unterschrift Dinte für sich. Umschrift könnte vom Hauptkörperschreiber herrühren, von diesem auch die Datirung,* Roberti *scheint darin nachgetragen zu sein. Bischofs- und Priesterfirmen werden meistens gleiche Hand und Dinte aufweisen. Von der ersten Firma tritt* + Ego Greg *links über die Seitenlinie weg, um bis zur Rota enden zu können, die Diakonen schliessen alle vor Monogrammhöhe.*

Nr. 65.

Eugen III nimmt den Kanonikerkonvent von Volterra in apostolischen Schutz und bestätigt seine Besitzthümer und Rechte, wofür jährlich 6 Denare Lucchesisch an die Kurie zu entrichten sind.

1145 April 29. Viterbo.

Eugenius episcopus, servus servorum dei, dilectis filiis Atoni archipresbitero et ceteris Vulterranę ecclesię canonicis, tam presentibus quam futuris, canonice substituendis IN PPM. — | Quotiens illud a nobis petitur, quod rationi et honestati convenire monstrat[ur, animo] nos decet libenti concedere et petentium desideriis congruum impertiri suffragium. Ea propter, dilecti | in domino filii, vestris iustis postulationibus clementer annuimus et predecessoris nostri bonę memorię pape CELESTINI vestigiis inherentes [1]), prefatam ecclesiam, in qua divino mancipati estis obsequio, sub beati Petri

a) *Das* u *durch Korrectur hergestellt* b) *es steht* sece' *unter dem ersten* e *ein Punkt.* — .1) *Urkunde vom 3 März 1144.*

Digitized by Google

et nostra protectione suscipimus et presentis scripti privilegio communimus. Statuentes, ut quascumque possessiones, quecumque bona in presentiarum iuste et canonice possidetis, aut in futurum concessione pontificum, largitione regum, liberalitate principum, oblatione fidelium seu aliis iustis modis deo propitio poteritis adipisci, firma vobis vestrisque successoribus et illibata permaneant. In quibus hec propriis duximus exprimenda vocabulis: plebem de Nigra cum decimatione et capellis suis, plebem de Villa magna cum decimatione et capellis suis, curtem et ecclesiam de sancta Agatha, ecclesiam de Guardastallo, capellam de Monte maiori, ecclesiam de Nubiano, ecclesiam de Petriolo, decimationem Wlterranę plebis, decimationem de Monterio de parte episcopi et marchionis, oblationes omnes eiusdem ecclesię preter ceram et oleum a bonę memorię BENEDICTO videlicet, HERMANNO et ROGERIO [1]), Wlterranis episcopis, canonice vobis concessas, quicquid habetis in curte et civitate Wlterrana, in curte de monte Wltrario, in curte de Casula, in curte de Menzano, in curte de sancto Geminiano, in curte de Castello veteri, in curte et castello de Nigra, in curte de monte Turioso, in curte de petra Raininga, tertiam partem curtis et castelli de Camporena, in curte de castello Falfi, in curte de Liguli, in curte et castello de Gezano, in curte Latreto, in curte de Pezzole, in curte de Monteclo, in curte de monte Cuccari, in curte de Villa magna, in curte de Pava, in curte et castello de Laiatico, in curte de Belora, in curte de casale Iustuli, in curte de monte Scudario, in Cornino, in castello et curte de Valli, medietatem de curte et castello de Rotano, curtem sancti Mammę, domum unam in Lucana civitate. Sanctorum quoque patrum auctoritatem sequentes prohibemus, ut nulli episcopo aliquam ordinationem in eadem ecclesia facere vel personam excludere sive bona episcopatus in pignore vel feudo alicui dare seu quolibet modo alienare absque communi fratrum vel sanioris partis consilio liceat. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat, iam dictam ecclesiam temere perturbare aut eius possessiones auferre vel ablatas retinere, minuere seu quibuslibet molestiis fatigare, set omnia integra [a]) conserventur eorum, pro quorum gubernatione et sustentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura, salva sedis apostolicę auctoritate et episcopi vestri canonica reverentia. Ad inditium autem huius a sede apostolica percepte protectionis sex denarios [b]) Lucensis monetę nobis nostrisque successoribus annis singulis persolvetis. Si qua igitur in futurum ecclesiastica secularisve persona, hanc nostrę constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire temptaverit, secundo tertiove commonita, si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo corpore ac sanguine dei et domini, redemptoris nostri Iesu Christi, aliena fiat, atque in extremo examine districte ultioni subiaceat. Cunctis autem, eidem loco iusta servantibus, sit pax | domini nostri Iesu Christi, quatinus et hic fructum bonę actionis percipiant et apud districtum iudicem premia eternę pacis inveniant. A—m. Am. Am. —

(R) Ego Eugenius catholicę ęcclesię episcopus ss. (M)
† Ego Conradus Sabinensis episcopus ss.
† Ego Theodewinus sanctę Rufinę episcopus ss. (9)
— † Ego Gregorius presbiter cardinalis tit. Calixti ss.
† Ego Rainerius presbiter cardinalis tit. sancte Prisce ss.
† Ego GUIdo [c]) presbiter cardinalis sanctorum Laurentii et Damasi ss.
† Ego Thomas presbiter cardinalis tit. Vestine ss.
† Ego Manfredus presbiter cardinalis tit. sancte Savine ss.
† Ego Aribertus presbiter cardinalis tit. sanctę Anastasię ss.
† Ego Iulius presbiter cardinalis tit. sancti Marcelli ss. (1)
† Ego Villanus presbiter cardinalis tit. sancti Stephani in Celio monte ss. (1)
— † Ego Gregorius diaconus cardinalis sanctorum Sergii et Bachi ss.
† Ego Otto diaconus cardinalis sancti Georgii ad Velum aureum ss.
† Ego Guido diaconus cardinalis sanctorum Cosmę et Damiani ss.
† Ego Octavianus diaconus cardinalis sancti Nicolai in carcere Tulliano ss.
† Ego Petrus diaconus cardinalis sancte Marie in Porticu ss.
† Ego Astaldus diaconus cardinalis sancti Eustachii iuxta templum Agrippe ss.
† Ego Iohannes diaconus cardinalis sancti Adriani ss.
† Ego Iohannes diaconus cardinalis sancte Marie Nove ss. (1)

a) integrum b) ar *auf Rasur* c) *zwischen* Ego *und* Guido *grössere Rasur.* — .1) *Vergl. hier die Bischöfe oben S. 53 Anm.*

Digitized by Google

† Ego Guido sancte Romane ecclesie cardinalis diaconus ss.
† Ego Cinthius diaconus cardinalis sancte Romane ecclesię [a]) ss.

Dat. Biterbi, per manum ROBERTI, sanctę Romanę ecclesię presbiteri cardinalis et cancellarii. III Kl. Maii. Indictione VIII. Incarnationis dominicę anno MCXLV. Pontificatus vero domni EUGENII III papę anno primo. —

Or. und Abschrift im Archivio Capitolare zu Volterra.

Or. Perg. ital., br. 0,604, lang 0,66, unten 0,038 umgeschlagen, durch zwei Löcher geht die hellgelbe Seidenschnur, deren Blei verloren, Faltung der Bullen. Initiale: niedriges Doppelbogen-E. Verewigung Nr. 1bbb, füllt 0,205. PP. Celestini *im Konscripte halblang, Amen Nr. 2x[1]. Ringkreuz, Umschrift und Unterschrift gleiche Dinte wie Konscript, Inschrift ganz abweichende gelbe Dinte, mit ihr auch der Aussenkreis gemacht, Innenkreis von der braunen Konscriptdinte, von ihr auch das Monogramm Nr. 2b, hoch 0,057, br. 0,045. Rota Nr. 1, Durchmesser 0,056. Datirung vom Konscriptschreiber,* Eugenii *darin in langen Buchstaben mit verziertem* E, Roberti *gleiche Dinte, doch im gewöhnlichen schweren Duktus, also wohl nachgetragen. Zeugen rühren alle von der Konscriptdinte her, nur* Petrus d. S. Marie in Porticu *von hellerer; der grösste Theil der Firmen offenbar auch unter sich gleiche Hand.*

Nr. 66.

Eugen III bestätigt dem Kloster Sanct Maria im Thale Josaphat (D. Jerusalem) seine Besitzthümer und nimmt es mit Zubehör in apostolischen Schutz, wofür es jährlich eine Unze Gold an die Kurie zu entrichten hat [1]).

1145 Mai 4. Viterbo.

Eugenius episcopus, servus servorum dei, dilecto filio Guidoni, abbati vallis Iosaphat, eiusque fratribus, tam presentibus quam futuris, regularem vitam professis, in perpetuum. Possessiones et bona ecclesiastica patrimonia pauperum sunt et pretia peccatorum. Et ideo a nullo debent distrahi sive occupari, set ad usus, ad quos destinata sunt, illibata servari. Quia ergo ex iniuncto nobis a deo officio incumbit, ecclesias cum suis pertinentiis defensare, utilitati vestre in posterum providentes, ecclesiam ligionis cum parrochia et decimas ipsius loci, et decimam Thanis a Bernardo, episcopo Nazareth [2]). ad opus hospitalis domus vestre vobis [b]) concessam; in Sycilia in loco, qui dicitur Paternonum, ecclesiam sancte Marie matris domini, et aliam, sancte Marie Magdalene, sub ipso castro sitam, ad exemplar predecessoris nostri, beate recordationis pape Innocentii, sub beati Petri tutela et nostra defensione suscipimus. Ad indicium [c]) autem percepte huius a Romana ecclesia libertatis auri unciam nobis nostrisque successoribus annis singulis persolvetis. Quecumque [3]) vero [d]) per autentica predecessorum nostrorum, videlicet felicis memorie Paschalis [e]) et Innocentii [4]) privilegia, tam in ecclesiis, quam in decimis et aliis vobis concessa vel confirmata sunt, vobis et per vos eidem ecclesie beate Marie de valle Iosaphat per presentis scripti paginam confirmamus, salva apostolice sedis auctoritate [5]). Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat, vos exinde perturbare, minuere, auferre aut temerariis vexationibus fatigare. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, iram dei omnipotentis incurrat, et anathematis sententie subiaceat. Amen. Amen. Amen.

(R) Ego Eugenius catholice ecclesie episcopus ss. (M)
† Ego Conradus Sabinensis episcopus ss.
† Ego Theodewinus sancte Rufine episcopus ss.
† Ego Gregorius presbiter cardinalis tit. Calixti ss.
† Ego Thomas presbiter cardinalis tit. Vestine ss.
† Ego Manfredus presbiter cardinalis tit. sancte Savine ss.
† Ego Villanus presbiter cardinalis tit. sancti Stephani in Celio monte ss.
† Ego Gregorius diaconus cardinalis sanctorum Sergii et Bachi ss.
† Ego Oddo diaconus cardinalis sancti Georgii ad Velum aureum ss.
† Ego Guido diaconus cardinalis sanctorum Cosme et Damiani ss.

Dat. Biterbi [f]), per manum Roberti, sancte Romane ecclesie presbiteri cardinalis et cancellarii. IIII [g]) Nonas Maii. Indictione VIII. Incarnationis dominice anno MCXLV. Pontificatus vero domni Eugenii III pape anno primo.

Or. (S. Placido Nr. 177) im Archivio di Stato zu Palermo.
Das Bleisiegel ist verloren.

a) eclesie b) *fehlt in Dr.* c) iudicium *Dr.* d) vero que *Dr.* e) Pascalis *Dr.* f) Viterbii *Dr.* g) III *Dr.* — .1) *Die Abschrift dieser Urkunde verdanke ich dem Herrn Comm. Giuseppe Silvestri in Palermo. — Druck von Delaborde, Chartes de Terre Sainte (Bibl. des écoles Françaises d'Athènes et de Rome XIX) p. 58. Vergl. auch die Urk. vom 5 April 1142.* 2) *Bernard, Bischof von Nazareth, c. 1120—1129.* 3) *Dieser Passus bis* decernimus *fehlt in der vorangegangenen Urkunde Innocenzens.* 4) *Urk. vom 2 Januar 1113.* 5) *Urk. vom 18 Mai 1140.*

Digitized by Google

Nr. 67.

Eugen III nimmt das Kloster Sant' Ambrogio di Firenze in apostolischen Schutz und bestätigt seine Besitzthümer und Rechte, wofür es jährlich zwölf Solidi Lucchesisch an die Kurie zu entrichten hat.

1145 Mai 12. Viterbo.

Eugenius episcopus, servus servorum dei, dilectis in Christo filiabus Gislę, abbatisse monasterii sancti Ambrosii de Petraplana, eiusque sororibus, tam presentibus quam futuris, regularem vitam professis IN PPM. — | Ad hoc universalis ecclesię cura nobis a provisore omnium bonorum deo commissa est, ut religiosas diligamus personas et beneplacentem deo religionem studeamus modis omnibus propagare; nec enim deo gratus | aliquando famulatus impenditur, nisi, ex caritatis radice procedens, a puritate religionis fuerit conservatus. Oportet igitur omnes christianę fidei amatores religionem diligere et loca venerabilia cum ipsis personis, divino servitio mancipatis, attentius confovere, ut nullis pravorum hominum inquietentur molestiis vel importunis angariis fatigentur. Ea propter, dilecte in domino filie, vestris iustis postulationibus clementer annuimus et predecessoris nostri, felicis memorię pape INNOCENTII [1]), vestigiis inherentes, prefatum beati Ambrosii monasterium, quod in Florentino episcopatu est, cum tota Petraplena, in quo divino mancipate estis obsequio, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus et presentis scripti privilegio communimus. Statuentes, ut quascumque possessiones, quecumque bona idem monasterium in presentiarum iuste et canonice possidet aut in futurum concessione pontificum, liberalitate regum, largitione principum, oblatione fidelium seu aliis iustis modis deo propitio poterit adipisci, firma vobis vestrisque succedentibus et illibata permaneant. In quibus hec propriis duximus exprimenda vocabulis: ecclesiam sancti Michaelis in Palchitto infra civitatem Florentię, ecclesiam sancti Iacobi in Bagnolo Cotone, et cetera a bonę memorię Gotifredo, Florentino episcopo [2]), canonice vobis concessa. Quecumque etiam a predecessoribus nostris, beatę recordationis videlicet Nicholao, Alexandro, Innocentio, per autentica privilegia eidem monasterio concessa sunt, nos quoque vobis et ipsi monasterio confirmamus. Recipiendi etiam oblationes [a]), tam pro vivis, quam pro defunctis, absque alicuius contradictione liberam vobis concedimus facultatem. Obeunte vero te, nunc eiusdem loci abbatissa, vel tuarum qualibet succedentium, nulla ibi qualibet surreptionis astutia seu violentia preponatur, nisi quam sorores communi consensu vel pars consilii sanioris secundum dei timorem et beati Benedicti regulam providerint eligendam. Electa vero, sicut iustitia exigit, ab episcopo Florentino investituram suscipiat. Prohibemus autem, ut nulli post factam ibidem professionem absque abbatissę et capituli licentia ad alia loca transire liceat. Discedentem vero nulla ecclesiastica secularisve persona absque comunium litterarum cautione retinere presumat. Sepulturam quoque ipsius loci liberam esse decernimus, ut eorum devotioni et extremę voluntati, qui se illic sepeliri deliberaverint, nisi forte excommunicati sint, nullus obsistat, salva iustitia matricis ecclesię. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat, prefatum monasterium temere perturbare aut eius possessiones auferre vel ablatas retinere, minuere seu quibuslibet vexationibus fatigare, set omnia integra conserventur, vestris et aliorum, pro quorum gubernatione et sustentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura, salva sedis apostolicę auctoritate et Florentini episcopi canonica iustitia. Ad inditium autem huius a sede apostolica percepte protectionis duodecim denarios Lucensis monetę nobis nostrisque successoribus annualiter persolvetis. Si qua igitur in futurum ecclesiastica secularisve persona, huius nostre constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire temptaverit, secundo tertiove commonita, si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo corpore ac sanguine dei et domini, redemptoris nostri Iesu Christi, aliena fiat, atque in extremo examine districte subiaceat ultioni. Cunctis autem, | eidem loco iusta servantibus, sit pax domini nostri Iesu Christi, quatinus et hic fructum bonę actionis percipiant et in futuro premia eternę pacis inveniant. Amen. Amen. Amen.

(R) Ego Eugenius catholicę ęcclesię episcopus ss. (M)
† Ego Conradus Sabinensis episcopus ss.

a) *Das erste* o *durch Korrectur hergestellt.* 1) *Jaffé, Reg. 5795, Or. im Archivio di Stato zu Florenz.* 2) *Gottfried, Bischof von Florenz, 1113—1142.*

Digitized by Google

† Ego Theodewinus sanctę Rufinę episcopus ss. (11)
— † Ego Gregorius cardinalis tit. Calisti ss. (1)
† Ego Thomas presbiter cardinalis tit. Vestine ss. (1)
† Ego Guido presbiter cardinalis tit. sanctorum Laurentii et Damasi ss.
† Ego Nicolaus presbiter cardinalis tit. sancti Cyriaci ss.
† Ego Aribertus presbiter cardinalis tit. sancte Anastasię ss.
† Ego Iulius presbiter cardinalis tit. sancti Marcelli ss.
† Ego Ubaldus presbiter cardinalis tit. sancte Crucis in Ierusalem ss.
† Ego Guido presbiter cardinalis tit. Pastoris ss.
† Ego Villanus presbiter cardinalis tit. sancti Stephani in Cęlio monte ss.
— † Ego Gregorius diaconus cardinalis sanctorum Sergii et Bachi ss.
† Ego Otto diaconus cardinalis sancti Georgii ss.
† Ego Guido diaconus cardinalis sanctorum Cosme et Damiani ss.
† Ego Octavianus diaconus cardinalis sancti Nicholai in carcere Tulliano ss.
† Ego Petrus diaconus cardinalis sancte Marie in Porticu ss. (1)
† Ego Iohannes diaconus cardinalis sancti Adriani ss. (1)
† Ego Iohannes diaconus cardinalis sanctę Marię Novę ss.
† Ego Guido diaconus cardinalis sanctę Romanę ecclesię ss.
† Ego Bernardus diaconus cardinalis sancte Romane ecclesie ss.
† Ego Cinthius diaconus cardinalis sanctę Romane ecclesie ss. (1)

Dat. Biterbi, per manum ROBERTI, sanctę Romanę ecclesię presbiteri cardinalis et cancellarii. IIII Id. Maii. Indictione VIII. Incarnationis dominicę anno MCXLV. Pontificatus vero domni EUGENII III PP. anno primo. —

Or. (S. Ambrogio di Fir. 1145 Mag. 12), im Archivio di Stato zu Florenz.

*Perg. ital., br. 0,53, lang 0,66, unten 0,045 umgeschlagen, durch zwei Löcher ging die Schnur, welche mit dem Blei verloren. Faltung der Bullen. Initiale: Uncial-*E *mit Schweifkopf- und Fuss, Ranken- und Blattverzierung; das* g *von* Eugenius *und von* Gislę *etwas hervorgehoben, die Oberlängen der ersten Zeile nicht sonderlich hoch, Worte nicht stark, doch genügend getrennt. Verewigung Nr. 4 Pf Ilgxx fast in Haarstrichen ausgeführt, füllt 0,098. Konscriptschrift zierlich und schmal in den Buchstaben, Initialen nach einem grossen Punkt betont oder hervorgehoben, das Schluss-*s *oft gedrückt mit Ansatzkopf,* g *mit Linksschnörkel,* et-*Zeichen verschlungen. Amen Nr.* 2b. *Rota Nr. 1 im Durchmesser 0,054: Monogramm Nr.* 2b, *hoch 0,053, breit 0,045. Umschrift und Unterschrift von unter sich gleicher Dinte, ob Ringkreuz von der gleichen, nicht sicher, könnte auch von anderer sein. Datirung hellere Dinte als der Hauptkörper,* Roberti *zeigt dieselbe. Zeugenfirmen zum grössten Theile unter sich dieselbe Dinte, theilweise auch gleiche Hand.*

Nr. 68.

Eugen III nimmt das Kloster San Stefano di Genova in apostolischen Schutz und bestätigt dessen Besitzthümer und Rechte.

1145 August 18. Viterbo.

Eugenius episcopus, servus servorum dei, dilectis filiis Iohanni, abbati monasterii sancti Stephani Ianuensis, eiusque fratribus, tam presentibus quam futuris, regularem vitam professis IN PPM. Ad hoc in apostolice sedis regimen, disponente domino, promoti conspicimur, ut, ipso prestante, religionem augere et eius servis tuitionem impendere debeamus. Tuis ergo, dilecte in Christo fili, Iohannes abbas, petitionibus annuentes, beati Stephani monasterium, cui deo auctore presides, cum omnibus, ad ipsum pertinentibus, in beati Petri tutelam protectionemque suscipimus, et ad exemplar predecessoris nostri, felicis memorie pape Innocentii [1]), sedis apostolice privilegio communimus. Statuentes, ut quascumque possessiones, quecumque bona idem monasterium in presentiarum iuste et canonice possidet vel quecumque in futurum concessione pontificum, liberalitate regum, largitione principum, oblatione fidelium seu aliis iustis modis, prestante domino, poterit adipisci, firma vobis vestrisque successoribus et illibata permaneant. In quibus hec propriis duximus exprimenda vocabulis: ecclesiam videlicet sancti Nazarii de capite Albaris cum decimis et oblationibus ad eandem ecclesiam pertinentibus, ecclesiam sancti Viti, ecclesiam sancte Iuste de eadem villa, ecclesiam sancte Crucis de castello Ianue, ecclesiam sancti Stephani de Sezaido, ecclesiam sancti

1) *Ein Regest dieser Urk. vom 16 Juni 1135, in den Docum. Genovesi G. VII. 33 p. 17, der Bibl. dell' Università zu Genua.*

Digitized by Google

Stephani de villa Regia, ecclesiam sancti Stephani de castro sancti Romuli cum decimis et oblationibus aliisque rebus ad easdem ecclesias pertinentibus. Decimas quoque seu cymiteria nec non et antiquas vestras consuetudines, quas hactenus idem monasterium quiete noscitur habuisse, vobis nichilominus roboramus. Statuimus etiam, ne ab episcopo vel suorum quolibet successorum ibidem divina officia interdicantur, nisi pro communi culpa cleri vel populi. Laborum quoque vestrorum, quos propriis sumptibus colitis, decimas a vobis exigi omnimodis prohibemus. Verumtamen in supradictis ecclesiis ordinandis ac disponendis, quantum ad temporalia pertinet, atque in eligendis seu introducendis presbiteris in easdem ecclesias, quos tua vel successorum tuorum discretio utiles et idoneos fore decreverit, et removendi eos inde, si pravi vel inobedientes tibi et tuis successoribus fuerint, tam tu, quam successores tui habeatis liberam facultatem; ita videlicet, ut, cum a te vel tuis successoribus prefati sacerdotes fuerint electi, Ianuensi archiepiscopo presententur et curam animarum ab eo recipiant, sibi quidem de spiritualibus, tibi vero de temporalibus responsuri, sicut in prefati predecessoris nostri privilegio continetur. Sepulturam quoque vobis liberam esse decernimus, ut videlicet eorum, qui se illic sepeliri deliberaverint, devotioni et extreme voluntati, nisi forte excommunicati sint, nullus obsistat, set sine molestia quiete vobis permaneat, salva iustitia parrochialis ecclesie. Preterea presbitero, capellano de ecclesia sancti Stephani, que sita est in castro sancti Romuli, parrochianis suis ab hac vita migrantibus dandi penitentiam liberam facultatem concedimus. Liceat autem vobis, competentibus horis, excepto sabbato sancto, ad divina officia absque alicuius contradictione campanas pulsare, nisi monasterium ipsum fuerit interdictum. Prohibemus quoque, ut nullus infra parrochias vestras novam ecclesiam vel capellam edificare presumat. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat, idem monasterium temere perturbare, aut eius possessiones auferre vel ablatas retinere, minuere seu quibuslibet vexationibus fatigare, sed omnia integra conserventur eorum, pro quorum gubernatione et sustentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura, salva in omnibus apostolice sedis auctoritate, et diocesani episcopi canonica iustitia. Ad hec adicientes statuimus, ut, postquam sedis apostolice audientiam in vestris gravaminibus appellaveritis, nulli facultas sit, gravamen vobis vel iniuriam irrogare. Si qua igitur in futurum ecclesiastica secularisve persona contra, huius nostre constitutionis paginam sciens, temere venire temptaverit, secundo tertiove commonita, si non reatum suum digna satisfactione correxerit, potestatis honorisque sui dignitate careat reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo corpore ac sanguine dei et domini, redemptoris nostri Iesu Christi, aliena fiat, atque in extremo examine districte ultioni subiaceat. Cunctis autem, eidem loco sua iura servantibus, sit pax domini nostri Iesu Christi, quatinus et hic fructum bone actionis percipiant et apud districtum iudicem premia eterne pacis inveniant. Amen. Amen. Amen.

(R) Ego Eugenius catholice ecclesie episcopus ss. (M)
† Ego GG.(Gregorius) presbiter cardinalis tit. Calixti ss.
† Ego Nicholaus presbiter cardinalis tit. sancti Cyriaci ss.
† Ego Guido presbiter cardinalis tit. sanctorum Laurentii et Damasi ss.
† Ego Syrus Ianuensis archiepiscopus ss.
— † Ego Oto diaconus cardinalis sancti Georgii ad Velum aureum ss.
† Ego Guido diaconus cardinalis sanctorum Cosme et Damiani ss.
† Ego Iohannes diaconus cardinalis sancti Adriani ss.
† Ego Gregorius diaconus cardinalis sancti Angeli ss.
† Ego Bernardus diaconus cardinalis sancte Romane ecclesie ss.
† Ego Iordanus diaconus cardinalis sancte Romane ecclesie ss.
† Ego Cinthius diaconus cardinalis sanctorum Sergii et Bachi ss.

Datum Viterbi, per manum Roberti, sancte Romane ecclesie presbiteri cardinalis et cancellarii. XV Kl. Sept. Indictione VIII. Incarnationis dominice anno MCXLV. Pontificatus vero domni Eugenii III pp. anno I.

Abschrift der Miscell. di Stor. Lig. II p. 9, in der Bibl. Civica; Regest der Docum. Genov. G. VII 33 p. 17, der Bibl. dell' Università zu Genua.

Bemerkt ist: „Pergamena autentica"; bei den Zeugen: „Lo stess' ordine." — Contra *in der Comminatio steht ungewöhnlich.*

Digitized by Google

Nr. 69.

Eugen III bestätigt dem Abte Albert von San Lorenzo d'Asso (D. Pienza-Montalcino) die Besitzthümer und freies Aufnahmerecht seines Klosters, welches er in apostolischen Schutz nimmt bei jährlicher Zahlung von zwei Solidi Lucchesisch.

1145 November 17. Viterbo.

Eugenius episcopus, servus servorum dei, dilectis filiis Alberto, abbati monasterii sancti Laurentii, iuxta fluvium, quod Anso dicitur, siti, eiusque fratribus, tam presentibus quam futuris, regularem vitam professis IN PPM. — | In apostolicę sedis regimine, disponente domino, constituti necesse habemus, singulis ęcclesiis paterna sollicitudine providere et iustis petentium votis clementer annuere. Huius rei | gratia, dilecti in domino filii, predecessorum nostrorum, felicis memorię CELESTINI [1]) et LUCII [2]), Romanorum pontificum, vestigiis inherentes, vestris iustis postulationibus clementer annuimus, et prefatum beati LAURENTII monasterium, in quo divino mancipati estis obsequio, sub beati PETRI et nostra protectione suscipimus, et presentis scripti privilegio communimus. Statuentes, ut quascumque possessiones, quecumque bona idem monasterium in presentiarum iuste et canonice possidet, aut in futurum concessione pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium seu aliis iustis modis deo propitio poterit adipisci, firma vobis vestrisque successoribus et illibata permaneant. In quibus hec propriis duximus exprimenda vocabulis: ecclesiam sanctę Trinitatis de [Or]gia, et hospitalem domum eiusdem loci cum omnibus suis pertinentiis, ęcclesiam de monte Sizi cum omnibus suis pertinentiis, et quod iuste tenetis in ęcclesia de Stiliano, ęcclesiam de Modani cum omnibus suis pertinentiis, castrum de Civitella cum suis appenditiis et cum duabus ęcclesiis in ipso constructis, ęcclesiam videlicet sancti Sebastiani infra castellum positam, ęcclesiam sancti Martini extra castellum sitam, duas portiones de castello et curte Montis Viridis, ecclesiam de Signano, et tres portiones ipsius villę, ęcclesiam sancti Donati cum rebus ad ipsam pertinentinentibus, ecclesiam sancti Bartholomei de Lampognano cum ipsa villa, ęcclesiam sancti Anastasii et ipsius castri duas partes, ęcclesiam sancti Andreę de Suvarella cum ipsa villa, ęcclesiam sancti LAURENTII et eiusdem castelli duas partes. Decimationem allodii eiusdem monasterii, quod in Senensi episcopatu situm est, quemadmodum a Senensibus episcopis, bonę memorię Iohanne [3]) videlicet et Radulfo [4]), vobis canonice concessa est, similiter confirmamus. Concedimus etiam vobis, ut, si aliqua libera persona, sive in vita sive in morte, vestro monasterio se conferre voluerit, recipiendi eam absque alicuius contradictione liberam habeatis facultatem, salvo tamen iure matricis ęcclesię. Ad indicium autem huius a sede apostolica perceptę protectionis duos Lucensis monetę solidos nobis nostrisque successoribus annualiter persolvetis. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat, idem monasterium temere perturbare aut possessiones auferre vel ablatas retinere, minuere seu quibuslibet vexationibus fatigare, sed omnia integra conserventur eorum, pro quorum gubernatione et sustentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura, salva sedis apostolicę auctoritate et diocesanorum [a]) episcoporum canonica iustitia et reverentia. Si qua igitur in futurum ecclesiastica secularisve persona, hanc nostrę constitutionis paginam sciens, contra eam temere [ven]ire temptaverit, secundo tertiove commonita, si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo corpore ac sanguine dei et domini, redemptoris nostri Iesu Christi, aliena fiat, atque in extremo examine districtę ultioni subiaceat. Cunctis autem, eidem loco sua iura servantibus, | sit pax domini nostri Iesu Christi, quatinus et hic fructum bonę actionis percipiant et aput districtum iudicem premia ęternę pacis inveniant. — | Amen. Amen. Amen.

(R) Ego Eugenius catholicę ęcclesię episcopus ss. (M)
† Ego Albericus Hostiensis episcopus ss. (8)
† Ego GG.(Gregorius) presbiter cardinalis tit. Calixti ss.
† Ego Humbaldus presbiter cardinalis tit. sanctorum Iohannis et Pauli ss.
† Ego Nicolaus presbiter cardinalis tit. sancti Cyriaci ss.
† Ego Manfredus presbiter cardinalis tit. sancte Savine ss. (1)
† Ego Iulius presbiter cardinalis tit. sancti Marcelli ss.

a) *Das zweite* o *auf Rasur.* — .1) *Urk. vom 23 November 1143.* 2) *Urk. vom 26 Mai 1144* 3) *Johann, Bischof von Siena, c. 1037 — c. 1063.* 4) *Rudolf, Bischof von Siena, c. 1073 — c. 1083.*

Digitized by Google

† Ego Ubaldus presbiter cardinalis tit. sancte Crucis in Ierusalem ss.
† Ego Villanus presbiter cardinalis tit. sancti Stephani in Cęlio monte ss. (2)
— † Ego Oddo diaconus cardinalis tit. sancti Georgii ad Velum ‖ aureum ss. (4)
† Ego Guido sanctę Marie in Porticu diaconus cardinalis ss.
† Ego Iacintus diaconus cardinalis sancte Marie in Cosmydyn ss.
† Ego Petrus diaconus cardinalis sancte Marie in Via lata ss. (2)

Dat. Viterbi, per manum ROBERTI, sancte Romane ęcclesię presbiteri cardinalis et cancellarii. XV Kl. Decemb. Indictione VIIII. Incarnationis dominicę anno MCXLV. Pontificatus vero domni EUGENII III PP. anno primo.

Or. (Angioli di Siena 17 Nov. 1145) und Abschrift der Comp. di cartepecore di div. Archivi I p. 349, im Archivio di Stato; Abschrift B. VI. 13 p. 437, in der Bibl. Pubblica zu Siena.

Perg. ital., br. 0,612, lang 0,735, unten 0,043 umgeschlagen, durch zwei Löcher geht die ursprünglich rosa Seidenschnur, deren Bleisiegel abgefallen, aber erhalten ist, Nr. 2. Faltung der Bullen. Initiale: tiefe Uncialform. Verewigung Nr. 2 7 1 Pt. Im Konscripte sind die Majuskeln theilweise betont und verziert, am meisten S(tatuentes), D(ecernimus), S(i qua). *Das letzte Konscriptwort* inveniant *mit zwei Doppel-Ueberpunkten, dahinter schliesst die Zeile ab. Für die drei Amen Nr. 9 ist eine neue Zeile genommen, hinter dem letzten Amen drei Doppel-Ueberpunkte. Rota Nr. 1. Innenkreuz ein wenig stärkerlinig als die Kreise, Durchmesser 0,064, von der letzten Zeile 0,006; Monogramm Nr. 2b, hoch 0,067, breit 0,039, Grundstriche ziemlich dicklinig, steht dicht unter der letzten Zeile. Ringkreuz und Unterschrift dunklere Dinte und Hand für sich. Die Dinte der Umschrift und ziemlich sicher auch die Hand ist jene des Hauptkörpers, von ihr auch die Datirung, welche prunkvoll gehalten ist, mit c. 0,033 langen Oberlängen, im* Kl. *fünf Abbreviaturzeichen.* Roberti *in die Datirung mit dunklerer Dinte eingetragen. Die Presbyterfirmen wohl alle von gleicher Hand und Dinte, unmöglich nicht, dass dies auch bei den übrigen der Fall.*

Nr. 70.

Eugen III schreibt dem Bischofe Girolamo von Arezzo die gegenseitigen Bedingungen zur Beilegung des Streites zwischen ihm und dem Edlen Heinrich von Bivignano wegen der Burg Sasseto.

1145—1146 October 17. Viterbo.

EUgenius episcopus, servus servorum dei, venerabili fratri Ieronimo, Aretino episcopo [1]), salutem et apostolicam benedictionem. Controversiam, | que inter te et nobilem virum Henricum de Bivignano [2]) super castro, quod Saxetum [3]) vocatur, diutius agitata est, | tam per nos quam per fratres nostros diligenter audivimus et, communicato cum ipsis consilio, data utrique parti concordię optione, concordiam ipsam hoc ordine terminavimus. Ipse videlicet Hen(ricus) et frater eius et Ugo de Colle [4]), socer suus, totum prefatum castrum cum curte sua et querimoniam et actionem de iure ipsius, quę hactenus adversum te ipsius castri occasione habuerant, in manu nostra per baculum voluntate spontanea omnino refutaverunt et, ut tuam gratiam plene recuperarent, iniurias, ab hominibus tuis in eiusdem castri captione sibi et suis illatas, condonaverunt et, quod pater et uxores eorum idipsum tibi vel certo nuntio tuo facerent, firmiter promiserunt. Tu vero usque ad proximas beati Martini [5]) octavas novem libras, et usque ad proximam domini nativitatem alias VIIII denariorum Lucensium sibi debes persolvere. Res vero, que in captione castri ammisit, si recuperare poteris non deterioratas, sibi restitues aut, quantum post captionem castri deteriorate fuerint, sicut tunc valuerant, tantum superaddes. Pro his vero, quę recuperare non poteris, iuxta probationem iuramenti ipsius simile vel tantundem valens sibi persolves. Nos itaque, quorum interest precipue ęcclesiarum quieti paterna sollicitudine providere, hanc concordiam presentis scripti pagina confirmamus et, ne isti vel eorum heredes vel quilibet alius pro ipsis te vel successores tuos de cętero super hoc inquietare presumat, auctoritate apostolica prohibemus. Si quis autem temerario ausu id attemptare presumpserit, a sacratissimo corpore ac sanguine dei et domini, redemptoris nostri Iesu Christi, alienus fiat, atque in extremo examine districtę | ultioni subiaceat. — Dat. Viterbi, XVI Kl. Novb.,

Or. im Archivio Capitolare zu Arezzo.

Perg. ital., br. 0,19—0,194, lang 0,218, unten 0,022 umgeschlagen, durch zwei Löcher geht eine Hanfschnur, deren Bleisiegel verloren. Faltung der Breven. Die Initiale stark ausgebuchtet und ziemlich gross. — Im Catalog Nr. 407 findet sich: Rigulus, filius Rolandini de Bivignano, transigit omnes lites et iniurias illatas sibi,

1) *Hieronymus, Bischof von Arezzo, 1144—1177.* 2) *Bivignano, 10 Miglien von Arezzo nach Osten gelegen, im Valle Tiberina.* 3) *Sasseto, unweit Castello, östlich von Arezzo.* 4) *Colle unfern Siena, wurde später Bisthum.* 5) *Martinstag, 11 November.*

Digitized by Google

uxori sue familieque ab Heronymo, Aretino episcopo, et ab omnibus, qui fuerunt sue partis, tam castellanis de Saxeto quam aliis, et iurat, se et partem suam ita tenere, sicuti in quodam brevi continetur. Quod si non faciet, promisit episcopo predicto eiusque successoribus ac beato Donato nomine etiam filiorum suorum et patris sui Rolandini, se soluturum penam quinquaginta librarum argenti. Actum in comitatu Aretino in castello Civitelle. Mense Iunio. Indictione VIII. (1145).

Nr. 71.

Eugen III befiehlt dem Prior von St.-Pons de Nice zum Gehorsam gegen den Bischof von Nizza zurückzukehren [1]).

1145—1146 November 8. Viterbo.

Eugenius episcopus, servus servorum dei, dilectis filiis B., priori sancti Pontii, eiusque fratribus salutem et apostolicam benedictionem. Qualiter frater noster P(etrus), Niciensis episcopus, pro recuperanda iusticia sua in ecclesiam vestram personam suam magnis laboribus exposuerit, tibi non credimus esse incognitum. Ideoque nobis episcopis precipue interest, suam unicuique iusticiam conservare. Considerata iusticia eiusdem fratris nostri et diligenter cognita, fratrum nostrorum commutuato consilio, possessionem eiusdem monasterii, sicut fuerat, antequam frater noster Ebredunenensis [a]) archiepiscopus abbatem in eodem monasterio benediceret, sibi restituimus. Ipsum vero abbatem, quoniam contra sedis apostolice privilegia et Niciensis episcopi prohibitionem, a quo non debuit, benedictionem suscepit, omni abbatie officio apostolica auctoritate inrefragabiliter privavimus. Ideoque per apostolica vobis scripta precipiendo mandamus, quatenus tam in eligendo abbate, quam in aliis ecclesiasticis negociis, in eodem monasterio statuendis, debitam obedientiam ac reverentiam eidem episcopo nostro, sicut hactenus fecistis, absque contradictione aliqua exhibeatis. — Dat. Viterbi, VI Idus Novembris.

Abschrift vom 17 Jahrh. des Liber Niger p. 76, in Privatbesitz zu Nizza.

Nr. 72.

Eugen III nimmt die Kirche S. Zeno von Reichenhall (D. Salzburg) in apostolischen Schutz und bestätigt dessen Güter und Rechte.

1146 Januar 28. Trastevere.

Eugenius episcopus, servus servorum dei, dilectis filiis Lanzoni, Hallensi preposito, eiusque fratribus, tam presentibus quam futuris, regularem vitam professis IN PPM. — Quotiens illud [2]) . . . . . inveniant. Amen. — Am. — Amen. —

(R) Ego Eugenius catholicę ęcclesię episcopus ss. (M)
† Ego Conradus Sabinensis episcopus ss.
— † Ego Gregorius presbiter cardinalis tit. Calixti ss.
† Ego Guido presbiter cardinalis sancti Crisogoni ss.
† Ego Humbaldus presbiter cardinalis Iohannis et Pauli ss. (4)
† Ego Ior(danus) presbiter cardinalis tit. sanctę Susannę ss. (1)
— † Ego Oddo diaconus cardinalis sancti Georgii ad Velum [b]) aureum ss. (2)
† Ego Gregorius diaconus cardinalis sancti Angeli ss.
† Ego Astaldus diaconus cardinalis sancti Eustachii iuxta [c]) templum Agrippe ss.
† Ego Iacintus diaconus cardinalis sancte Marie in Cosmydyn ss.
† Ego Petrus diaconus cardinalis sancte Marie in Via lata ss. (c. 3)

Dat. Transtiberim, per manum ROBERTI, sanctę Romanę ęcclesię presbiteri cardinalis et cancellarii. V Kl. Febr. Indictione VIIII. Incarnationis dominice anno MCXLV. Pontificatus vero domni EUGENII pp. III anno primo.

Or. im allgemeinen Reichsarchive zu München.

Perg. ital., br. 0,585—0,59, lang 0,77, unten 0,035—0,045 umgeschlagen, durch zwei Löcher geht die starkfädige braunrosa Seidenschnur, woran das Bleisiegel Nr. 2. Faltung der Bullen. Initiale: stark verzierte Uncialform mit Rankenausläufern, Verewigung Nr. 2 J¹P¹xx. Schrift des Hauptkörpers erinnert noch stark an die Lucius II. Zeilen-

---

a) *Es könnte* b. Ebredunensis *stehen, was Benedict II wäre, Erzbischof von Embrun, c. 1100—1120* b) *von* eo *bis* um *auf Rasur* c) iusta. — .1) *Die Abschrift dieser Urk. verdanke ich Herrn Pastor Mader in Nizza.* 2) *Vergl. Jaffé, Reg. 9204, dann Migne Patr. 180 p. 1099, und die Urk. vom 22 September 1146.*

Digitized by Google

schlüsse 0,03—0,05, kommt, weil die Wortabbrüche möglichst vermieden sind. Amen Nr. 7 x [a]. Rota Nr. 1, Durchmesser 0,068, von der letzten Zeile 0,05, von der linken Kante 0,145, vom Monogramme 0,227. Monogramm Nr. 4c, Linien mittelstark, breit 0,04, hoch 0,059, von der rechten Kante 0,11. Hauptkörper, Inschrift und Umschrift weisen eine dunklere zähe Dinte auf, Ringkreuz und Unterschrift eine mehr zum Auslaufen geneigte. Datirung vom Schreiber des Hauptkörpers, Roberti *ist darin nachgetragen. Die Zeugenfirmen scheinen alle von gleicher Hand zu sein, am deutlichsten ist dies bei den beiden letzten Diakonen und den ersten 3 Presbytern, am selbständigsten Konrad von Sabina, der nach der zusammengedrückten Schrift zu urtheilen, später als der Diakon Otto geschrieben sein muss. Dass Guido und Humbald von dem gleichen Schreiber herrühren, wird besonders auch dadurch bewiesen, dass bei beiden das* tit. *fehlt. Die Querlinien reichen bis an die Seitenlinien, oft darüber weg gehend, unten hören sie ein ziemliches Stück vor dem Datum auf, für das dann wieder eine eigene Linie gezogen wurde.*

Nr. 73.

Eugen III befiehlt den Konsuln von Lodi, dem Kloster Ceredo [1]) (D. Lodi) das Schriftstück auszuliefern, welches in der Streitsache zwischen diesem uud dem Bischofe von Lodi erlassen und vom Papste Lucius II kassirt worden [2]).

1146 April 8. Sutri.

Eugenius episcopus, servus servorum dei, consulibus Laudensibus salutem et apostolicam benedictionem. Manifestum est, quia scriptum, quod Lau|densis episcopus sub nomine .R(obaldi), bonę memorię Mediolanensis archiepiscopi [3]), de causa, quę inter ipsum et fratres de Cerreto | agitur [4]), in predecessoris nostri, felicis memorię pape LUcii, presentia protulit, ab eodem papa reprobatum est et cassatum. Unde nos, ne ipsius reprobati scripti occasione dampnum aliquod proveniat vel controversia moveatur .L(anfranco), episcopo vestro [5]), per apostolica scripta precepimus, ut scriptum ipsum nobis remitteret. Ipse vero, super hoc apud nos se excusans, scriptum ipsum vos contra voluntatem suam asserit detinere. Quocirca per apostolica vobis scripta mandamus atque precipimus, quatinus scriptum ipsum infra XXX [a]) dies, postquam presentia scripta susceperitis, omni occasione remota, dilecto filio nostro, abbati de Cerreto, vel fratribus eius reddatis vel nobis transmittatis. Alioquin omnium | ecclesiarum vobis introitum interdicimus. — Dat. Sutrii, VI Id. April.

Or. im Archivio di Stato zu Mailand.

Perg. ital., br. 0,202, lang 0,145, unten 0,021 umgeschlagen, durch zwei Löcher ging die Schnur, welche mit dem Siegel verloren. Faltung der Breven. Ohne Linien geschrieben. Datirung wohl vom Schreiber des Hauptkörpers.

Nr. 74.

Eugen III nimmt die Domkirche von Vercelli in apostolischen Schutz und bestätigt ihre Besitzthümer und Rechte.

1146 April 17. Sutri.

Eugenius episcopus, servus servorum dei, dilectis filiis Abraham archipresbitero, Henrico preposito eorumque fratribus, Vercellensis maioris ęcclesię canonicis, tam presentibus quam futuris, canonice substituendis IN PPM. — | Suscepti regiminis cura et auctoritate compellimur, singulis ęccleśiis paterna sollicitudine providere et, ne pravorum hominum perturbationibus agitentur, easdem sedis apostolicę munimine confove|re. Eapropter, dilecti in domino filii, vestris iustis postulationibus clementer annuimus et beati EUSEBII ęcclesiam, in qua divino mancipati estis obsequio, predecessorum nostrorum, felicis memorię | INNOCENTII [6]) et CELESTINI [7]), Romanorum pontificum, vestigiis inherentes, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus et presentis scripti privilegio communimus. Statuentes, ut quascumque possessiones, quecumque bona in presentiarum iuste et canonice possidetis, aut in futurum concessione pontificum, liberalitate regum, largitione principum, oblatione fidelium seu aliis iustis modis, prestante domino, poteritis adipisci, firma vobis vestrisque successoribus et illibata permaneant. In quibus hęc propriis duximus exprimenda vocabulis: tres partes curtis Carisianę cum fundo et districto [b]) suo, redditus quartę partis eiusdem curtis sub censu procurationis duarum quindenarum(!) canonicis beatę Marię annualiter persolvendo, quemadmodum a venera-

a) *Auf Rasur* b) o *durch Korrectur aus* u *hergestellt.* — .1) *Oder Cerreto.* 2) *Vignati, Codice Dipl. Laudense I p. 148. Vergl. Jaffé, Reg. 6232 und die Urk. vom 28 November 1146.* 3) *Robald, Erzbischof von Mailand, 1136—1145.* 4) *Vergl. die Urk. vom December 1143, Codice Laudense I p. 143.* 5) *Lanfrank, Bischof von Lodi, 1143—1158.* 6) *Jaffé, Reg. 5852.* 7) *Urk. vom 1 Januar 1144.*

Digitized by Google

bilibus fratribus nostris, Littefredo Novariensi et Gisolfo Vercellensi episcopis, statutum et scripto firmatum est [1]), montem Galliani, Uliacum, Montonarium, quartam partem Veuroni, ecclesiam sancti Christofori cum curte sua, Carracetum, Portum Sarvi. Sanctimus etiam, ut, si quis benefitiatus in ecclesia vestra decesserit, benefitium ipsius ad fratres communiter habitantes cum integritate deveniat, persona tamen, que illud optineat, canonice substituta. Sanctorum quoque patrum auctoritatem sequentes sanctimus, ut ecclesiastica negotia sine communi fratrum aut sanioris partis consilio ab episcopo non tractentur et, ut nullus aliter in eadem ecclesia canonicus ordinetur nec cuiuslibet ecclesiastici offitii amministratio alicui committatur. Precipimus etiam, ut benefitia, que spetialiter a singulis haberi consueverant, ad communem usum et utilitatem redigantur et communiter habeantur. Sententiam quoque, que inter vos et prefatos beate Marie canonicos a dilectis filiis nostris GUIDONE sancti Grisogoni et HUBALDO sancte Praxedis presbiteris cardinalibus canonice promulgata est [2]), auctoritate apostolica confirmamus. Pretera antiquas et rationabiles consuetudines ipsius ecclesie ratas manere censemus. Decernimus ergo, ut nulli episcopo vel alicui omnino hominum liceat, prefatam ecclesiam temere perturbare aut eius possessiones auferre vel ablatas retinere, minuere vel aliquibus fodris aut exactionibus sive gravaminibus fatigare, sed omnia integra conserventur eorum, pro quorum gubernatione et sustentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura, salva sedis apostolice auctoritate. Si qua igitur in futurum ecclesiastica secularisve persona, huius nostre constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire temptaverit, secundo tertiove commonita, si non reatum suum congrua sat[isfa]ctione correxerit, potestatis honorisque sui dignitate careat reamque se divino iuditio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo corpore ac sanguine dei et domini, redemptoris nostri Iesu Christi, aliena fiat, atque in extremo examine districte ultioni subiaceat. Cunctis autem, eidem loco sua iura servantibus, sit pax domini nostri Iesu Christi, | quatinus et hic fructum bone actionis percipiant et apud districtum iudicem premia eterne pacis inveniant. Amen. — A-m. — Amen. —

(R) Ego Eugenius catholice ecclesie episcopus ss. (M)
† Ego Albericus Hostiensis episcopus ss. (13)
— † Ego Rainerius presbiter cardinalis tit. sancte Prisce ss. (3)
† Ego Hubaldus presbiter cardinalis tit. sanctorum Iohannis et Pauli ss.
† Ego Manfredus presbiter cardinalis tit. sancte Savine ss.
† Ego Aribertus presbiter cardinalis tit. sancte Anastasie ss.
† Ego Ubaldus presbiter cardinalis tit. sancte Crucis in Ierusalem ss.
† Ego Guido presbiter cardinalis tit. sanctorum Laurentii et Damasi ss. (1)
† Ego Bernardus presbiter cardinalis tit. sancti Clementis ss.
† Ego Iordanus presbiter cardinalis tit. sancte Susanne ss. (1)
— † Ego Oddo diaconus cardinalis sancti Georgii ad Velum aureum ss.
† Ego Guido diaconus cardinalis sanctorum Cosme et Damiani ss.
† Ego Octavianus diaconus cardinalis sancti Nicolay in carcere Tulliano ss.
† Ego Gregorius [a]) diaconus cardinalis sancti Angeli ss.
† Ego Iohannes diaconus cardinalis sancte Marie nove ss. (2)
† Ego Guido diaconus cardinalis sancte Marie in Porticu ss.
† Ego Petrus diaconus cardinalis sancte Marie in Via lata ss.
† Ego Cinthius diaconus cardinalis sanctorum Sergii et Bachi ss. (5)

Dat. Sutrii, per manum ROBERTI, sancte Romane ecclesie presbiteri cardinalis et cancellarii. XV Kl. Maii. Indictione VIIII. Incarnationis dominice anno MCXLVI. Pontificatus vero domni Eugenii III PP. anno II. —

Or. im Archivio Capitolare zu Vercelli.

Perg. ital., br. 0,555, lang 0,736, unten 0,035 umgeschlagen, durch zwei Löcher geht die rosa und gelbe Seidenschnur, an der das Bleisiegel Nr. 4 hängt. Faltung der Bullen. Initiale 0,054 hoch, verzierte Uncialform. Verewigung nur 0,04 füllend, ohne Betonung Nr. 1 ℑhPt. Im Konscripte sind die grossen Buchstaben stark betont, ct *und* st *mit Abbuchtbalken,* g *mit Schleifensattel, Zeilenweite c. 0,018. Amen Nr. 7 x 3. Rota Nr. 4 (Verdickungen nicht stark), Durchmesser 0,06, vom Monogramm 0,222. Monogramm Nr. 2d, starkstrichig, hoch 0,064, breit 0,038. Ringkreuz, Um- und Unterschrift wohl von gleicher Hand und Dinte. Die Datirung von der Hand und Dinte des Konscripts,* Roberti *darin nachgetragen. Zeugen ziemlich sicher mit wenigen Ausnahmen alle von gleicher Hand und Dinte, theilweise, z. B. bei den letzten drei Diakonen, nicht einmal individualisirt. Abweichende Dinte und wohl auch Hand für sich weist der Diakon Johann von S. Maria Nova auf.*

a) i *aus* o *korrigirt.* 1) *Vergl. die Urk. vom 5 Mai 1146.* 2) *Vergl. die Urk. vom 2 Mai 1151.*

Digitized by Google

Nr. 75.

Eugen III fällt zu Gunsten der Kanoniker von Santa Maria Maggiore di Vercelli gegen die Domkanoniker eine Güterentscheidung.

1146 Mai 5. Sutri.

EUgenius episcopus, servus servorum dei, dilectis filiis, canonicis beatę Marię Vercellensis ęcclesię, salutem et | apostolicam benedictionem. Pro controversia, quę inter vos et canonicos sancti Eusebii super quarta parte districti | Carisianę diutius agitata est, vos et illi, prefixo [v]obis termino, in nostra presentia convenistis et cum patrocinio advocatorum utriusque partis in nostra et fratrum nostrorum audientia causam ipsam exposuistis. Prepositus vero sancti Eusebii et quidam fratres sui, prefatam quartam partem ad ius prepositurę suę pertinere asserentes, allegationes suas quorundam testium assertione probabant. Vos autem econtra, id penitus denegantes, quosdam similiter testes, qui ęcclesiam vestram districtum predictę quartę partis per XXX annos quiete habuisse probabant, in medium protulist[is]. Ad dandam quoque assertionibus v[estri]s constantiam predecessorem nostrum, felicis memorię pape Innocentii [a]), ea(n)dem quartam partem per deffinitivam sententiam vobis adiudicatam esse dixistis, et ad maiorem auctoritatem privilegium eiusdem predecessoris nostri [1]), quo vobis confirma[tum] fuerit [b]), nobis ostendistis. Nos itaque per quosdam fratres nostros, qui eidem negotio interfuerant, et ex prefato privilegio rei veritatem plenius cognoscentes, quartam partem districti prefatę curtis per diffinitivam sententiam vobis et ęcclesię vestrę adiudicavimus [c]), et canonicis beati Eusebii perpetuum super hoc silentium imposuimus. Si quis igitur, huius [nost]rę diffinitionis et confirm[ati]onis paginam sciens, contra eam temere venire presumpserit, secundo tertiove commonitus, si non reatum suum congrua satisfactione correxerit, indignationem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pau li, apostolorum eius, incurrat atque in extremo examine districtę ultioni subiaceat. — Dat. Sutrii, III Non. Maii.

Or. im Archivio Capitolare zu Vercelli.

Perg. ital., br. 0,2, *lang* 0,255, *unten* 0,028 *umgeschlagen, durch zwei Löcher geht die gelbe Seidenschnur, woran das Bleisiegel Nr. 4 hängt. Faltung der Breven. Weitläufige Brevenschrift, nur in vereinzelten Verbindungen von* ct *und* st *Bullenschrift. Das* S *von* Si quis *doppellinig, Die Urk. ist von demselben Schreiber ausgeführt wie die vom 17 April 1146 für die Domkanoniker von Vercelli. Die Datirung ist gleich mitgemacht.*

Nr. 76.

Eugen III bestätigt dem Erzbischofe Villano von Pisa seine Metropolitan- und sonstigen Vorrechte [2]).

1146 Mai 29. Viterbo.

Eugenius episcopus, servus servorum dei, venerabili fratri Villano, Pisano archiepiscopo, eiusque successoribus canonice promovendis IN PPM. — | Tunc apostolice sedi et Romanis pontificibus honor integre conservatur, si unicuique ęcclesię sua dignitas custoditur. Romanę siquidem ęcclesię consueta benignitas et discreta humilitas, | quos devotos et mansuetos filios reperit, alios dignitatibus et honoribus sibi amplius facit obnoxios, alios familiaritatis et dilectionis prerogativa sublimat. Ęquum enim et rationabile est, ut, quorum beneficia et obsequia se recolit suscepisse, eorum devotioni non mensura pari nec quantitate equali, set ex habundantis gratię benivolentia libenti animo studeat respondere. Predecessor siquidem noster, felicis memorie papa INNOCENTIUS [3]), de discordia et guerra, que inter Pisanam et Ianuensem civitates extitit, multas hominum clades et christianorum captivitates innumeras provenisse considerans, utriusque partis saluti, tam temporaliter, quam spiritualiter, paterna sollicitudine studuit providere atque pro bono pacis et recompensatione episcopatuum, quos utique a predecessoribus nostris, Romanis pontificibus, ęcclesię Pisanę concessos, in insula Corsicę a predecessore tuo, bonę memorię fratrę nostro, archiepiscopo Uberto [4]), accepit in Galluriensi iudicatu, duos episcopatus, Galtellinensem videlicet et Civitatensem, et Populoniensem episcopatum,

---

a) papam Innocentium *wird zu lesen sein* b) *im* i *korrigirt* c) m *auf Rasur.* — .1) *Gemeint ist die Urk. Innocenz 1135—1143, deren Original vielleicht bei dieser Gelegenheit verloren gegangen.* 2) *Vergl. die Urk. vom 31 Mai 1157 und O. Langer, Politische Geschichte Pisas und Genuas S. 36, 37.* 3) *Urk. vom 22 April 1138.* 4) *Hubert, Erzbischof von Pisa, 1132—1137.*

Digitized by Google

tibi tuisque successoribus et per vos ęcclesię Pisanę concessit et metropolitico iure subiecit. Nos itaque, qui in sedis apostolice amministratione, licet indigni, disponente domino, sibi successimus, eandem concessionem auctoritate apostolica confirmamus et ratam manere censemus. Eiusdem quoque predecessoris nostri vestigiis inherentes, vos primatus honore super Turritanam provinciam decoramus. Legationem quoque Sardinię, a predecessore nostro papa URBANO predecessoribus tuis concessam, tibi tuisque successoribus presentis scripti pagina roboramus. Denique in Pisana civitas, quę favore celestis numinis de inimicis Christiani nominis victoriam frequenter optinuit, et eorum urbes plurimas subiugavit, amplius honoretur, equo albo cum nacco albo in processionibus utendi et crucem, vexillum scilicet dominicum, per subiectas vobis provincias portandi, tibi tuisque successoribus licentiam damus. Pallei quoque usum fraternitati tuę concedimus, ut videlicet eo secundum consuetudinem Pisanę ęcclesię perfruaris et in consecrationibus trium episcoporum in Corsica, Aleriensis scilicet, Aiacensis et Saguntini, ac predictorum duorum in Sardinia et Populoniensis episcopi, quorum metropolitanus existis. Si qua igitur in posterum ęcclesiastica secularisve persona, huius nostre constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire temptaverit, secundo tertiove commonita, nisi presumptionem suam congrua emendatione correxerit, potestatis honorisque sui dignitate careat r[eamque] se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo corpore ac sanguine dei et domini, redemptoris nostri Iesu Christi, aliena fiat, atque in extremo examine districte ultioni subiaceat. | Cunctis autem, hęc ita servantibus, sit pax domini nostri Iesu Christi, quatinus et hic fructum bone actionis percipiant et apud districtum iudicem premia ęternę pacis inveniant. Am. Am. Amen.

(R) Ego Eugenius catholicę ęcclesię episcopus ss. (M)
† Ego Conradus Sabinensis episcopus ss.
† Ego Albericus Hostiensis episcopus ss.
† Ego Imarus Tusculanus episcopus ss. (8)
— † Ego Guido presbiter cardinalis tit. sancti Grisogoni ss.
† Ego Hubaldus presbiter cardinalis tit. sancte Praxedis ss.
† Ego Hubaldus presbiter cardinalis tit. sanctorum Iohannis et Pauli ss.
† Ego Manfredus presbiter cardinalis tit. sancte Savine ss. (1)
† Ego Aribertus presbiter cardinalis tit. sancte Anastasie ss.
† Ego Ubaldus presbiter cardinalis tit. sancte Crucis in Ierusalem ss.
† Ego Bernardus presbiter cardinalis tit. sancti Clementis ss.
† Ego Iordanus presbiter cardinalis tit. sancte Susanne ss. (2)
— † Ego Oddo diaconus cardinalis sancti Georgii ad Velum au‖reum ss.
† Ego Guido diaconus cardinalis sanctorum Cosme et Damiani ss.
† Ego Octavianus diaconus cardinalis sancti Nicolai in carcere Tulliano ss.
† Ego Rodulfus diaconus cardinalis sancte Lucie in Septa solis ss.
† Ego Iohannes diaconus cardinalis sancte Marie Nove ss.
† Ego Astaldus diaconus cardinalis sancti Eustathii ss. (1)
† Ego Berardus diaconus cardinalis sanctę Romanę ęcclesię ss.
† Ego Guido diaconus cardinalis sanctę Marię in Porticu ss.
† Ego Petrus diaconus cardinalis sanctę Marię in Via lata ss.
† Ego Cinthius diaconus cardinalis sanctorum Sergii et Bachi ss.

Dat. Viterbi, per manum ROBERTI, sanctę Romanę ecclesię presbiteri cardinalis et cancellarii. IIII Kl. Iun. Indictione VIIII. Incarnationis dominicę anno MCXLV. Pontificatus vero domni EUGENII III pp. anno sęcundo. —

Or. (Atti Publ.) im Archivio di Stato zu Pisa; und Abschrift XL. 19, in der Bibl. Barberina zu Rom.

Perg. ital., br. 0,505 (doch ursprünglich breiter, von beiden Seitenrändern etwas abgeschnitten), lang 0,68, ursprünglich wohl länger, das Umgeschlagene abgeschnitten, durch zwei Löcher ging die Schnur, welche mit dem Bleisiegel verloren. Faltung der Bullen. Initiale: Im Körper verzierte Uncial-Form, dahinter im Vordertheile doppelliniges u, *die Gitterschrift verhältnissmässig breit. Verewigung besteht aus dicklinigen Buchstaben, Nr.* 5h Pro^. *Konscriptschrift zierlich mit starker Worttrennung, die beiden Papstnamen darin dreiviertelhoch, Majuskeln nach grossem Punkt hervorgehoben,* g *mit Linkswickelschnörkel,* et-*Zeichen tironisch und verschlungen, die* ſ, ſt *und* ct *gerne mit Spitzwickelschnörkeln versehen. Amen Nr. 3. Rota Nr. 1, im Durchmesser 0,063, davon der Ring 0,013. Monogramm Nr.* 2a, *hoch 0,061, breit 0,05. Ringkreuz, Um- und Unterschrift wohl gleiche Hand und Dinte, doch könnte die Umschrift auch von der Hand herrühren, die* Roberti *in der Datirung nachtrug. Sämmtliche Zeugenfirmen könnten von einer Hand geschrieben sein; selten deutlich zeigen die letzten sechs Kardinäle gleiche Hand.*

Digitized by Google

Nr. 77.

Eugen III nimmt das Kloster Staffarda (D. Torino) in apostolischen Schutz und bestätigt seine Besitzthümer und Ordensregel.

1146 September 22. Viterbo.

Eugenius episcopus, servus servorum dei, dilectis filiis Carolo, abbati monasterii de Stafarda, eiusque fratribus, tam presentibus quam futuris, regularem vitam professis IN PPM. — | Quoniam sine vere cultu religionis nec caritatis unitas potest subsistere, nec deo gratum exhiberi servitium, expedit apostolicę auctoritati, religiosas personas diligere et religiosa loca, maxime, quę | beati Petri iuris existunt et ad Romanam specialiter spectant ęcclesiam, sedis apostolicę munimine confovere. Hoc nimirum caritatis intuitu, dilecti in domino filii, ad exemplar predecessoris nostri, bonę memorię papę CĘLESTINI [1]), vestris iustis postulationibus clementer annuimus et prefatum monasterium, quod ab illustri viro Manfredo marchione et matre sua, nec non et fratribus in Taurinensi episcopatu constat esse fundatum, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus et presentis scripti privilegio communimus. In primis siquidem statuentes, ut ordo monasticus secundum beati Benedicti regulam et formam religionis et fratrum Cisterciensis monasterii futuris temporibus inviolabiliter conservetur. Bona igitur et possessiones, quę ad eundem locum in presentiarum iuste et canonice pertinere noscuntur aut in futurum concessione pontificum, liberalitate regum, largitione principum, oblatione fidelium seu aliis iustis modis, prestante domino, poterit adipisci, firma vobis vestrisque successoribus et illibata permaneant. Statuimus etiam, ut nec marchiones nec aliquis eidem loco adiacentium regionum occasione pacis aut guerre seu regalis fodri monachos vel conversos, in eodem loco commorantes, in personis vel eorum substantiis opprimere, inquietare vel ab eis aliquid exigere aut violentiam aliquam inferre presumat. Decimas sane laborum, quos propriis manibus aut sumptibus colitis, et de animalibus vestris nullus a vobis expetere vel recipere audeat. Interdicimus autem, ne monachos vel conversos vestros post factam in vestro monasterio professionem aliquis episcoporum, abbatum, priorum vel aliqua persona [a]) absque vestra libera licentia recipere vel retinere pertemptet, sed tamquam suę professionis prevaricatores redire ad locum proprium compellantur. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat, prefatum monasterium temere perturbare aut eius possessiones auferre vel ablatas retinere, minuere seu quibuslibet vexationibus fatigare, sed omnia integra conserventur eorum, pro quorum gubernatione et sustentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura, salva sedis apostolicę auctoritate et Taurinensis episcopi canonica iustitia. Si qua igitur in futurum ęcclesiastica secularisve persona, huius nostrę constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire temptaverit, secundo tertiove commonita, nisi reatum suum congrua satisfactione correxerit, potestatis honorisque sui [b]) dignitate careat reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo corpore ac sanguine dei et domini, redemptoris nostri Iesu Christi, aliena fiat, atque in extremo examine districtę ultioni subiaceat. Conservantes autem eidem loco, quę sua sunt, | omnipotentis dei et beatorum apostolorum PETRI et PAULI gratiam consequantur. Amen. — A—m. — Am. —

(R) Ego Eugenius catholicę ęcclesię episcopus ss. (M)
† Ego Theodewinus sancte Rufine episcopus ss.
† Ego Albericus Hostiensis episcopus ss. (6)
— † Ego Guido presbiter cardinalis tit. sancti [c]) Grisogoni ‖ ss. (2)
† Ego Aribertus presbiter cardinalis tit. sancte Anastasie ss. (2)
† Ego Iulius presbiter cardinalis tit. sancti Marcelli ss. (1)
† Ego Iordanus presbiter cardinalis tit. sancte Susannę ss.
— † Ego Oddo diaconus cardinalis sancti Georgii ad Velum aureum ss.
† Ego Octavianus diaconus cardinalis sancti Nicholai in carcere ss.
† Ego Gregorius diaconus cardinalis sancti Angeli ss.
† Ego Guido diaconus cardinalis sancte Marie in Porticu. (5)

Dat. Viterbi, per manum ROBERTI, sanctę Romanę ęcclesię presbiteri cardinalis et cancellarii. X Kl. Octob. Indictione X. Incarnationis dominicę anno MCXLVI. Pontificatus vero domni EUGENII III PP. anno secundo. —

a) p *auf in die Höhe gehender Rasur* b) i *korrigirt aus* a c) i *aus* e *korrigirt.*

1) *Or. vom 28 Febr. 1144, im Arch. di Stato zu Turin, vergl. auch Quintini, Osservat. sulla Storia. 1139.*

Digitized by Google

Or. (Comm. di Staffarda, Mazzo 1), im Archivio di Stato zu Turin.

Perg. ital., br. 0,557, lang 0,62, umgeschlagen 0,043, durch zwei Löcher geht die braune Seidenschnur, woran das Bleisiegel Nr. 4, Faltung der Bullen. Initiale: verzierte Uncialform. Verewigung Nr. 1 Ꝑ¹ Pſxx. *Amen Nr. 5* x³. *Rota Nr. 1, Durchmesser 0,05. Ringkreuz und Unterschrift zeigen eine Hand und Dinte für sich. Monogramm Nr. 5ª, hoch 0,054, breit 0,03. Umschrift ist Dinte des Konscripts, scheint aber andere Hand zu sein. Datirung vom Konscriptschreiber,* Roberti *darin mit dunklerer Dinte eingetragen. Die Zeugenfirmen sind mit zwei Arten von dunkler Dinte ausgeführt und wahrscheinlich auch von zwei Schreibern. Der erste Zeuge Guido steht eine Linie tiefer als die päpstliche Unterschrift, links von der Rota, ging aber nicht ganz hin, so dass das* ss *rechts von derselben gesetzt werden musste.*

Nr. 78.

Eugen III nimmt die Kirche S. Zeno von Reichenhall (D. Salzburg) in apostolischen Schutz und bestätigt ihre Güter und Rechte.

1146 September 22. Viterbo.

Eugenius episcopus, servus servorum dei, dilectis filiis ª) Henrico, preposito ęcclesię sancti Zenonis Hallensis, eiusque fratribus, tam presentibus quam futuris, regularem vitam professis IN PPM. — | Quoniam sine ¹) . . . . . inveniant. Amen. Am. Amen. —

(R) Ego Eugenius catholicę ęcclesię episcopus ss. (M)
† Ego Theodewinus sanctę Rufinę episcopus ss. (5)
— † Ego Guido presbiter cardinalis tit. sancti Grisogoni ss.
† Ego Humbaldus presbiter cardinalis tit. sanctorum Iohannis et Pauli ss. (3)
† Ego Iordanus presbiter cardinalis tit. sanctę Susannę ss. (1)
— † Ego Oddo diaconus cardinalis sancti Georgii ad Velum aureum ss.
† Ego Octavianus diaconus cardinalis sancti Nicolay in carcere Tulliano ss. (2)
† Ego Guido diaconus cardinalis sanctę Marie in Porticu ss. (2)

Dat. Viterbi, per manum BARONIS, sancte Romane ęcclesię subdiaconi. X Kl. Octob. Indictione X. Incarnationis dominicę anno MCXLVI. Pontificatus vero domni EUGENII pp. III anno secundo. —

Or. im allgemeinen Reichsarchive zu München.

*Perg. ital., br. 0,567, lang 0,6, unten c. 0,03 umgeschlagen, durch zwei Löcher geht die rothbraune starkfädige Seidenschnur, woran das Bleisiegel Nr. 4 hängt. Faltung dreimal der Länge nach, der Streif nur von oben und unten . Misst gefaltet 0,145 zu c. 0,21. Erste Zeile von der oberen Kante 0,05, Hauptkörper von der linken Kante 0,043, von der rechten 0,047. Initiale: betontes und mit Querbogenknoten verziertes Uncial-*E, *hoch 0,034, tief 0,02. Worte der Oberlängen ziemlich gestreckt, die* ſ *mit langen feinen Wellenschnörkeln versehen. Verewigung Nr. 4* Ꝑo Pſuox, *füllt fast 0,07, in den Buchstaben betont oder doppellinig. Die Schrift des Konscriptes ist in den Buchstaben zusammengedrängt, auch die Worttrennung nicht stark. Majuskeln hervorgehoben,* et *verschlungen mit Aufstrich,* st *bisweilen abgebuchtet,* g *mit einfachem Wickelschnörkel,* orum *schnörkelhaft abbreviirt. Zeilenweite: die der ersten und zweiten 0,019, dann c. 0,015. Amen Nr. 7* x³. *Rota Nr. 1, mit etwas betontem Innenkreuze, Durchmesser 0,051, von der letzten Zeile 0,007, von der linken Kante 0,136, vom Monogramme 0,24. Monogramm Nr. 3b, starklinig, breit 0,042, hoch 0,058, von der rechten Kante 0,096. Inschrift vom Konscriptschreiber, Umschrift rothbraunere Dinte, Ringkreuz und Unterschrift erdbraune Dinte. Ob die Datirung vom Hauptkörperschreiber herrührt, ist nicht sicher, doch wahrscheinlich, ziemlich gewiss die gleiche Dinte, die in der Umschrift hervortritt,* Baronis *mit anderer Dinte eingetragen. Zeugenfirmen theilweise von derselben theilweise mit verschiedenen Dinten geschrieben, gleich wohl der Presbyter Guido, Jordan und Diakon Guido, dann Oddo und Octavian. Ueber die Hände lässt sich nichts bestimmtes sagen, sie können alle verschieden sein. Liniirung: die beiden obersten Linien gehen ganz bis an die Kanten, die übrigen bis an die Seitenlinien, nur vereinzelt darüber weg.*

Nr. 79.

Eugen III nimmt die Kollegiatkirche von Casa del Ponte di Trebbia (D. Piacenza) in apostolischen Schutz und bestätigt deren Besitzthümer ²).

1146 November 13. Viterbo.

Eugenius episcopus, servus servorum dei, dilectis filiis Nicolao, rectori ecclesie domus de ponte Trevia, eiusque fratribus, tam presentibus quam futuris, ibidem deo servientibus, IN PPM. Quociens illud a nobis petitur, quod religioni et honestati convenire dinoscitur, animo nos decet libenti concedere et petencium desideriis congruum impertiri suffragium. Eapropter, dilecti in domino filii, vestris iustis postulationibus

---

a) *Zwischen* s *und* H *Rasur.* — .1) *Vergl. Jaffé, Reg. 6259; Migne Patr. 180 p. 1156, und die Urk. vom 28 Januar 1146.* 2) *Es liegt mir ob, dem Herrn Archivar Crescio Giovanni in Piacenza, der mir ermöglichte, über die eigentliche Archivzeit (8—12) hinaus zu arbeiten, meinen Dank auszusprechen.*

Digitized by Google

clementer annuimus, et prefatam domum, in qua divino mancipati estis obsequio, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus et presentis scripti privilegio communimus. Statuentes, ut quascumque possessiones, quecumque bona eadem domus in presenciarum iuste et canonice possidet, aut in futurum concessione pontificum, largicione regum vel principum, oblatione fidelium seu aliis iustis modis deo propitio poterit adipisci, firma vobis vestrisque successoribus et illibata permaneant. Sane laborum vestrorum, quos propriis manibus aut sumptibus colitis, sive de nutrimentis vestrorum animalium nullus omnino a vobis decimas exigere presumat. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat, prefatam domum temere perturbare aut eius possessiones auferre vel ablatas retinere, minuere aut aliquibus vexacionibus fatigare, sed omia integra conserventur, vestris et aliorum, pro quorum gubernacione et substentacione concessa sunt, usibus omnimodis profutura, salva sedis apostolice auctoritate. Si qua igitur in futurum ecclesiastica secularisve persona, hanc nostre constitucionis paginam sciens, contra eam temere venire temptaverit, secundo tertiove commonita, si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo corpore ac sanguine dei et domini, redemptoris nostri Iesu Christi, aliena fiat, atque in extremo examine districte ultioni subiaceat. Cunctis autem, eidem loco iusta servantibus, sit pax domini nostri Iesu Christi, quatenus et hic fructum bone actionis percipiant et apud districtum iudicem premia eterne pacis inveniant. Amen. Amen. Amen.

(R) Ego Eugenius catholice ecclesie episcopus ss. (M)
† Ego Theodewinus sancte Ruffine episcopus ss.
† Ego Albericus Ostiensis episcopus ss.
— † Ego Guido presbiter cardinalis tit. sancti Grisogoni ss.
† Ego Humbaldus presbiter cardinalis tit. sanctorum Iohannis et Pauli ss.
† Ego Guido presbiter cardinalis tit. sanctorum Laurencii et Damasi ss.
† Ego Bernardus presbiter cardinalis tit. sancte Clementis ss.
† Ego Iordanus presbiter cardinalis tit. sancte Susanne ss.
— † Ego Oddo diaconus cardinalis sancti Georgii ad Velum aureum ss.
† Ego Octavianus diaconus cardinalis sancti Nicolai in carcere Tulliano ss.
† Ego Gregorius diaconus cardinalis sancti Angeli ss.
† Ego Guido diaconus cardinalis sancte Marie in Porticu ss.

Dat. Viterbi, per manum Baronis, sancte Romane ecclesie subdiaconi. Idus Novembr. Indictione X. Incarnationis dominice anno MCXLVI. Pontificatus vero domni Eugenii III pp. anno II.

Abschrift vom 13 od. 14 Jahrh. des Registrum Magnum p. 558, im Archivio Municipale zu Piacenza.

Nr. 80.

Eugen III beurkundet dem Kloster Ceredo [1]) (D. Lodi), dass er Streitigkeiten zwischen diesem und dem Bischofe Lanfrank von Lodi wegen des Hofs von Piazzano zu Gunsten des Klosters entscheide [2]).

1146 November 28. Viterbo.

Eugenius episcopus, servus servorum dei, dilectis filiis .M. abbati et fratribus de Cerreto salutem et apostolicam benedictionem. Super iniuriis et oppressionibus, que a fratre nostro L(anfranco), Laudensi episcopo [3]), et complicibus suis iam diu vobis illate sunt, paterno affectu dolemus et ad pacem et tranquillitatem vestram pro nostri officii debito libenter intendimus. Manifestum siquidem est, quod idem episcopus et sui super possessionibus, ad curiam de Plazano [4]) pertinentibus, quas Ogerus et Dondeus, cum religionis habitum in vestro susceperunt monasterio, vobis concesserunt, et quas etiam fratres, qui ante vos in eodem loco fuerunt, acquisierant, nos ante R(obaldum), bone memorie Mediolanensem archiepiscopum [5]), in causam duxerunt et, cum primum omnia in questione posuissent, tandem ad VII campos et VII sedimina et

1) *Oder Ceretto.* 2) *Vergl. die Urk. vom 8 April 1146 in Laus Pompeja, Codice Dipl. Laudense I p. 148.* 3) *Lanfranco, Bischof von Lodi, 1143—1158.* 4) *Vielleicht: Piazzano, Com. di Castel S. Pietro Monteferrato, prov. d'Alessandria.* 5) *Robaldo, Erzbischof von Mailand, 1135—1145 December 30. Hieraus ergiebt sich die Jahreszahl für die Urkunde.*

Digitized by Google

advocatiam sancti Naboris redacta est, que omnia per eiusdem archiepiscopi sententiam eidem episcopo adiudicata sunt. Set cum huiusmodi sententie occasione de capite curie, districto et honore de Plazano sententia nequiter scripta esset, et causa ipsa ad predecessoris nostri, felicis memorie pape Lucii, noticiam pervenisset, sententiam illam scriptam, eiusdem archiepiscopi testimonio fraude [a]) et dolo scriptoris factam, recognovit atque scripti sui auctoritate precepit, ut sententia de VII campis de VII sediminibus et de advocacia, ab eodem archiepiscopo data, teneretur; cetera vero, de quibus questio agebatur, in presentia venerabilis fratris nostri L(itefredi), Novariensis episcopi [1]), fine debito terminarentur. Set quia in eiusdem episcopi presentia causa ipsa terminari non potuit, ab eodem episcopo ad prefati predecessoris nostri presentiam apellatum est, quo interim, sicut domino placuit, viam universe carnis ingresso, statuto termino, nostro conspectui, qui, licet indigni, ipsi successimus, vos presentastis. Ipse vero episcopus nec venit nec misit nec aliquam excusationem pretendit. Unde nos ipsum iterato ad presentiam nostram evocavimus, set nec venit nec se canonice excusavit. Cum itaque tercio a nobis vocatus nec venisset nec se canonice excussasset, pro contemptu et inobedientia ipsum ab offitio episcopali suspendimus. Tandem vero sua et clericorum suorum malicia solus venit, set super eadem controversia nec agere nec respondere ordine iudiciario voluit, et licet nos pro tam manifesta nequitia gravem in eum ex rigore iusticie possemus protulisse sententiam, ex mansuetudine tamen sedis apostolice ipsum tunc supportavimus, viva igitur voce precipientes, ut in festivitate omnium sanctorum, tunc imminenti, nunc vero preterita super eadem controversia, que inter vos et ipsum agitur, paratus agendi et respondendi nostro se conspectui presentaret, et, si tunc non veniret, vocem suam in causa ista ulterius non admitteremus et vos ab impeticione sua super hoc omnino absolveremus. Statuto vero termino, et post terminum XXV diebus et amplius, nec ipse nec aliquis pro Laudensi ecclesia venit nec aliquam excusationem pretendit, set se malitiose et contumaciter absentavit. Nos itaque contumaciam suam impunitam ulterius non ferrentes, communicato fratrum nostrorum consilio, ab impetitione eiusdem episcopi et omnium clericorum suorum, qui nunc in eadem ecclesia ordinati sunt, super omnibus, ad curiam de Plazano pertinentibus, unde controversia agitata est, omnino vos absolvimus eisque perpetuum silentium imposuimus. — Dat. Viterbi, IIII Kl. Decembris.

Kopie des 14 Jahrh., im Archivio di Stato zu Mailand.

Nr. 81.

Eugen III nimmt die Kollegiatkirche von Windberg (D. Regensburg) in apostolischen Schutz und bestätigt ihre Besitzthümer und Gerechtsame.

1146 December 23. Viterbo.

Eugenius episcopus, servus servorum dei, dilectis filiis Gebehardo, preposito ęcclesię de Winihtberg, eiusque fratribus, tam presentibus quam futuris, regularem vitam professis IN PPM. — | Desiderium quod [2]) . . . . . inveniant. Am. Am. Am. —

(R) Ego Eugenius catholicę ęcclesię episcopus ss. (M)
† Ego Theodewinus sancte Ruphinę episcopus ss. (1)
† Ego Imarus Tusculanus episcopus ss. (4)
— † Ego GG. (Gregorius) presbiter cardinalis tituli Kalixti ss.
† Ego Wido presbiter cardinalis tituli sancti Crisogoni ss.
† Ego Vubaldus presbiter kardinalis tit. Iohannis et Pauli ss. (1)
† Ego Aribertus presbiter cardinalis tituli sancte Anastasie ss.
† Ego Iulius presbiter kardinalis tit. sancti Marcelli ss. (1)
— † Ego Oddo diaconus kardinalis sancti Georgii ad Velum aureum ss. (1)
† Ego Guido in Romana ecclesia altaris minister indignus ss. (1)
† Ego Iohannes diaconus cardinalis sancte Marie Nove ss. (1)
† Ego Guido diaconus kardinalis sanctę Marię in Porticu ss. (1)

Dat. Viterbi, per manum Guidonis, sanctę Romanę ęcclesię diaconi cardinalis et cancellarii. X Kl. Ian. Indictione X. Incarnationis dominicę anno MCXLVI. Pontificatus vero domni EUgenii III pp. anno secundo. —

---

a) fraudus; *vielleicht auch* fraudibus *zu lesen.* — 1) *Litifredus, Bischof von Novara, 1122—1151.* 2) *Vergl. Jaffé, Reg. 6269 und Migne Patr. 180 p. 1168.*

Digitized by Google

Or. im allgemeinen Reichsarchive zu München.

*Perg. ital., br. 0,585—0,59, lang 0,65, unten c. 0,035 umgeschlagen, durch zwei Löcher geht die ursprünglich wohl rosa und weissgelbe dünnfädige Seidenschnur, woran das Bleisiegel Nr. 4 hängt. Faltung der Bullen. Erste Zeile von der oberen Kante 0,065, Hauptkörper von der linken 0,035, von der rechten 0,038. Initial-*E: *Uncial, verziert und stark hervorgehoben, hoch 0,036, tief 0,02. Die Worte in der ersten Zeile gut getrennt, die Oberlängen gestreckt, die der* d *mit Rundwickelschnörkel, die der* f *mit weit hinabgehenden und verkünstelten Spitzwickelschnörkeln versehen, das* G *des Abnamens ist einfacher schuppenartig verzierter Buchstabe. Verewigung Nr. 6* J¹ Pf · ·, *betont und im* J *und* M *verziert, misst 0,127. Konscriptschrift sehr zierlich, die eigentliche Art Eugens aufweisend, die Majuskeln sind wenig hervorgehoben,* st *und* ct *stehen mittelweit von einander,* g *mit einfachem Wickelschnörkel. Zeilenweite 0,018. Amen Nr. 2 auf den Raum von 0,024 zusammengedrängt. Rota Nr. 1, im Durchmesser 0,058, von der letzten Zeile 0,011, von der linken Kante 0,095, vom Monogramme c. 0,28. Monogramm, etwas betonte Linien, Nr. 2b, hoch 0,057, breit 0,04, von der rechten Kante 0,112. Umschrift: Dinte für sich, Ringkreuz und Unterschrift ebenfalls Dinte für sich. Datirung vom Schreiber des Hauptkörpers, darin* Guidonis *mit rothbrauner Dinte eingetragen. Die Zeugen scheinen alle mit gleicher fast schwarzer Dinte gemacht zu sein, die Presbyter sicher von einer und derselben Hand, die so gut wie nicht individualisirte, sie hat auch die Diakonen Otto und Guido (S Marie) eingetragen. Für den gleichen Schreiber spricht auch, dass bei den ersten beiden Presbytern* cardinalis *und* tituli *ausgeschrieben ist,* Kalixti *mit* K, *die nächsten drei haben* kard. *und* tit., *Aribert wieder* tituli, *die Diakonen Oddo und Guido auch* kard. *Bei den anderen Firmen ist kein sicheres Urtheil möglich. Dass die Bischöfe und Diakonen systematisch eingetragen sind, zeigt das gleichmässige Ueberschlagen je einer Zeile. Liniirung bis zu den Seitenlinien, oft darüber weg, unten bis in das Umgeschlagene.*

Nr. 82.

Eugen III verleiht dem Bischofe Eberhard von Bamberg das Pallium und bestätigt ihm die Besitzthümer seines Hochstiftes, wofür jährlich ein aufgezäumter Schimmel an die Kurie zu entrichten ist [1]).

1146 December 31. Viterbo.

Eugenius episcopus, servus servorum dei, venerabili fratri Eberhardo, Babenbergensi [a]) episcopo, eiusque successoribus, canonice substituendis IN PPM. — | Cum universis sanctę ęcclesię filiis debitores ex iniuncto nobis a deo apostolatus officio existamus, illis tamen locis atque personis propensiori nos convenit caritatis studio imminere, quę ad sedem apostolicam no|scuntur specialius pertinere. Huius rei gratia, venerabilis frater EBERARDE episcope, quem utique, cooperante domino, propriis tamquam beati Petri manibus in episcopum consecravimus, personę tuę pallium, pontificalis scilicet officii plenitudinem, humilitatis et iustitię signum, ad sacra missarum sollempnia celebranda concedimus, ut videlicet eo his diebus infra ecclesiam tantummodo perfruaris, qui in presentis scripti pagina continentur: id est cena domini, pascha, pentecoste, nativitate domini et salvatoris nostri Iesu Christi, in natalicio beatorum apostolorum Petri et Pauli, in sollempnitate sancti Dionisii sanctique Georgii martirum, in anniversario quoque tuę consecrationis die et in dedicationibus ęcclesiarum atque in sollempnibus ordinationibus clericorum, in festivitate beati HENRICI regis, cuius corpus in eadem ęcclesia requiescere creditur. Cuius profecto pallei te volumus per omnia ienium [b]) vendicare et personam tuam deo propitio talem in omnibus exhibere, ut et boni dulcem et mali te pium sentiant corrėctorem. In qua nimirum correctione hunc esse ordinem noveris observandum, ut personas diligas et vitia persequaris, ne, si aliter agere forte volueris, transeat in crudelitatem correctio et perdas, quos emendare desideras. Sic enim vulnus debes abscidere, ut non possis ulcerare, quod sanum est, ne, si plus, quam res exigit, ferrum impresseris, noceas, cui prodesse festinas. Ipsa quoque dulcedo in te cauta sit, non remissa, correctio vero diligens sit, non severa, set sic alterum condiatur ex altero, ut et boni habeant amando, quod caveant, et pravi metuendo, quod diligant. Hanc igitur, frater karissime, suscepti pallii dignitatem, si sollicite servaveris, quod foris accepisse dinosceris, intus habebis. Fraternitatem tuam gratia divina custodiat et ab omnibus semper tueatur adversis. Quia vero bona Babenbergensis ecclesię in diversis episcopatibus vel parrochiis sita sunt, et quidam episcopi in coercendis malefactoribus vel turbatoribus earundem possessionum, prout accepimus, negligentes existunt, statuimus, ut, si (i)idem malefactores canonice moniti ablata restituere et a sua presumptione cessare noluerint, episcopi quoque, in quorum parrochiis degunt [c]), in eorum correctione negli-

a) *Das* g *durch Rasur und Korrectur aus* f *hergestellt* b) *1139 Oct. 20* genium, *lies* gentium c) gunt *auf Rasur, über* g *die einer Oberlänge.* — ,1) *Die Texte Jaffé, Reg. 6272 und Migne, Patr. 180 p. 1175 sind völlig ungenügend. — Vergl. die Urk. vom 24 September 1047 und 29 October 1131.*

Digitized by Google

gentes extiterint, liceat vobiş, in eos canonicam sententiam promulgare. Nichilominus etiam abbatiam, quę Munstar [1]) dicitur, a bonę memorię LOTHARIO imperatore vobis traditam, cum ęcclesia beati Xysti aliisque ęcclesiis, villis et omnibus, ad ipsam pertinentibus, Babenbergensi ęcclesię confirmamus vobisque pariter concedimus ecclesias, quę inter barbaros sitę sunt et per venerandę memorię fratrem nostrum, Ottonem predecessorem tuum, a squalore vetustę gentilitatis ad normam christianitatis et disciplinam ęcclesiasticam sunt conversę ad honorem dei auctoritate sanctę Romanę ęcclesię ordinandi, donec deo propitio catholicum et proprium episcopum sortiantur. Ad maioris insuper familiaritatis et dilectionis evidentiam intra [a]) terminos Babenbergensis ęcclesię ante faciem tuam crucem portari concedimus, salva sedis apostolicę auctoritate et Maguntinę metropolis reverentia. Ad indicium autem, quod Babenbergensis civitas specialiter ac proprie beati Petri iuris existat, equum unum album, bene aptatum ac faleratum, nobis nostrisque successoribus annis singulis persolvetis, qualem deceat Ro|manum pontificem in processionibus aut etiam alio tempore equitare. — . — . — . — . —

(R) Ego Eugenius catholicę ęcclesię episcopus ss. (M)

Dat. Viterbi, per manum . . . [b]), sancte Romane ecclesie diaconi cardinalis et cancellarii. II Kl. Ian. Indictione X. Incarnationis dominicę anno MCXLVI. Pontificatus vero domni EUgenii III pp. anno II. —

Or. im allgemeinen Reichsarchive zu München.

Perg. ital., br. 0,61—0,616, lang 0,555, unten 0,032 umgeschlagen. Das Pergament scheint ursprünglich für Zeugenfirmen berechnet gewesen zu sein, die dann weggblieben; deshalb das Missverhältniss der Breite zur Länge. Durch zwei Löcher geht die rosa und goldgelbe dünnfädige Seidenschnur, woran das Bleisiegel Nr. 4 hängt. Faltung der Bullen. Initiale: Uncialform tief gebuchtet, Verewigung Nr. 6∩∪, lang 0,142. Die Worte in der ersten Zeile bis zu 0,017 auseinander, gegen Ende mehr als zu Anfang, um die Zeile zu füllen. Hauptkörper sauber und gut geschrieben, Majuskeln nach starkem Punkte betont oder doppellinig. Rota Nr. 1, Durchmesser 0,062, von der letzten Zeile abstehend 0,006, von der linken Kante 0,135, vom Monogramme 0,24, von der Datirung 0,037. Monogramm Nr. 6c, betonte Striche, die theilweise doppelt werden, breit 0,05, hoch 0,061, von der rechten Kante 0,125. Ringkreuz und Unterschrift von gleicher Hand und Dinte. Umschrift dunklere Dinte für sich. Datirung wohl vom Schreiber des Hauptkörpers. Liniirung bis zu den Seitenlinien, gewöhnlich darüber weg, unten bis in's Umgeschlagene. — Für die Chartik ist diese Urkunde in so fern interessant, als sie zu den unfertigen gehört, es fehlen nicht nur alle Schlussformeln des Konscriptes, sondern auch die Amen, an deren Statt fünf Doppelüberpunkte gesetzt sind. In der Datirung fehlt der Name. Offenbar traten Gründe ein, wahrscheinlich drängende Abreise oder dergleichen, welche einen beschleunigten Abschluss des Erlasses nöthig machten.

Nr. 83.

Eugen III nimmt das Kloster Santa Maria e San Sepolcro (D. Volterra) in apostolischen Schutz und bestätigt ihm seine Besitzthümer und Rechte.

1147 Februar 7. San Genesio [2]).

Eugenius episcopus, servus servorum dei, dilectis filiis Helie, abbati monasterii sanctę Marię et sancti Sepulchri de Fonte Pinzaria [3]), eiusque fratribus, tam presentibus quam futuris, regularem vitam professis IN PPM. — | Desiderium, quod ad religionis propositum et animarum salutem pertinere monstratur, animo nos decet libenti concedere, et petentium desideriis congruum impertiri suffragium. Eapropter, dilecti in domino filii, vestris iustis | petitionibus clementer annuimus et prefatum monasterium, ab Adelmo bonę recordationis et uxore sua Gisla in proprio alodio pro salute animę suę constitutum, in quo divino mancipati estis obsequio, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus et presentis scripti privilegio communimus. In primis siquidem statuentes, ut ordo monasticus sęcundum beati Benedicti regulam et fratrum Camaldulensium institutionem perpetuis ibi temporibus inviolabiliter conservetur. Preterea, quascumque possessiones, quecumque bona ipsum monasterium ex dono prefati Adelmi et uxoris suę et aliorum dei fidelium in presentiarum iuste et canonice possidet aut in futurum concessione pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium seu aliis iustis modis deo propitio poterit adipisci, firma vobis vestrisque successoribus et illibata permaneant.

---

a) *Ueber* t *der Ansatz einer Oberlänge* b) *hier freier Raum von 0,028 für den Namen, der nicht eingetragen wurde.* — 1) *Münchmünster (D. Regensburg).* 2) *San Genesio, an der Elsa, dicht bei ihrer Mündung in den Arno.* 3) *La Badia Camaldolese di S. Maria e S. Sepolcro di Fonte Pinziana era situata in Valdelsa, nel territorio dell' attuale parrochia di S. Pietro a Cerreto (Cesare Paoli).*

Digitized by Google

In quibus hęc propriis duximus exprimenda vocabulis: curtem videlicet de Marcignano, tria molendina iuxta ipsum monasterium, castellum sancti Benedicti cum curte, ius vestrum in villa sancti Andreę, villa Castelli, ęcclesiam sancti Cassiani cum burgo et ortis suis, quicquid habetis in villa sancti Petri, ęcclesias de Plagia cum pertinentiis suis, ecclesiam de Castello Falfi, quicquid habetis in curia Puliciani, quicquid habetis iuxta fluvium Elsę ab utroque latere, quicquid etiam a Wulterranis episcopis in decimis sive in aliis vobis canonice concessum est et scripto eorum firmatum. Preterea liceat vobis, clericos e sęculo fugientes vel laicos liberos absque alicuius contradictione ad conversionem suscipere. Sepulturam quoque eiusdem loci liberam esse decernimus, ut eorum, qui se illic sepeliri deliberaverint, devotioni et extremę voluntati, nisi forte excom(m)unicati vel interdicti fuerint, nullus obsistat, salva iustitia matricis ęcclesię. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat, prefatum monasterium temere perturbare aut eius possessiones auferre vel ablatas retinere, minuere aut aliquibus vexationibus fatigare, set omnia integra conserventur eorum, pro quorum gubernatione et sustentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura, salva sedis apostolicę auctoritate et diocesani episcopi canonica iustitia. Si qua igitur in futurum ęcclesiastica sęcularisve persona, hanc nostrę constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire temptaverit, sęcundo tertiove commonita, si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo corpore ac sanguine dei et domini, redemptoris nostri Iesu Christi, aliena fiat, atque in extremo examine districte ultioni subiaceat. Cunctis autem, eidem loco iusta servantibus, sit pax domini nostri Iesu Christi, quatinus et hic fructum | bonę actionis percipiant et apud districtum iudicem premia ęternę pacis inveniant. Amen. A—m. Amen. —

(R) Ego Eugenius catholicę ęcclesię episcopus ss. (M)
† Ego Theodewinus sancte Rufine episcopus ss.
† Ego Albericus Hostiensis episcopus ss.
† Ego Imarus Tusculanus episcopus ss. (2)
— Ego Guido presbiter cardinalis tit. sancti Grisogoni ss.
† Ego Hubaldus presbiter cardinalis tit. sanctorum Iohannis et Pauli ss.
Ego Guido presbiter cardinalis tit. sanctorum Laurentii et Damasi ss.
Ego Hugo presbiter tit. in Lucina ss.
Ego Iulius presbiter cardinalis tit. sancti Marcelli ss.
EGO Guido presbiter cardinalis tit. Pastoris ss.
— † Ego Oddo diaconus cardinalis sancti Georgii ad Velum aureum ss.
† Ego Octavianus diaconus cardinalis sancti Nicolai in carcere Tulliano ss.
† Ego Iohannes diaconus cardinalis sancti Adriani ss.
† Ego Iohannes diaconus cardinalis sanctę Marie Nove ss.
† Ego Guido diaconus cardinalis sancte Marie in Porticu ss.
† Ego Iacintus diaconus cardinalis sancte Marie in Cosmydyn ss.

Dat. apud sanctum Genesium, per manum GUIDONIS, sanctę Romanę ęcclesię diaconi cardinalis et cancellarii. VII Idus Febr. Indictione X. Incarnationis dominicę anno MCXLVI. Pontificatus vero domni EUGENII III pape anno II.

Or. (Riform. Att. publ. 1146 Feb. 7), im Archivio di Stato zu Florenz.

Perg. ital., br. 0,515, lang 0,59, das Umgeschlagene abgeschnitten, durch zwei Löcher ging die Schnur, welche mit dem Bleisiegel verloren. Faltung der Bullen. Initiale: leicht verzierte Unzialform. Die Worte der ersten Zeile sind ausreichend getrennt, die f *und* ct *weisen weitgehende Spitzwickelschnörkel auf. Verewigung Nr. 6*bg Pl○○*, füllt 0,08. Die Schrift des Hauptkörpers sehr sauber, wird gegen Ende weitläufiger,* g *mit Linkswickelschnörkeln, um die Zeile zu schliessen ist der Schaft des* a *nach rechts verlängert. Zeilenschlüsse wechseln von 0,032—0,04. Zeilenweite 0,019. Amen Nr. 7* x². *Rota Nr. 1, im Durchmesser 0,054, von der letzten Zeile 0,008, von der linken Kante 0,078, vom Monogramm 0,226. Monogramm Nr. 6*ᵉ*, hoch 0,055, breit im Körper 0,035, von der rechten Kante 0,11. Ringkreuz und Unterschrift zeigen Hand und Dinte für sich, es scheint die zu sein, welche* Guidonis *in der Datirung nachtrug, diese sonst vom Hauptkörperschreiber. Umschrift nimmt sich aus als hellere Dinte wie die Umgebung. Die Presbyterfirmen führen ausser der Hubalds kein Kreuz, sie sind alle mit einer und derselben Dinte hergestellt und offenbar, trotz gewisser Individualisirung von gleicher Hand. Das Hubaldkreuz ist dick und scheint von dunklerer Dinte herzurühren. Die Bischöfe wurden zwischen den Priestern und Diakonen eingeklemmt, Theoderich rührt vom Priesterschreiber her, der also früher arbeitete, auch hier war das Kreuz anfangs weggelassen und wurde dann übergeschrieben. Die beiden weiteren Bischöfe wohl von gleicher Hand. Auch bei Alberich das Kreuz übergeschrieben. Die Diakonen, ausser etwa Octavian und Johannes (Marie nove) wohl von derselben Hand, sind vor dem Monogramme zu Ende gebracht. Unmöglich wäre nicht, dass die Priesterkreuze dicht an der linken Kante standen, die weggeschnitten wurde, der linke Rand misst nur c. 0,02.*

Digitized by Google

Nr. 84.

Eugen III verwilligt dem Kloster Santa Maria di Montano (D. Como), dass es von den mit eigenen Kosten ausgeführten Arbeiten und seinem Thierfutter keine Zehnten zu erlegen brauche.

1147 März 2. Vercelli.

EUgenius episcopus, servus servorum dei, dilectis in Christo filiabus, Zacharię, abbatissę monasterii beatę Marię | de Montano, eiusque sororibus salutem et apostolicam benedictionem. Quanto femineus sexus extat fragilior, tanto | circa vos maiorem sollicitudinem et providentiam nos convenit exhibere. Quocirca beati Gregorii multorumque Romanorum pontificum auctoritate(m) sequentes atque paci et tranquillitati vestrę paterna sollicitudine providere volentes, statuimus, ne de laboribus, quos propriis sumptibus colitis, sive de nutrimentis vestrorum animalium ullus omnino hominum a vobis decimas exigere presumat. Quod, si quis temerario ausu attemptare presumpserit, sęcundo tertiove commonitus, si non reatum suum congrua satisfactione correxerit, indignationem omnipotentis dei et | beatorum Petri et Pauli, apostolorum eius, se noverit incursurum. — Dat. Vercellis, VI Non. | Martii. —

Or. im Archivio di Stato zu Mailand.

Perg. ital., br. 0,175, lang 0,13, unten 0,018 umgeschlagen, durch zwei Löcher ging die Schnur, welche mit dem Siegel verloren. Faltung der Breven. Ohne Linien geschrieben. Datirung von anderer Dinte und wohl auch Hand als der Hauptkörper. Mar ti i. — *ist so auseinandergezogen, dass es eine ganze Zeile füllt.*

Nr. 85.

Eugen III nimmt das Kloster St.-Maurice-en-Valais (D. Sion) in apostolischen Schutz und bestätigt ihm Besitzthümer und Rechte [1]*).*

1147 März 22. Lyon.

Eugenius episcopus, servus servorum dei, dilectis filiis Hugoni, abbati Agaunensis ecclesie beati Mauricii martiris, eiusque fratribus, tam presentibus quam futuris, regularem vitam professis, in perpetuum. Quoniam sine vere cultu religionis nec caritatis unitas potest subsistere nec deo gratum exhiberi servicium, expedit apostolice auctoritati, religiosas personas diligere et earum quieti, auxiliante domino, providere. Eapropter, dilecti in domino filii, vestris iustis postulationibus clementer annuimus et prefatam ecclesiam, in qua divino mancipati estis obsequio, sub beati Petri et nostra protectione suscepimus et presentis scripti privilegio communimus. In primis siquidem statuentes, ut ordo canonicus secundum beati Augustini regulam perpetuis ibi temporibus inviolabiliter conservetur. Insuper prohibentes, ut nullus preposituram ipsius ecclesie, quam nobilis vir Amedeus comes pro redempcione anime sue vobis reddidit, invadere vel auferre sive retinere presumat, set cum omnibus ad eam iure pertinentibus ad usus et sustentacionem a) fratrum regularium, ibidem domino serviencium, semper illibata permaneant. Preterea, quascumque possessiones, quecumque bona in presenciarum iuste et canonice possidetis, aut in futurum concessione pontificum, largicione regum vel principum, oblacione fidelium seu aliis iustis modis deo propicio poteritis adipisci, firma vobis vestrisque successoribus et inconvulsa serventur. In quibus hec propriis duximus exprimenda vocabulis: ecclesiam sancti Michaelis cum pertinenciis suis, et ecclesiam de Salmis in Daredasia, ecclesiam de Montinaco, ecclesiam de Fensons, ecclesiam de Sinemuro, in honore beati Mauricii consecratam, cum pertinenciis suis, ecclesiam de Plano contegio cum capella de Verties, Silvanum, Othonellum cum capella ibi sita. Obeunte vero te, nunc eiusdem loci abbate, vel tuorum quolibet successorum, nullus ibi qualibet surrepcionis astucia vel violencia preponatur, nisi quem fratres communi assensu (vel) fratrum pars consilii sanioris secundum dei timorem et beati Augustini regulam providerint eligendum. Sane laborum vestrorum, quos propriis manibus aut sumptibus colitis, sive de nutrimentis vestrorum animalium nullus omnino a vobis decimas exigat. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat, prefatam ecclesiam temere perturbare aut eius possessiones auferre vel ablatas retinere, minuere aut aliquibus

a) stentacionem. — .1) *Vergl. die Urk. vom 22 Oct. 1136 und 14 März 1179 (Jaffé, Reg. 8675).*

Digitized by Google

vexacionibus fatigare, sed omnia integra conserventur eorum, pro quorum gubernacione et sustentacione concessa sunt, usibus omnimodis profutura, salva sedis apostolice auctoritate. Si qua igitur in futurum ecclesiastica secularisve persona, hanc nostre constitucionis paginam sciens, contra eam temere venire temptaverit, secundo terciove commonita, si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo corpore ac sanguine dei et domini, redemptoris nostri Iesu Christi, aliena fiat, atque in extremo examine districte ulcioni subiaceat. Cunctis autem, eidem loco iusta servantibus, sit pax domini nostri Iesu Christi, quatenus et hic fructum bone actionis percipiant (et) apud districtum iudicem premia eterne pacis inveniant. Amen.

(R) Ego Eugenius catholice ecclesie episcopus ss. (M)
† Ego Albericus Hostiensis episcopus ss.
† Ego Ymarus Tusculanus episcopus ss.
† Ego Hubaldus presbiter cardinalis tit. sanctorum Iohannis et Pauli ss.
† Ego Guido presbiter cardinalis tit. sanctorum Laurencii et Damasi ss.
† Ego Iordanus presbiter cardinalis tit. sancte Susanne ss.
† Ego Iohannes diaconus cardinalis sancte Marie nove ss.

Dat. Lugduni, per manum Guidonis, sancte Romane ecclesie diaconi et cancellarii. XI Kal. Aprilis. Indictione X. Incarnacionis dominice anno MCXLVI. Pontificatus vero domni Eugenii III (pape) anno III [a]).

Abschrift vom 15 Jahrh. der Acta Agaunensia (S. Maurice-en-Valley. Pacq. 10 Nr. 2), im Archivio di Stato zu Turin.

Nr. 86.

Eugen III nimmt das Kloster Altersbach (D. Passau) in apostolischen Schutz und bestätigt seine Besitzthümer.

1147 August 13. Autun.

Eugenius [b]) episcopus, servus servorum dei, dilecto filio Sigefrido, abbati sancte Marie de Altersbach, eiusque fratribus, tam presentibus quam futuris, regularem vitam professis IN | PPM. — Religiosis desideriis [1]) . . . . inveniant. Amen. Amen. Amen. —

(R) Ego Eugenius [c]atholicę ęcclesię episcopus ss. (M)
† Ego Albericus Ostiensis episcopus ss.
† Ego Imarus Tusculanus episcopus ss. (2)
— † Ego Hubaldus presbiter cardinalis tit. sanctorum Iohannis et Pauli ss. (2)
— † [c])
† Ego Octavianus diaconus cardinalis sancti Nicolai in carcere Tulliano ss.
† Ego Gregorius diaconus cardinalis sancti Angeli ss.
† Ego Iacintus diaconus cardinalis sancte Marie in Cosmydyn ss.

Dat. Altisiodori, per manum GUIDONIS, sancte Romane ecclesie diaconi cardinalis et cancellarii. Id. Aug. Indictione X. Incarnationis dominice anno MCXLVII. Pontificatus domni Eugenii III PP. anno III.

Or. im allgemeinen Reichsarchive zu München.

Perg. südfranzösisch 0,415, lang 0,45, unten 0,018 umgeschlagen, durch zwei Löcher geht die rosa, gelbe und grüne Seidenschnur (1 grüner, 7 rosa und 6 gelbe Fäden), woran das Bleisiegel Nr. 4 hängt. Faltung der Bullen Initiale: doppellinige Unciale, von gewöhnlicher Zeilenhöhe, ſ und ct mit einfachen Spitzschnörkeln versehen. Verewigung Nr. 5 P℘, IN schliesst die Zeile, ist dicklinig PPM zu Beginn der zweiten Zeile füllt 0,052. Einige Majuskeln sehr stark betont, zumal D(ecernimus), S(i qua), C(unctis), g mit einfach linksgeschweifter Unterlänge. Zeilenweite c. 0,018, Amen Nr. 9, Rota Nr. 1, im Durchmesser 0,051, von der letzten Zeile 0,009 entfernt, von der linken Kante 0,1, vom Monogramme 0,152. Monogramm Nr. 7b, dickstrichig, breit 0,034, hoch 0,05, von der rechten Kante 0,065. Ringkreuz und Unterschrift gleiche Hand und Dinte. Umschrift wohl etwas hellere Dinte. Datirung vom Konscriptschreiber, Guidonis ungeschickt eingetragen, der Raum dafür war zu gross. Die Zeugenfirmen könnten sämmtlich von dem gleichen Schreiber herrühren, der einzeln etwas individualisirte, die Dinte scheint bei allen die gleiche zu sein. Liniirung bis zu den Seitenlinien, gewöhnlich etwas darüber weg, unten bis Datirung inclusive.

---

a) *Dahinter noch:* Huius et Hugonis abbatis tempore idem Eugenius papa anno ab incarnatione dominice MCXLVI. Agaunensem ecclesiam consecravit, VIII Kl. Iunii. *Kann nicht richtig sein, da Eugen am 25 Mai 1146 in Viterbo weilte. Die Weihe hat im Jahre 1148 Statt gefunden, wo der Papst am 25 Mai auch in St.-Maurice-en-Valais (apud S. Mauricium) geurkundet hat (fehlt bei Jaffé, erste Aufl.). Vergl. auch oben die Urk. vom 1 April 1196.* b) *das erste u theilweise auf Rasur* c) *Das Kreuz von* Odo diac. card. S. Georgii ad Velum aureum, *die Unterschrift fehlt.* — 1) *Vergl. die Drucke Jaffé, Reg. 6346 und Migne, Patr. 180 p. 1265.*

Digitized by Google

Nr. 87.

Eugen III bestätigt dem Abte Anselm von San Pietro di Cielo d'Oro di Pavia die Besitzthümer und Rechte seines Klosters [1]).

1148 Juli 7. Cremona.

Eugenius episcopus, servus servorum dei, dilecto filio Anselmo, abbati monasterii sancti Petri, quod dicitur Celum aureum, eiusque successoribus regulariter substituendis IN PPM. — | Cum omnium ecclesiarum quieti et utilitati ex iniuncto nobis a deo apostolatus officio paterna sollicitudine intendere debeamus, illarum tamen ecclesiarum, que sancte Romane ecclesie iuris existunt, tanto amplius | curam gerere nos oportet, quanto specialius ipsę apostolicę sedi adherere noscuntur. Proinde, dilecte in domino fili, Anselme abbas, tuis iustis postulationibus clementius annuentes, predecessorum nostrorum, felicis memorie PASCHALIS [2]), CALIXTI [3]), et INNOCENTII [4]), Romanorum pontificum, inherendo vestigiis beati Petri, apostolorum principis, monasterium, cui deo auctore presides, quod utique beati Augustini, doctoris egregii, corporali presentia illustratur, presentis scripti privilegio communimus. Statuentes enim, ut quecumque bona, quecumque predia, urbana sive rustica, culta vel inculta, quecumque possessiones in villis, silvis, pratis, coloniis, servis et ancillis seu aldionibus, in ęcclesiis, in decimis omnium ubique terrarum rusticorum, domnicatorum et familiarium sive primitiis ad vestrum cenobium concessione pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium seu aliis iustis modis in presentiarum pertinent aut in futurum, largiente domino, idem monasterium iuste poterit adipisci, firma tibi tuisque successoribus et illibata permaneant. Obeunte vero te, nunc eiusdem loci abbate, vel tuorum quolibet successorum, nullus ibi qualibet surreptionis astutia seu violentia preponatur, nisi quem fratres communi consensu, vel fratrum pars consilii sanioris, secundum dei timorem et beati Benedicti regulam providerint eligendum. Electus autem ad Romanum pontificem consecrandus accedat. Chrisma, oleum sanctum, consecrationes altarium seu basilicarum, ordinationes monachorum seu canonicorum vestrorum, qui ad sacros fuerint ordines promovendi, a quocumque malueritis catholico suscipiatis episcopo, siquidem gratiam sedis apostolicę habuerit. Missas quoque publicas in eodem monasterio celebrari aut stationem aut synodum vel ordinationem aliquam preter abbatis voluntatem ab episcopo quolibet fieri prohibemus. Ad hęc presenti capitulo adicientes dalmaticę, mitre, sandaliorum nec non cyrothecarum usum et inter itinerandum a) insigne tintinnabuli tibi tuisque successoribus, et in sepe dicto monasterio baptismum in paschali sollempnitate b) per subiectos vobis clericos fieri iuxta predecessorum nostrorum statuta concedimus, sicque ab omni iugo seu ditione cuiuscumque personę vestrum cenobium liberum permanere sancimus, ut soli sancte Romane et apostolicę ecclesie subditum habeatur. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat, prenominatum monasterium temere perturbare aut eius possessiones auferre vel ablatas retinere, minuere aut aliquibus vexationibus fatigare, set omnia integra conserventur eorum, pro quorum gubernatione et sustentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura, salva in omnibus apostolicę sedis auctoritate. Si qua igitur in futurum ecclesiastica sęcularisve persona, hanc nostre constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire temptaverit, sęcundo tertiove commonita, si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo corpore ac sanguine dei et domini, redemptoris nostri Iesu Christi, aliena fiat, atque in extremo examine districte ultioni subiaceat. | Cunctis autem, eidem loco sua iura servantibus, sit pax domini nostri Iesu Christi, quatinus et hic fructum bone actionis percipiant et apud districtum iudicem premia eternę pacis inveniant. — Am. Am. Am.

(R) Ego Eugenius catholicę ęcclesię episcopus ss. (M)
— † Ego Hubaldus presbiter cardinalis tit. sancte Praxedis ss.
† Ego Hubaldus presbiter cardinalis tit. sancti Iohannis et Pauli ss. (2)
† Ego Hugo presbiter cardinalis tit. in Lucina ss. (3)
† Ego Iordanus presbiter cardinalis tit. sancte Susannę ss.

---

a) nte. itinerand *theilweise auf Rasur von dunklerer Dinte* b) sollempnitati. — .1) *Vergl. die folgende Urkunde, und die vom 11 April 1120.* 2) *Jaffé, Reg. 4487.* 3) *Jaffé, Reg. CCCCVII*a *(vielleicht hat früher eine andere Bulle Calixts II existirt).* 4) *Jaffé, Reg. 5418*a.

Digitized by Google

— † Ego Oddo diaconus cardinalis sancti Georgii ad Velum ‖ aureum ss. (1)
† Ego Iohannes paparo diaconus cardinalis sancti Adriani ss. (7)

Dat. Cremone, per manum GUIDONIS, sancte Romane ecclesie diaconi cardinalis et cancellarii. Non. Iul. Indictione XI. Incarnationis dominice anno MCXLVIII. Pontificatus vero domni EUGENii III pp. anno quarto. —

Or., Or. Nachbildung und Abschriften des 14 und 15 Jahrh., im Archivio di Stato zu Mailand.

Or. Perg. ital., br. 0,5, lang 0,605, unten 0,035 umgeschlagen, durch zwei Löcher ging die Schnur, welche mit dem Siegel verloren. Faltung der Bullen. Initiale: flache, wenig hervorgehobene Uncialform, Gitterschrift knapp 0,015 hoch, Verewigung Nr. 1 P^{co}, füllt 0,14. Konscriptschrift zierlich. Majuskeln betont. Namen der Päpste halblang, g mit Schleifensattel. Zeilenweite c. 0,018. Drei auf 0,024 zusammengedrängte Amen Nr. 2 schliessen die letzte Zeile ab. Rota Nr. 1, Durchmesser 0,051, von der letzten Zeile 0,006. Monogramm Nr. 2b, hoch 0,054, breit 0,038. Ringkreuz und Unterschrift dunklere Dinte. Datirung vom Schreiber des Hauptkörpers, Guidonis *darin mit etwas dunklerer Dinte nachgetragen, von derselben rührt die Umschrift her. Die Zeugen scheinen alle mit Ausnahme des Presbyters Hugo von der Dinte der päpstl. Unterschrift, auch wohl alle fünf von gleicher Hand herzurühren, die nach Vorlagen arbeitete.*

Nachbildung. Perg. ital., br. 0,625, lang 0,61, unten 0,043 umgeschlagen, durch 3 Löcher ging die Schnur, welche mit dem Siegel verloren. Faltung der Bullen. Es ist eine Prunkbulle mit allen Aeusserlichkeiten einer solchen. Die Nachbildung erkennt man an der Schrift des Hauptkörpers, die nicht genau der echten entspricht, der Duktus ist anders, die kleinen Buchstaben zu gross und schwer, an den drei nicht genauen Amen, daran, dass die Rota nicht genau, zumal in der Inschrift, die Unterschrift entspricht nur ungefähr und äusserlich der echten, sie ist viel zu schwächlich, Monogramm ungenau. Von der Datirung gilt das Gleiche, wie vom Hauptkörper, Guidonis *ist nur ungefähr so ausgeführt, wie der echte Name, doch in der Art, um den Glauben zu erwecken, er sei nachgetragen. Besonders gut hat sich der Nachbildner in den verschiedenen Firmen zu verstellen gewusst, so dass man meinen könnte, es seien verschiedene Hände thätig gewesen. Alles ist von einer überaus geschickten Person gemacht. — Vergl. das Nachwort der folgenden Urkunde.*

Nr. 88.

* *Eugen III bestätigt dem Abte Anselm von San Pietro di Cielo d'Oro di Pavia die Besitzthümer und Rechte seines Klosters* [1]).

1148 Juli 7. Cremona.

Eugenius episcopus, servus servorum dei, dilecto filio Anselmo, abbati monasterii sancti Petri, quod dicitur Celum aureum, eiusque successoribus regulariter substituendis, IN PPM. — Cum omnium ecclesiarum quieti et utilitati [a]) ex iniuncto nobis a deo apostolatus officio paterna solicitudine intendere debeamus, illarum tamen ecclesiarum, que sancte Romane ecclesie iuris existunt, tanto amplius curam gerere nos oportet, quanto specialius ipse apostolice sedi adherere noscuntur. Proinde, dilecte in domino fili, Anselme abbas, tuis iustis petitionibus clementer annuentes, predecessorum nostrorum, felicis memorie Paschalis, Calixti, Innocentii, Romanorum pontificum, inherendo vestigiis, beati Petri, apostolorum principis, monasterium, cui deo auctore presides, quod utique beati Augustini, doctoris egregii, corporali presentia illustratur, presentis scripti privilegio communimus. Statuentes [b]) enim, ut quecumque bona [c]), quecumque [c]) predia, urbana sive rustica, culta vel inculta, quecumque possessiones in villis, silvis, pratis, colonis, servis et ancillis seu aldionibus, in ecclesiis, in decimis omnium ubique terrarum, rusticorum, donnicatorum et familiarum, sive pertinentiis [d]), ad vestrum cenobium concessione pontificum, largicione regum vel principum, oblatione fidelium seu aliis iustis modis in presentiarum pertinent, aut in futurum, largiente domino, idem monasterium iuste potuerit adipisci, firma tibi tuisque successoribus et illibata permaneant. In quibus hec propriis duximus exprimenda vocabulis: in Florentia [2]) sancti Petri ecclesiam, que dicitur Celum aureum, cum casis ad eam pertinentibus, in Lignaria ecclesiam sancti Angeli, in Martura ecclesiam sancti Laurentii cum suis pertinentiis, in sancto Genesio ecclesiam sancti Christofori cum suis pertinentiis; in Parmensi [3]) episcopatu ecclesiam sancte Marie de Curte, in Alpe plana ecclesiam sancti Petri cum aliis decem ecclesiis ad eandem ecclesiam pertinentibus; in Placentino [4]) episcopatu ecclesiam sancti Martini de Ruxone et ecclesiam sancti Zenonis de Vicobono et ecclesiam sancti Stephani; in Terdonensi [5]) episcopatu ecclesiam sancti Augustini de Casale [e]) et ecclesiam sancte Marie de Gravi terra; in Astensi [6]) episcopatu ecclesiam sancti Petri de Ovilia, ecclesiam sanctorum Philippi et Iacobi et ecclesiam sancti Blasii de Cavagnasco; in Vercellensi [7]) episcopatu ecclesiam sancti Petri de Parzingo, ecclesiam sancti Blasii de Paonino; in Laudensi [8]) episcopatu ecclesiam sancti Petri de Flumbo et ecclesiam sancti Columbani; in Cumano [9]) episcopatu ecclesiam sancti Augustini de Calate et ecclesiam sancte Marie de Plumasca et eccle-

a) utilitatis *I* b) Statuimus *II* c) *fehlt in* I d) princiis *II* e) Caselle *II.* — .1) *Vergl. die vorige Urkunde.* 2) *Firenze.* 3) *Parma.* 4) *Piacenza.* 5) *Tortona.* 6) *Asti.* 7) *Vercelli.* 8) *Lodi.* 9) *Como.*

Digitized by Google

siam sancti Petri de Lavenna; in episcopatu Mediolanensi [1]) ecclesiam sancti Severi de Cresciano, ecclesiam sancte Iuliane de Carzano et sancti Martini de Gerenciano; in episcopatu Papiensi [2]) infra muros predicti [a]) monasterii ecclesiam sancti Andree, ecclesiam sancti Georgii, ecclesiam sanctorum Faustini et Iovitte, ecclesiam sancti Adriani, ecclesiam sancte Sophie cum omnibus ad illam pertinentibus, in castro Pavone duas ecclesias in honore beati Michaelis et alia in honore beati Germani, in villa Rasca capellam sancti Christofori, ecclesiam sancti Damiani [b]), ecclesiam sancti Nazarii, in Lardiraco capellam sancti Gervasii et ecclesiam sancti Zenonis, in Pascarolio [c]) ecclesiam sancti Augustini. Obeunte vero te, nunc eiusdem loci abbate, vel tuorum quolibet successorum, nullus ibi qualibet surreptionis astucia seu violentia preponatur, nisi quem fratres communi consensu vel fratrum pars consilii sanioris secundum dei timorem et beati Benedicti regulam providerint eligendum; electus autem ad Romanum pontificem consecrandus accedat. Chrisma, oleum sanctum, consecrationes altarium seu basilicarum, ordinationes monachorum seu canonicorum vestrorum, qui ad sacros fuerint ordines promovendi, a quocumque malueritis, catholico suscipiatis episcopo, siquidem gratiam apostolice sedis habuerit. Missas quoque publicas in eodem monasterio celebrari aut stationem aut synodum vel ordinationem aliquam preter voluntatem abbatis ab episcopo quolibet fieri prohibemus. Ad hec presenti capitulo adicientes dalmatice, mitre, sandaliorum, nec non cirothecarum usum, et inter itinerandum insigne tintinabuli tibi tuisque successoribus et in sepedicto monasterio baptismum in pascali sollempnitate per subiectos vobis clericos fieri iuxta predecessorum nostrorum statuta concedimus, sicque ab omni iugo seu ditione cuius(cum)que persone vestrum cenobium liberum permanere sancimus, ut soli sancte Romane et apostolice ecclesie subditum habeatur. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat, prenominatum monasterium temere perturbare, aut eius possessiones auferre vel ablatas retinere, minuere [d]) aut aliquibus vexationibus fatigare, sed omnia integra conserventur eorum, pro quorum gubernatione et sustentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura, salva in omnibus apostolice sedis auctoritate. Si qua igitur in futurum ecclesiastica secularisve persona, hanc nostre constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire temptaverit, secundo terciove commonita, si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui careat dignitate [e]) reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo corpore ac [f]) sanguine dei et domini, redemptoris nostri Iesu Christi, aliena fiat, atque in extremo examine districte ultioni subiaceat. Cunctis autem, eidem loco sua iura servantibus, sit pax domini nostri Iesu Christi, quatinus et hic fructum bone actionis percipiant et apud districtum iudicem premia eterne pacis inveniant. Amen. Amen. Amen.

(R) Ego Eugenius catholice ecclesie episcopus ss. (M).

† Ego Hubaldus presbiter cardinalis tit. sancte Prascedis ss.

† Ego Hubaldus presbiter cardinalis tit. sancti Iohannis et Pauli ss.

† Ego Hugo presbiter cardinalis tit. in Lucina ss.

† Ego Iordanus presbiter cardinalis tit. sancte Susanne ss.

† Ego Oddo diaconus cardinalis sancti Georgii ad Velum aureum ss.

† Ego Iohannes paparo diaconus cardinalis sancti Adriani ss.

Dat. Cremone, per manum Guidonis, sancte Romane ecclesie diaconi cardinalis et cancellarii. Non. Iul. Indictione XI. Incarnationis dominice anno MCXLVIII. Pontificatus vero domni Eugenii III pp. anno IIII.

Abschrift vom 13 Jahrh. des Registrum magnum p. 264, parvum p. 185, im Archivio Municipale zu Piacenza.

In Mailand bin ich leider nicht auf die erst im Innern des Hauptkörpers beginnende Interpolation aufmerksam geworden, so dass ich nicht zu sagen vermag, ob nicht die bei der vorigen Nummer besprochene Nachbildung, die Vorlage zu dieser Abschrift gewesen ist, und das dortige Nachwort deshalb hieher gehört. Auch von den beiden oben angegebenen Abschriften weiss ich nicht, zu welcher Gruppe sie gerechnet werden müssen.

Nr. 89.

Eugen III nimmt die Kirche Sant' Agata di Cremona in apostolischen Schutz und bestätigt ihre Güter und Gerechtsame [3]).

1148 Juli 16. Brescia.

Eugenius episcopus, servus servorum dei [g]), dilectis filiis Lanfranco, preposito ecclesie sancte Agathes, que Cremone sita est, eiusque fratribus, tam presentibus quam futuris, canonicam vitam professis IN PPM. | Quotiens illud a nobis petitur, quod religioni [h]) et honestati convenire dinoscitur, animo nos decet libenti concedere et petentium de-

---

a) dicti *II* b) et ecclesiam *II* c) Piscarolio *II*, Pascarolio d) *fehlt in I* e) dignitate careat *II* f) et *I* g) dile h) io *auf Rasur.* — .1) *Milano.* 2) *Pavia.* 3) *Vergl. die Urk. vom 15 April 1122.*

Digitized by Google

sideriis congruum impertiri suffragium. Eapropter, | dilecti in domino filii, vestris iustis postulationibus clementer annuimus, et prefatam ecclesiam ad ius apostolice sedis pertinentem predecessorum nostrorum, felicis memorie pape URBANI, PASCALIS atque CALIXTI, vestigiis inherentes, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus et presentis scripti privilegio communimus. Statuentes, ut quascumque possessiones, quecumque bona eadem [a]) ecclesia in presentiarum iuste et canonice possidet, aut in futurum concessione pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium seu aliis iustis modis, prestante domino, poterit adipisci, firma vobis vestrisque successoribus et illibata permaneant. In quibus hec propriis duximus exprimenda vocabulis: ecclesiam videlicet sancte Valerie, sitam in loco, qui Augea nuncupatur, ecclesiam [b]) sancti Christofori de Campo macro et ecclesiam sancti Nicholai de Gurgo cum omnibus ad eas pertinentibus. Constituimus preterea, ut quarta pars reddituum vestrorum in usus hospitum expendatur, xenodochium autem in vestra potestate permaneat. Obeunte vero te, nunc eiusdem loci preposito [c]), vel tuorum quolibet successorum, nullus ibi qualibet subreptionis astutia [d]) seu violentia preponatur, nisi quem fratres communi consensu vel fratrum pars consilii sanioris secundum dei timorem et beati Augustini regulam providerint eligendum. Nec ipsi vero nec alicui loci eius ministro facultas sit, ecclesię bona in feudum militibus vel aliquibus personis secùlaribus impertiri. Consecrationes altarium vel ecclesiarum, ordinationes clericorum ab episcopis, in quorum diocesibus vestre sunt ecclesię, accipietis, siquidem catholici fuerint et gratiam atque communionem apostolicę sedis habuerint, et si eas gratis ac sine pravitate voluerint exhibere, alias liceat vobis, catholicum, quem volueritis, adire episcopum et ab eo huiusmodi consecrationum sacramenta suscipere. De cetero, nullam episcopus in predicta ecclesia potestatem exerceat neque excommunicandi neque interdicendi aut ad sinodum iudiciaria potestate vocandi, eo nimirum tenore servato, ut omnes ecclesię ipsius clęrici [e]) in loco ipso possessionem [f]) faciant, proprio non utantur et omni vite suę tempore sub regularis vite districtione permaneant, unde etiam temporibus competentibus preter emulorum contradictionem ad synaxim celebrandam, nisi generalis interdictio fuerit, signa pulsare et consuetas possessiones celebrare concedimus. Sepulturam quoque eiusdem loci liberam esse concedimus, ut [g]) eorum, qui se illic sepellire deliberaverint, devotioni vel extreme voluntati nullus obsistat, nisi excommunicati fuerint vel interdicti, salva [h]) iustitia [i]) matricis ecclesię. Ut aut(em) in sancte religionis [k]) observatione quieti et seduli ab omni mundane oppressionis gravamine maneatis, nulli alii nisi Romane et apostolice sedi, cuius iuris estis, aliqua teneamini occasione subiecti. Preterea laborum vestrorum, quos propriis [l]) manibus [l]) aut sumptibus colitis, nullus a vobis decimas exigere presumat. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat, prefatum locum temere perturbare aut eius possessiones auferre vel ablatas retinere . . . . salva sedis apostolice auctoritate. Si [m]) qua igitur . . . . Cunctis autem . . . . inveniant. Amen. A—m. Amen.

(R) Ego Eugenius catholicę ęcclesię episcopus ss. (M)
— † Ego Hubaldus presbiter cardinalis tit. sancte Praxedis ss. (1)
† Ego Aribertus presbiter cardinalis tit. sancte Anastasie ss.
† Ego Hugo presbiter cardinalis tit. in Lucina ss. (2)
† Ego Iordanus presbiter cardinalis tit. sanctę Susannę ss.
— † Ego Octavianus diaconus cardinalis sancti Nicholai in carcere Tulliano ss. (6)

Dat. Brixie, per manum GUIDONIS, sancte Romane ecclesie diaconi cardinalis et cancellarii. XVII Kl. Augusti. Indictione XI. Incarnationis dominicę anno MCXLVIII. Pontificatus vero domni [n]) Eugenii PP. IIII anno quarto. —

Or. der Kollection Morbios von Mailand, angekauft durch Herrn Willmersdörfer u. a., in München.

Perg. ital., br. 0,46, lang 0,605, unten 0,036 umgeschlagen, durch zwei Löcher geht die rosa und gelbe grobfädige Seidenschnur, über dem Bleisiegel stark gedreht, dieses Nr. 4. Faltung der Bullen. Rota Nr. 1. Monogramm Nr. 3a, das A *klein und in die Mitte der Schräge gerückt, breit 0,025, hoch 0,044. Ringkreuz und Unterschrift dunklere Dinte für sich, Umschrift wohl andere Hand als Konscript, wenn auch gleiche Dinte. Datirung von Hand und Dinte des Hauptkörpers.* Guidonis *darin, wohl von der Dinte der Unterschrift, nachgetragen.*

---

a) *Vor* ea *Rasur* b) *davor Rasur eines* et-*Zeichens* c) *davor Rasur* d) *über dem ersten* a *Rasur* e) *vor* c *Rasur* f) *wohl* professionem g) t *auf Rasur* h) *auf Rasur* i) ius *auf Rasur* k) *von* aut *an gedrängt auf Rasur* l) *auf Rasur* m) S *auf Rasur* n) *das* o *durch Korrectur hergestellt.*

Digitized by Google

Nr. 90.

Eugen III nimmt die Kollegiatkirche Sant' Antonino di Piacenza in apostolischen Schutz und bestätigt ihre Besitzthümer und Rechte [1]).

1148 Juli 22. Brescia.

Eugenius episcopus, servus servorum dei, dilectis filiis Oddoni, preposito ecclesie sancti Antonini martiris, que sita est in civitate Placentię, eiusque fratribus, tam presentibus quam futuris, canonice substituendis IN PPM. — | Quotiens illud a nobis petitur, quod rationi et honestati convenire dinoscitur, animo nos decet libenti concedere et petentium desideriis congruum impertiri suffragium. Eapropter, dilecti | in domino filii, vestris iustis postulationibus clementer annuimus, et prefatam beati Antonini ecclesiam, in qua divino mancipati estis obsequio, ad exemplar predecessoris nostri, bone memorie pape CELESTINI [2]), sub beati Petri et nostra protectione suscipimus et presentis scripti privilegio communimus. Statuentes, ut quascumque possessiones, quecumque bona eadem ecclesia in presentiarum iuste et canonice possidet, aut in futurum concessione pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium seu aliis iustis modis deo propitio poterit adipisci, firma vobis vestrisque successoribus et illibata permaneant. In quibus hęc propriis duximus exprimenda vocabulis: ecclesiam scilicet beatę Marię in Cortina, quę prope ecclesiam sanctorum Antonini et Victoris martyrum sita est, cum usibus et consuetudinibus, quas in eadem ęcclesia in presentiarum iustas habere videmini, ut videlicet in omnibus beatę Marie festivitatibus tertiam partem candelarum habeatis atque secundum dominum ibidem sacerdotes et clericos ordinetis. Vos autem et ecclesie vestrę canonici ob reverentiam beati Anotonini martiris, cuius sacratissimo corpore ipse locus prius extitit decoratus, in beatę Marię purificatione [3]) ipsam capellam in processione annis singulis visitabitis. In territorio Plitulę ecclesiam sancti Antonini martiris cum sorte integra et dote et cum oblationibus totius anni, quemadmodum a bonę recordationis Dionisio, Placentino episcopo [4]), pro ecclesia sancti Syri vobis in concambium concessa esse dinoscitur, in qua nimirum secundum deum ordinandi ministros libera sit vobis facultas. In Gragnano capellam sancti Michaelis cum omni sua dote et totius anni oblationibus, a venerabili fratre nostro Arduino, Placentino episcopo [5]), ecclesie vestre hoc modo concessam, ut in eadem capella ponendi clericos et removendi sit libera vobis potestas et ad sacros ordines suo tempore Placentino episcopo presentandi. A plebe vero Thunensi ipsius loci presbiter chrisma et oleum sanctum suscipiat, et vocatus ad letanias et baptismum illuc absque conditione aliqua vadat, salva ecclesie vestre in omnibus aliis iustitia et reverentia. In villa etiam, que Roncalia dicitur, ęcclesiam beati Bartholomei et sancti Victoris, cuius nimirum amministrationem atque ordinationem vobis vestrisque successoribus perpetuo iure concedimus, eo videlicet ordine, ut, qui habitum religionis induere et in eodem loco domino militare decreverint, a preposito ecclesie sancti Antonini vel ab eius fratribus, si ipse defuerit, ad suscipiendos sacros ordines congruo tempore per eosdem Placentino episcopo presententur. Quod si clericus aut sacerdos eiusdem loci, culpis exigentibus, fuerit corrigendus, competenti regularique disciplina ab eodem preposito vel eius fratribus corrigatur; si vero, sepe commonitus, incorrigibilis apparuerit, tamquam inutilis et inobediens per eosdem ipsius loci beneficio et mansione privetur. Oleum quoque et chrisma a matrice ecclesia prefati loci sacerdos accipiat. Decimas autem, ad plebem de Sparuaria pertinentes, nullatenus usurpare presumat; insuper etiam, si quis de eadem villa devotionem suam in quibuslibet iudicatis eidem plebi exibere voluerit, nequaquam impediat. In aliis vero omnibus ecclesia, quę a fundamentis in supradicta Roncalia a vobis constructa est, libera omnino ad ecclesiam beati Antonini pertineat, adeo, ut nullus archipresbiter ius potestatis in spiritualibus aut temporalibus se noverit habiturum. Preterea omnes alias libertates seu rationabiles consuetudines, a Placentinis episcopis ecclesie vestre concessas, quietas vobis et integras futuris temporibus manere decernimus. Porro, si vos gravari presenseritis, sedem apostolicam, que subvenire solet oppressis, vobis libere liceat appellare. Nulli ergo omnino hominum fas sit, prenominatam ecclesiam temere perturbare, aut eius possessiones auferre vel

---

1) *Die Abschrift dieser Urkunde und eine grosse Pause derselben, verdanke ich Herrn Can. Carlo Grandi su Piacenza.* 2) *Urk. vom 1 Januar 1144, Or. im Arch. Capitolare di S. Antonino.* 3) *Februar 2.* 4) *Dionysius, Bischof von Piacenza, c. 1049 — c. 1075.* 5) *Arduin, Bischof von Piacenza, c. 1118 — c. 1147.*

Digitized by Google

ablatas retinere, minuere aut aliquibus vexationibus fatigare, sed omnia integra conserventur eorum, pro quorum gubernatione et sustentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura, salva sedis apostolicę auctoritate et diocesani episcopi iustitia et reverentia. Si qua igitur in futurum ecclesiastica secularisve persona, hanc nostrę constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundo tertiove commonita, si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo corpore ac sanguine dei et domini, redemptoris nostri Iesu Christi, aliena fiat, atque in extremo examine districte ultioni subiaceat. Cunctis autem, eidem loco iusta servantibus, sit pax domini nostri Iesu Christi, quatinus et hic fructum bone actionis percipiant et apud districtum iudicem prȩmia ęternę pacis inveniant. Amen. A-m. Amen. —

(R) Ego Eugenius catholicę ęcclesię episcopus ss. (M)
— † Ego Hubaldus presbiter cardinalis tit. sanctę Praxedis ss.
† Ego Hubaldus presbiter cardinalis tit. sancti Iohannis et Pauli ss. (1)
† Ego Aribertus presbiter cardinalis tit. sancte Anastasie ss.
† Ego Hugo presbiter cardinalis tit. in Lucina ss.
† Ego Iulius presbiter cardinalis tit. sancti Marcelli ss.
† Ego Iordanus presbiter cardinalis tit. sanctę Susannę ss.
— † Ego Oddo diaconus cardinalis sancti Georgii ad Velum aureum ss.
† Ego Octavianus diaconus cardinalis sancti Nicolai in carcere Tulliano ss.
† Ego Iohannes paparo diaconus cardinalis sancti Adriani ss.
† Ego Gregorius diaconus cardinalis sancti Angeli ss. (1)
† Ego Iacinctus diaconus cardinalis sancte Marie in Cosmydyn ss. (2)

Dat. Brixie, per manum GUIDONIS, sancte Romane ecclesie diaconi cardinalis et cancellarii. XI Kl. Aug. Indictione XI. Incarnationis dominice anno MCXLVIII. Pontificatus vero domni EUGENII III pp. anno quarto. —

Or. und Abschrift vom 13 Jahrh. der Statuta Cap. S. Antonini p. 74, im Archivio Capitolare di S. Antonino zu Piacenza.

Perg. ital., br. 0,475, lang 0,63, unten 0,024 umgeschlagen, durch zwei Löcher geht eine dickfädige hellrosa und hellgelbe Seidenschnur, deren Siegel verloren. Faltung der Bulten. Initiale unter die Zeile gehend, flachbogige ziemlich einfache Unzialform, f *und* ct *Spitzwickelschnörkel. Worte nicht stark, doch genügend getrennt. Verewigung Nr. 1* P^{t} U^{s}, *füllt 0,06. Konscript schmalbuchstabig,* g *mit linksgeschweifter Unterlänge oder mit Linksschnörkel.* Celestini *halblang, Majuskeln wenig hervorgehoben. Drei Amen Nr. 7, weit auseinander gestellt, schliessen die letzte Zeile. Rota Nr. 1, Durchmesser 0,057, von der letzten Zeile 0,008, von der linken Kante 0,09, vom Monogramme 0,215. Monogramm Nr. 5a, namentlich im Vorderschaft ziemlich starklinig, hoch 0,057, breit 0,04, dicht unter der letzten Zeile, von der rechten Kante 0,078. Ringkreuz und Unterschrift gleiche Dinte, scheint dieselbe Dinte, wie das Monogramm zu sein. Umschrift und Datirung wohl vom Schreiber des Hauptkörpers. Zeugen wohl meistens von verschiedener Hand. Die Diakonen Johannes und Gregor gleiche Dinte.*

Nr. 91.

Eugen III bestätigt dem Abte Wilhelm von San Benedetto Po (D. Mantova) mehrere Besitzthümer seines Klosters [1].

1148 September 6. Brescia.

Eugenius episcopus, servus servorum dei, dilecto filio Guilielmo, abbati monasterii sancti Benedicti, quod super Padum situm est, eiusque successoribus, regulariter substituendis [a] IN PPM. — | Religiosis desideriis dignum est facilem prebere consensum, ut fidelis devotio celerem sortiatur effectum. Eapropter | tuis, dilecte in domino fili, precibus inclinati, predecessoris nostri, felicis memorie pape INNOCENTII, vestigia [b] subsequentes [2] duo monasteria, que beati Petri iuris existunt et in Paduano episcopatu sita sunt, tibi tuisque successoribus ad meliorationem et religionis reformationem ex apostolicę sedis benignitate committimus: videlicet sanctę Marię de Pratalia, pro quo quatuor aureos, et sanctę Crucis de Campo Syon, pro quo duos aureos quotannis nobis nostrisque successoribus persolvetis. Monasterium quoque sanctorum Firmi et Rustici de Lunigo, situm in Vicentino episcopatu, vobis cum omnibus suis pertinentiis committimus [c]. Decimas

a) substuendis b) a *aus* o *corrigirt* c) *mit der dunkleren Dinte der unteren Konscripthälfte geschrieben.* — 1) *Vergl. die Urk. vom 13 Juni 1151.* 2) *Vergl. die Urk. vom 28 Februar 1136, 26 October 1138 und 25 Juni 1132, doch scheint die Urk., worauf hier verwiesen ist, nicht erhalten zu sein.*

Digitized by Google

quoque fructuum laborum vestrorum, quos propriis excolitis sumptibus, quietas vobis a) et illibatas manere concedimus, nec vos super hoc aut ab episcopis aut b) ab eorum ministris inquietari permittimus. Ad c) inditium autem, quod prefatum monasterium sanctorum Firmi et Rustici beati Petri iuris existat, duos aureos quotannis nobis nostrisque successoribus persolvetis. Si quis igitur, huius nostrę confirmationis et commissionis paginam sciens, contra eam temere venire temptaverit, secundo tertiove commonitus, nisi satisfactione congrua emendaverit, reum se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate co(g)noscat atque in extremo examine districte ultioni subiaceat. Cunctis autem hec observantibus d) sit pax domini nostri Iesu Christi, quatinus et hic fructum bonę actionis | percipiant et apud districtum iudicem premia eternę pacis inveniant. Amen. — A-m. Amen.

(R) Ego Eugenius catholicę ęcclesię episcopus ss. (M)
— † Ego Hubaldus presbiter cardinalis tit. sancte Praxedis ss.
† Ego Hubaldus presbiter cardinalis tit. sancti Iohannis et Pauli ss. (1)
† Ego Aribertus presbiter cardinalis tit. sanctę Anastasię ss.
† Ego Iulius presbiter cardinalis tit. sancti Marcelli ss.
— † Ego Oddo diaconus cardinalis sancti Georgii ad Velum aureum ss. (2)
† Ego Iohannes diaconus cardinalis sancte Marie Nove ss.
† Ego Guido diaconus cardinalis sancte Marie in Porticu ss.
† Ego Iacintus diaconus cardinalis sancte Marie in Cosmydyn ss. (1)

Dat. Brixię, per manum GUIDONIS, sanctę e) Romanę e) ęcclesię e) diaconi cardinalis et cancellarii f). VIII Idus Septembris. Indictione XI. Incarnationis dominicę anno MCXLVIII. Pontificatus vero domni EUGENII PP. III anno IIII.

Or. im Archivio di Stato zu Mailand.

Perg. ital., br. 0,408, lang 0,515, unten 0,025 umgeschlagen, durch zwei Löcher geht die rosa dickfädige Seidenschnur, deren Siegel verloren. Faltung der Bullen. Initiale: Uncialform, im inneren Bogen verziert, die f *und* ct *Spitzwickelschnörkel. Verewigung Nr. 4 Pt, dünnlinig, füllt nur 0,034. Konscriptschrift sehr zierlich, die erste Hälfte bis* permittimus *helle Dinte, ausser* committimus (*vor* decimas), *dieses und der Rest, von* Ad inditium *an, dunkelbraune Dinte.* g *mit Schleifensattel, Zeilenweite 0,018. Die Datirung zeigt wieder die hellere Dinte der Oberhälfte,* Guidonis *mit dunklerer eingetragen. Die Majuskeln des Hauptkörpers betont oder verziert. Drei Amen Nr. 7 schliessen die letzte Zeile. Rota Nr. 1, das Innenkreuz sich gegen Ende der Balken ein wenig verdickend, Durchmesser 0,05, steht von der letzten Zeile ab fast 0,01, vom Monogramme 0,147. Monogramm dünnlinig Nr. 7c, hoch 0,05, breit 0,028. Das Ringkreuz scheint von dunklerer Dinte und spitzerer Feder als die Unterschrift herzurühren, gleicht am meisten* Guidonis; *Umschrift kleine Schrift und Dinte für sich. Die Zeugen ziemlich sicher unter sich von gleicher Hand und Dinte, die Diakonen stehen ganz links vom Monogramme, fast in der Reihe der Bischöfe.*

Nr. 92.

Eugen III nimmt das Nonnenkloster Sant' Ambrogio di Monticelli (D. Siena) in apostolischen Schutz und bestätigt dessen Besitzthümer.

1148 November 29. Siena.

Eugenius episcopus, servus servorum dei, dilecte in Christo filię Ermellinae, abbatissę monasterii sancti Ambrosii de Monte Cellensi, [eiusque sororibus], tam presentibus quam futuris, regularem vitam professis, in perpetuum. Pie postulatio voluntatis effect[u debet prosenquente compleri], ut devotionis sinceritas laudabiliter enitescat et utilitas postulata vires indubitanter assumat. Ea propter, [dilecta in domina filia], iustis postulationibus clementer annuimus et prefatum monasterium, in quo [divino mancipate estis obsequio, sub beati Petri et nostra protectione] suscipimus et presentis scripti privilegio communimus. Statuentes, [ut quascumque possessiones, quecumque bona idem] monasterium in presentiarum iuste et canonice possidet, aut in futurum concessione pontificum, largitione regum aut principum, oblatione fidelium seu aliis iustis modis, prestante domino, poterit adipisci, firma vobis et his, quae vobis successerint, et illibata permaneant. In quibus haec propriis duximus exprimenda vocabulis: ecclesiam sancti Bartholomei in Quoscona, ecclesiam sancti Fabiani de Arginano, ecclesiam sancti Bartholomei de Tavena, plebem sancti Martini de Ancaiano, ecclesiam sancte Margarite, plebem de Martura, plebem de Tablano, ecclesiam sancte Cecilie de Monte Piscario,

a) *Über dem* i *Rasur einer Oberlänge* b) *über dem* t *Rasur einer Oberlänge* c) *von hier an beginnt eine dunklere Dinte* d) hec obser *auf Rasur* e) *auf Rasur* f) *das* n *durch Korrectur hergestellt.*

Digitized by Google

canonicam sancti Michaelis de Grosseto, ecclesiam sancte Marie de Dotali, ecclesiam sancti Stefani de Pignete, ecclesiam sancti Petri in Cellis, ecclesiam sancti Andreę de Arguliano, monasterium sancte Trinitatis de Monte Calvo cum omnibus pertinentiis suis, monasterium sancti Iusti in Rentennano, monasterium sancte Marie de Colle, quicquid iuris habetis in ecclesia sancti Martini de Quarto, quicquid iuris habetis in ecclesia sancti Stephani de Bruscano. Preterea laborum vestrorum, quos propriis manibus aut sumptibus colitis, nullus a vobis decimas exigere presumat. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat, prefatum locum temere perturbare aut eius possessiones auferre vel ablatas retinere, minuere seu aliquibus vexationibus fatigare, sed omnia integra conservantur ancillarum Christi, pro quarum gubernatione et substentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura, salva sedis apostolice auctoritate et diocesanorum episcoporum canonica iustitia. Si qua igitur in futurum ecclesiastica secularisve persona, hanc nostre constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire temptaverit, secundo tertiove commonita, si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo corpore et sanguine dei e domini nostri Iesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districte ultioni subiaceat. Cunctis autem, eidem loco sua iura servantibus, sit pax domini nostri Iesu Christi, quatinus et hic fructus bone actionis percipiant et apud districtum iudicem premia eterne pacis inveniant. Amen. Amen. Amen.

(R) Ego Eugenius catholice ęcclesię episcopus ss. (M)
† Ego Hubaldus presbiter cardinalis tit. sancti Iohannis ss.
† Ego Guido presbiter cardinalis tit. sanctorum Laurentii et Damasi ss.
. . . . . .
† Ego Iulius presbiter cardinalis tit. sancti Marcelli ss.
† Ego Guido presbiter cardinalis tit. Pastoris ss.
† Ego [Otto diaconus cardinalis] sancti Georgii ad Velum aureum ss.

Datum Senis, per manus Guidonis, sanctę Romanę ecclesię diaconi cardinalis cancellarii. III Kl. Decembris. Indictione XII. Incarnationis dominicę anno MCXLVIII. Pontificatus vero domni Eugenii PP. III anno quarto.

Abschrift des Cod. E. IX. 16 p. 30, der Bibl. Pubblica zu Siena; und des Cod. Marc. L. IX. 138 p. 128, in der Bibl. Marciana zu Venedig [1]).

Nr. 93.

Eugen III nimmt die Kollegiatkirche von Colle (D. Volterra) in apostolischen Schutz und bestätigt ihre Besitzthümer und Rechte, wofür jährlich 12 Solidi an die Kurie zu entrichten sind [2]).

1149 März 20. Viterbo.

Eugenius episcopus, servus servorum dei, dilectis filiis Rogerio, archipresbitero plebis de Elsa, eiusque fratribus, tam presentibus quam futuris, IN PPM. — | Quotiens illud a nobis petitur, quod rationi et honestati convenire videtur, animo nos decet libenti concedere et petentium desideriis congruum impertiri suffragium. Eapropter, dilecti | in domino filii, vestris iustis postulationibus clementer annuimus et predecessorum nostrorum, felicis memorie PASCALIS atque GELASII, Romanorum pontificum, ves|tigiis inherentes, vestram beati Faustini seu beati Iohannis ecclesiam, in qua divino mancipati estis obsequio, cum plebe sua, que de Elsa dicitur, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus et presentis scripti privilegio communimus. Quam videlicet ecclesiam et plebem universam ex antiqui iuris possessione constat proprietaria ditione ad sedem apostolicam et Romanam ecclesiam pertinere. Statuentes itaque, ut quascumque possessiones, quecumque bona in presentiarum iuste et canonice possidetis, aut in futurum concessione pontificum, largitione re[gum vel] principum, oblatione fidelium, seu etiam aliis iustis modis deo propitio poteritis adipisci, firma vobis vestrisque successoribus et illibata permaneant. In quibus hec propriis duximus exprimenda vocabulis: capellam sancti Mi[chaelis], positam iuxta fluvium a) Unci, cum pertinentiis b) suis, capellam sancti Martia[ni?], positam in burgo Else c), cum pertinentiis suis, capellam sancte Marie,

a) f *auf Rasur von anderer Dinte* b) per *von anderer Dinte* c) *theilweise auf Rasur.* — .1) *Nach Kaltenbrunner, Papsturk. S. 38.* 2) *Vergl. die Urk. von 1119—1124 und vom 7 December 1153.*

Digitized by Google

positam in eodem burgo, cum pertinentiis suis, capellam sancte Marie de Sponge cum [pert]inentiis suis, capellam sancti Salvatoris de Colle veteri cum pertinentiis suis, capellam sancti Nicholai de Castro [a]) novo colle cum pertinentiis suis, capellam sancti Blasii iuxta territorium plebis sancti Ipoliti cum pertinentiis suis, capellam sancti Andree de Strata cum pertinentiis suis, capellam sanctorum Phylippi et Iacobi de Quartaio cum pertinentiis suis, capellam sancti Iusti de Menzano cum pertinentiis suis, primitias et decimas populi de Senzano et de Oliveto. Precipimus ergo, ut nemini laicorum facultas sit, aliquam de capellis aut decimis, ad supradictam plebem pertinentibus, in alterius ecclesie dominium tradere. Tibi autem ac successoribus tuis, qui per Romani pontificis consensum in eadem plebe vel ecclesia archipresbiteri fuerint, debitam obedientiam confirmamus de omnibus capellis, que constitute sunt vel fuerunt in parrochia, ad supradictam beati Faustini ecclesiam pertinente, intra quas, si oportunitas exegerit, absque contradictione cuiuslibet novas capellas vel ecclesiam edificandi vobis licentiam indulgemus. Obeunte vero te, nunc eiusdem loci archipresbitero, nullus in eadem ecclesia qualibet surreptionis astutia vel violentia preponatur, nisi quem eiusdem ecclesię clerici sibi preesse providerint et Romani pontificis assensus probaverit. Crisma, oleum sanctum, ordinationes clericorum ab episcopo, in cuius diocesi estis, accipietis, siquidem gratiam atque communionem apostolice sedis habuerit et si ea gratis ac sine pravitate voluerit exhibere. Alioquin liceat vobis, catholicum, quem malueritis, adire antistitem et ab eo consecrationum sacramenta [b]) suscipere, qui apostolicę sedis fultus auc[toritate, ea], que pos[tulantur], indulgeat. Capellarum vero et plebis, si oportuerit, consecratio, non nisi precepto Romani pontificis fiat. Precipimus etiam, ne militibus liceat, parrochianorum vestrorum decimas suis usibus vendicare, set iuxta canonicas sanctiones in ius ecclesię conferantur. Porro sepulturam eiusdem loci liberam esse decernimus, ut eorum, qui se illic sepelliri deliberaverint, devotioni et extreme voluntati, nisi forte excommunicati vel interdicti sint, nullus obsistat. Illud autem omnimodis prohibemus et penitus interdicimus, ne clericorum res post eorum obitum aliquis audeat ecclesię vobisque subtrahere, sed iuxta canonicas sanctiones omnia ecclesie reserventur. Nec in ecclesia ipsa vel capellis [c]) eius contra deliberationem vestram aliquis [d]) presbiterum clericosve constituat. Nemini ergo facultas sit, ecclesiam ipsam temere perturbare aut vobis helemosinas surripere, que ex mortuorum iudiciis pa[rr]ochiali debentur ecclesię, aut capellas plebis vestrę invadere, seu quecumque ipsius sunt vel fuerint, quibuslibet occasionibus auferre. Ad indicium autem proprietatis huius XII nummos nobis nostrisque successoribus annis singulis persolvetis. Si quis autem, decreti huius tenore cognito, temere contraire temptaverit, nisi deo et ecclesie fratribus | satisfecerit, omnipotentis dei et [e]) beati [e]) Petri, apostolorum principis, indignatione plectatuR. —

(R) Ego Eugenius catholicę ecclesię episcopus ss. (M)
† Ego Ymarus Tusculanus episcopus ss. (7)
— † Ego Hubaldus presbiter cardinalis tit. sancte Praxedis ss. (4)
† Ego Aribertus presbiter cardinalis tit. sanctę Anastasię ss.
† Ego Iulius presbiter cardinalis tit. sancti Marcelli ss. (1)
— † Ego Octavianus diaconus cardinalis sancti Nicolai in carcere Tulliano ss. (5)
† Ego Grecus diaconus cardinalis [f]) sanctorum Sergii et Bachi ss.

Dat. Viterbi, per manum GUIDONIS, sancte Romanę ecclesię diaconi cardinalis et cancellarii. XIII Kl. Aprilis. Indictione XI. Incarnationis dominicę anno MCXLVIII. Pontificatus vero domni EUGENII PP. III anno quinto. —

Or. im Archivio Capitolare zu Colle.

Perg. ital., br. 0,593, lang 0,67, unten 0,03 umgeschlagen, durch zwei Löcher ging die Schnur, welche mit dem Bleisiegel verloren. Faltung der Bullen. Initiale: hervorgehobene, doppellinige Uncialform. Verewigung Nr. 5 P[illegible]*, füllt 0,107. Konscript schmalleibige Buchstaben*, ct *bis 0,029 auseinander*, g *mit Halsstrich. Zeilenweite 0,015. Amen fehlen. Der letzte Hauptkörperbuchstabe ist Majuskel-*R, *dahinter ein Doppelüberpunkt. Rota nicht ganz bestimmt ausgebildete Nr. 4*[a]*, Durchmesser 0,065, von der letzten Zeile c. 0,011. Monogramm Nr. 5*[c]*, starkstrichig, hoch 0,065, breit 0,035. Ringkreuz und Unterschrift gleiche Hand und Dinte, Umschrift vielleicht die Dinte des Hauptkörpers. Datirung vom Hauptkörperschreiber*, Guidonis *mit abweichender Dinte eingetragen. Die Zeugenfirmen wohl von der Dinte des Hauptkörpers.*

---

a) st *theilweise auf Rasur* b) sucramenta c) i *auf Rasur* d) *von hier an mit anderer Dinte geschrieben* e) *auf Rasur* f) diaconus ca *auf Rasur und von dort an mit abweichender Hand und Dinte weitergeführt.*

Digitized by Google

Nr. 94.

Eugen III beauftragt den Kardinalbischof Guido von Ostia, den Streit zwischen dem Kapitel von Sant' Antonino und dem Bisthume von Piacenza wegen des Gutes Brugneto (D. Piacenza) beizulegen, den Archidiakonen, den Propst und den Vicedominus als bischöfliche Prokuratoren einzusetzen.

1149 Mai 10. Ferentino [1]).

EUgenius episcopus, servus servorum dei, venerabili fratri .G(uidoni), Hostiensi episcopo [2]), apostolice sedis legato, salutem et apostolicam benedictionem. Tres de canonicis | ecclesie sancti Antonini ex parte omnium fratrum suorum ad nostram venientes presentiam in conspectu nostro et fratrum nostrorum conquesti sunt, | quod bone memorie .A(rduinus), eorum episcopus [3]), terram de Brugneto [4]), quam ad ius ecclesie sue asserunt pertinere, de qua multotiens questio ventilata est, contra iustitiam tenuerit, et exinde rationem consequi ante hac nequaquam potuerint. Quia ergo, in sede iustitie positi, omnibus ecclesiis et ecclesiarum prelatis in suo iure debitores existimus, de tua prudentia plurimum confidentes, controversiam ipsam fraternitati tue audiendam terminandamque committimus. Et quoniam ecclesia Placentina episcopali regimine in presentiarum destituta est, dilectos filios nostros .T(edaldum) archidiaconum, .F(redericum) prepositum et .M(arcum) vicedominum eiusdem ecclesie in loco episcopi responsali constituas. Per presentia itaque tibi scripta mandamus, quatenus utramque partem ante tuam presentiam evoces, et allegationibus ac rationibus utrimque diligenter auditis et plenarie cognitis, eandem causam, iustitia dictante, decidas. Quod si, aliqua occasione interveniente, negotium ipsum ad presens non poterit sortiri effectum, testes, qui tibi fuerint presentati, diligenter examines, | et postmodum, sicut rationis ordo deposcit, attestationes eorum recipias. — Dat. Ferentini, VI Id. Maii.

Or. (Sekret) im Archivio Capitolare di S. Antonino zu Piacenza.

Perg. ital., br. 0,187, lang 0,118. Faltung der Sekrete (zwei mal der Länge nach); in einem der unaufgeschnittenen Löcher hängt an einer Hanfschnur das Bleisiegel Nr. 3. Ohne Linien geschrieben. Schrift sehr verblichen. Aufschrift fast unlesbar, mit Sicherheit nur noch Hostiensi episcopo . . . (legato). — *Mit diesem Breve sind die beiden folgenden bis auf geringe Abweichungen, namentlich am Schlusse, wörtlich gleichlautend.*

Nr. 95.

Eugen III beauftragt drei Richter von Piacenza, den Streit zwischen dem Kapitel von Sant' Antonino und dem Bisthume Piacenza wegen des Gutes Brugneto (D. Piacenza) beizulegen.

1149 Mai 10. Ferentino [5]).

EUgenius episcopus, servus servorum dei, dilectis filiis R. de Arena, .F. Stricto et .N. de castello Arcuato, iudicibus Placentinis, | salutem et apostolicam benedictionem. Tres de canonicis ecclesie sancti Antonini, ex parte omnium fratrum suorum ad nostram venientes presentiam, in con|spectu nostro et fratrum nostrorum conquesti sunt, quod bone memorie .A(rduinus), episcopus vester, terram de Brugneto, quam ad ius ecclesie sue asserunt pertinere, de qua multotiens questio ventilata est, contra iustitiam tenuerit, et exinde rationem consequi ante hac nequaquam potuerint. Quia ergo, in sede iustitie positi, omnibus ecclesiis et ecclesiarum prelatis in suo iure debitores existimus, de vestra prudentia plurimum confidentes, controversiam ipsam vobis duximus audiendam terminandamque committere. Et quoniam ecclesia Placentina episcopali regimine in presentiarum destituta est, dilectos filios nostros .T(edaldum) archidiaconum [a]), .F(redericum) prepositum [b]) et .M(arcum) vicedominum [c]) eiusdem ecclesię in loco episcopi procuratores constituimus. Per presentia itaque vobis scripta mandamus, quatenus utramque partem ante vestram presentiam convocetis, et allegationibus ac rationibus utrimque diligenter auditis et plenarie cognitis, eandem causam, dictante iustitia, decidatis. Quod si, aliqua occasione interveniente, causa ipsa terminari non poterit, testes, qui [d]) ab utraque parte

a) archidiacono b) preposito c) vicedomino d) *auf Rasur von anderer Dinte.* — —.1) *Wegen der Datirung vergl. Anm. 2, doch muss bemerkt werden, dass die Urk. nach dem Itinerar in das Jahr 1151 gehörte.* 2) *Guido, Kardinalbischof von Ostia, 1149—1150 Jan. 30. Im April kommt schon dessen Nachfolger Hugo vor.* 3) *Arduin, Bischof von Piacenza, c. 1118 — c. 1147, letzteres kann kaum richtig sein, weil nach dieser Urk. Sedisvakanz in Piacenza stattfand. Vom 31 Juli 1148 haben wir bereits einen Brief Eugens, worin Johann als Erwählter von Piacenza genannt wird Jaffé, Reg. 6448.* 4) *Brugneto, Frazione del com. di Bettola nell' Emilia, prov. di Piacenza.* 5) *Wegen der Datirung vergl. die vorige Urk. Anm. 1.*

Digitized by Google

producti fuerint, diligenti cura examinetis, et post diligentem examinationem, sicut iuris ordo deposcit, eorum attestationes recipiatis. — Dat. Feren|tini [a]), VI Id. Maii.

Or. im Archivio Capitolare di S. Antonino zu Piacenza.

Perg. ital., br. 0,185, lang 0,145, unten 0,016 umgeschlagen, durch 2 Löcher geht die Hanfschnur, woran das Bleisiegel Nr. 3 hängt, Faltung der Breven. Schrift stark verblichen, ohne Linien eingetragen. Alle 3 Breven scheinen vom gleichen Schreiber herzurühren.

Nr. 96.

Eugen III beauftragt den Archidiakonen, den Propst und Vicedominus von Piacenza, den Kardinalbischof Guido von Ostia bei Entscheidung der Streitsache wegen des Gutes Brugneto eventuell zu unterstützen und dessen Urtheil aufrecht zu halten.

1149 Mai 10. Ferentino.

Eugenius episcopus, servus servorum dei, dilectis filiis T(edaldo) archidiacono .F(rederico) preposito et .M(arco) vicedomino ecclesie Pla|centine salutem [b]) et apostolicam benedictionem. Tres de canonicis ecclesie sancti Antonini ex parte omnium fratrum suorum | ad nostram presentiam venientes, in conspectu nostro et fratrum nostrorum conquesti sunt, quod bone memorie .A(rduinus), episcopus vester, terram de Brugneto, quam ad ius ecclesie sue asserunt pertinere, de qua multotiens questio ventilata est, contra iustitiam detinuerit, et exinde rationem consequi ante hac nequaquam potuerint. Quia ergo, in sede iustitie positi, omnibus ecclesiis et ecclesiarum prelatis in suo iure debitores existimus, controversiam ipsam venerabili fratri nostro .G(uidoni), Hostiensi episcopo, apostolice sedis legato, audiendam terminandamque commisimus. Per presentia itaque [c]) vobis [c]) scripta mandamus, quatinus, cum ab eodem fratre nostro super causa ipsa fueritis evocati, eius presentiam adeatis et, quod ipse exinde iudicaverit, suscipiat|is pariter et servetis. — Dat. Ferentini, VI Id. Maii.

Or. im Archivio Capitolare di S. Antonino zu Piacenza.

Perg. ital., br. 0,135—0,14, lang 0,099, unten 0,013 umgeschlagen, durch 2 Löcher geht die Hanfschnur, woran das Bleisiegel Nr. 3 hängt. Faltung der Breven. Schrift stark verblichen, ohne Linien geschrieben.

Nr. 97.

Eugen III bestätigt dem Kanonikerkonvente von Lucca seine Gerechtsame und Besitzthümer [1]).

1150 September 16. Segni.

Eugenius episcopus, servus servorum dei, dilectis filiis Petro, archipresbitero Lucanę ecclesię, eiusque fratribus, tam presentibus quam futuris, canonice substituendis IN PPM. — | Iustis votis assensum prebere iustisque petitionibus aures accomodare, nos convenit, qui [d]), licet indigni, iustitię cultores atque precones in excelsa beatorum apostolorum Petri ac Pauli specula positi, domino disponente, conspicimur. | Eapropter, dilecti in domino filii, vestris iustis postulationibus clementer annuimus, et predecessoris nostri felicis memorie pape GELASII [2]) vestigiis inherentes, antiquas ecclesię matricis atque rationabiles consuetudines vobis vestrisque successoribus confirmamus, ut videlicet unctiones infirmorum ac sepulturę civitatis, proprie ad eandem ecclesiam pertinentes, et officium atque participatio beneficii funerum, ad alias ecclesias pertinentium, nulla clericorum calliditate aut laicorum quorumlibet ipsi ecclesie subtrahantur. Electiones autem priorum et collocationes [e]) clericorum in aliqua ęcclesia infra urbem vel extra in suburbiis [f]) sine consensu episcopi et priorum, qui locopositi nominantur, matricis ecclesie non fiant, nec laicorum violentia in aliqua ecclesiarum ulla priorum aut clericorum fiat electio, et nulla ecclesiarum episcopatus vestri preter eorum consensum alicui subiciatur ecclesie, neque publica et maiora negotia aliqua sibi ecclesiarum, ipsis invitis, arripiat aut publicas penitentias tribuat, nec sententias et interdictum matricis ecclesię temptet infringere. Nulla etiam vestri episcopatus persona sine consensu

---

a) *Auf Rasur von anderer Dinte* b) ecclesie c) *auf Rasur* d) i *auf Rasur, es stand* quid e) ocatio *auf Rasur* f) is *auf Rasur.* 1) *Vergl. die Urk. vom 26 November 1153.* 2) *Jaffé, Reg. 4896.*

Digitized by Google

episcopi vel priorum, qui locopositi nominantur, matricis ecclesię excommunicetur et, quod ab episcopo ligatum fuerit, a nemine irritum duci temptetur. Sane civitatis vestrę clerici et, qui in suburbiis sunt, solitas obedientias, videlicet in letaniis, in processionibus communibus, in festivitatibus et stationibus maioris ecclesię eidem impendant ecclesie, ut vobiscum adsint. Porro in quintę ferię nocte ante pascha nulla ecclesia secundum morem vestrę ęcclesię campanas sonet, neque in sabbato sancto cereum benedicat, set ad baptismum predicti clerici ex consuetudine veniant. Nulla preterea ecclesiarum missas sollempnes celebret in festivitate beati Martini et sancti Reguli et in secunda feria paschę et in processionibus quadragesimę, donec stationis solvatur conventus. Nullus etiam clericorum officium vivorum aut mortuorum, ad matricem ecclesiam pertinens, facere vel celebrare presumat. Ad hęc adicientes statuimus, ut decimę matricis ecclesię ab his, qui tribuunt, non fraudentur, et nulla eas clericalis persona subripiat aut diminuat. Nulli etiam episcopo liceat, aliquem matricis ecclesię canonicum officio seu beneficio sine canonico privare iudicio. Sane caritativa illa ciborum beneficia, que ab episcopis vestris, sive presentes sive absentes fuerint, in sollempnioribus festis consuevistis accipere, vobis vestrisque posteris rata precipimus et illibata servari. Preterea, quascumque possessiones, quecumque bona in presentiarum iuste et canonice possidetis, aut in futurum concessione pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium seu aliis iustis modis deo propitio poteritis adipisci, firma vobis vestrisque successoribus et illibata permaneant. In quibus hęc propriis duximus exprimenda vocabulis: ecclesiam de Massagrosa, ęcclesiam de Fabialla, ecclesiam de Gualdo et duas ecclesias de Massa macinaria, ecclesiam de Villore, ecclesiam de Ciciana, ecclesiam beati Concordii iuxta Arsinam. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat, prefatam ecclesiam temere perturbare aut eius possessiones auferre vel ablatas retinere, minuere seu aliquibus vexationibus fatigare, set omnia integra conserventur eorum, pro quorum gubernatione et sustentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura, salva sedis apostolicę auctoritate et Lucani episcopi canonica iustitia. Si qua igitur in futurum ecclesiastica secularisve persona, hanc nostrę constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire temptaverit, secundo tertiove commonita, si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo corpore ac sanguine dei et domini, redemptoris nostri Iesu Christi, aliena fiat, atque in extremo examine districte ultioni subiaceat. Cunctis autem, eidem loco iusta | servantibus, sit pax domini nostri Iesu Christi, quatinus et hic fructum bone actionis percipiant et apud districtum iudicem premia eterne pacis inveniant. Amen. A-m. Amen. —

(R) Ego Eugenius catholicę ęcclesię episcopus ss. (M)
† Ego Nicolaus Albanensis episcopus ss. (5).
— † Ego Hubaldus presbiter cardinalis tit. sancte Praxedis ss.
† Ego Manfredus presbiter cardinalis tit. sanctę Savinę ss. (5)
† Ego Iordanus presbiter cardinalis tit. sanctę Susannę ecclesie ss. (1)
— † Ego Otto diaconus cardinalis sancti Georgii ad Velum aureum ss.
† Ego Octavianus diaconus cardinalis sancti Nicholai in carcere Tulliano ss.
† Ego Gregorius diaconus cardinalis sancti Angeli ss.
† Ego Guido diaconus cardinalis sanctę Marię in Porticu ss. (2)

Dat. Signie, per manum BOSONIS, sanctę Romanę ecclesie scriptoris. XVI Kl. Octobris. Indictione XIIII. Incarnationis dominicę anno MC quinquagesimo. Pontificatus vero domni EUGENII III PP. anno sexto. —

Or. (BB. Nr. 7), Kopialurkunde des 13 Jahrh. (BB. 46) und Abschrift des Bullarium p. 132, im Archivio Capitolare zu Lucca; Abschrift G. VIII. 243 p. 109, der Bibl. Chigi zu Rom.

Or. Perg. ital., br. 0,635, lang 0,605, unten 0,03 umgeschlagen, durch zwei Löcher ging die Schnur, die mit dem Bleisiegel verloren. Faltung der Bullen. Initiale: Uncialform, verziert. Verewigung Nr. 6ᵒᵛ, Knoten in den Buchstaben, füllt 0,125. Kontextschrift sauber, die Majuskeln betont. Zeilenweite c. 0,015. Drei Amen Nr. 7 x², schliessen die letzte Zeile. Rota Nr. 1, Durchmesser 0,058, von der letzten Zeile 0,006, von links 0,132, vom Monogramm 0,26. Monogramm Nr. 2ᵃ, Höhe 0,058, Breite 0,038, von rechts 0,145. Ringkreuz und Unterschrift dunkelgraue Dinte für sich, Umschrift braungraue, die gleiche, womit die Datirung eingetragen, wohl auch von gleicher Hand, beide vielleicht vom Konscriptschreiber. Die vier Diakonen sind unter sich ziemlich sicher von derselben Hand und braunen Dinte gemacht, der Bischof Nikolaus und der Priester Hubald wieder unter sich gleiche graue Dinte und Hand, ebenfalls unter sich gleich Manfred und Jordan, Dinte gelblich.

Digitized by Google

Nr. 98.

Eugen III nimmt die Kollegiatkirche Santa Maria di Villa Gemini (D. Perugia) in apostolischen Schutz und bestätigt ihre Besitzthümer [1]).

1150 December 2. Ferentino.

EUGENIUS episcopus, servus servorum dei, dilectis filiis, canonicis sanctę Marię de Ville Gemini [2]), salutem et apostolicam benedictionem. | Ad hoc universalis cura nobis a provisore omnium bonorum deo commissa est, ut religiosas diligamus personas et benepla|centem domino religionem studeamus modis omnibus propagare. Nec enim deo gratus aliquando famulatus impenditur, nisi, ex caritatis radice procedens, a puritate religionis fuerit confirmatus. Ideoque, dilecti in domino filii, vestris iustis postulationibus accommodantes assensum, predictam beatę Marię ecclesiam de Valle gemini, cui divino mancipati estis obsequio, cum omnibus possessionibus suis sub beati Petri et nostra protectione suscipimus et presentis scripti patrocinio communimus, salva iustitia et reverentia maioris Perusine ecclesię. In primis siquidem statuentes, ut ordo canonicus, qui in ecclesia vestra secundum dei timorem et beati Augustini regulam noscitur institutus, perpetuis inibi temporibus inviolabiliter conservetur. Statuimus etiam, ut quascumque possessiones, quecumque bona eadem ecclesia in presentiarum iuste et canonice possidet, aut in futurum concessione pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium [a]) seu aliis iustis modis, praestante [b]) domino, poterit adipisci, firma vobis vestrisque successoribus in perpetuum et illibata permaneant. In quibus hec propriis duximus exprimenda vocabulis: quicquid habetis in Villa gemini, quicquid habetis in curtibus, quicquid habetis in viniolis, quicquid ecclesia vestra habet a presbitero Rainaldo [c]), consocio vestro, et quicquid habetis in planitie Tiberis. Nulli ergo hominum fas sit, prefatum locum temere perturbare aut eius possessiones auferre vel ablatas retinere, minuere seu aliquibus vexationibus fatigare, set omnia integra conserventur eorum, pro quorum gubernatione et substentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura, salva sedis apostolicę auctoritate et diocesani episcopi canonica iustitia. Si qua igitur in futurum ecclesiastica secularisve persona, hanc nostre protectionis paginam sciens, contra eam temere venire temptaverit, secundo tertiove commonita, si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, et a sacratissimo corpore et sanguine dei et domini, redemptoris nostri Iesu Christi, aliena fiat. Cunctis autem, eidem loco sua iura servantibus, sit pax domini nostri Iesu Christi, quatinus et hic fru|ctum bone [d]) actionis percipiant, et apud districtum iudicem premia eterne pacis inveniant. — Dat. Ferentini [e]), per manum Mariniani, sanctę Romanę | ecclesię scriptoris. IIII Non. Decembr. Indictione XIIII. Incarnationis dominicę anno MCL. Pontificatus vero domni Eugenii PP. III anno sexto. —

Or. (Feierliches Breve) im Archivio Capitolare zu Perugia.

Perg. ital., br. 0,292, lang 0,33, unten 0,024 umgeschlagen, durch zwei Löcher geht eine dunkelgelbe Seidenschnur, deren Bleisiegel verloren. Faltung der Länge nach 3mal, der Streif je 1/3 von oben und unten eingeschlagen. Die Urk. weist durchaus die Aeusserlichkeiten des Breves auf, doch ist auf Linien geschrieben, die über die frei stehenden Seitenlinien gewöhnlich bis an die Kanten gehen. Die Schrift besteht zum grösseren Theil aus Bullenbuchstaben, die Majuskeln nach einem Punkte etwas, doch nicht stark hervorgehoben, am meisten S(i qua). *Das Datum reiht sich unmittelbar an das letzte Konscriptwort, ist von gleicher Hand wie das Uebrige und füllt die nächste Zeile noch ganz. — Die Formulirung des Vorrahmens ist die des Breve, die des Konscriptes und der Datirung die der Bulle, welcher auch der Inhalt entspricht.*

Nr. 99.

Eugen III bestätigt dem Domkapitel von Pisa die Theilung, welche Erzbischof Villanus von Pisa mit einem Walde von Tomuli zwischen ihm und dem Kloster San Russore (D. Pisa) vorgenommen hat [3]).

1151 Januar 29. Ferentino.

EUgenius episcopus, servus servorum dei, dilectis filiis, Leoni archipresbitero et canonicis Pisane ecclesię, | salutem et apostolicam benedictionem. Officii nostri auctoritate

a) e *durch Korrectur aus* i *hergestellt* b) ae *durch Korrectur aus* a *hergestellt* c) *das erste* a *durch Korrectur aus* o *hergestellt* d) e *durch Rasur und Korrectur hergestellt* e) *auf Rasur.* — 1) *Don Guilio Boschi, Arciprete della Cattedrale hat mir das Kapitelarchiv von Perugia auf das Liebenswürdigste zugänglich gemacht. — Vergl. die Urk. vom 12 September 1170.* 2) *Villa Gemini, fraz. del com. di Perugia.* 3) *Vergl. die Urk. vom 20 December 1155.*

Digitized by Google

compellimur, pro ecclesiarum statu satagere et | earum quieti et utilitati efficaciter, auxiliante domino, providere. Eapropter, dilecti in domino filii, vestris iustis postulationibus gratum impertientes assensum, divisionem, quam venerabilis frater noster Villanus, Pisanus archiepiscopus [1]), inter vos et monasterium et fratres sancti Ruxorii de silva Tomuli fecisse dinoscitur, auctoritate sedis apostolice confirmamus et futuris temporibus ratam et inconvulsam manere decernimus. Si quis autem, huius nostrę confirmationis paginam sciens, contra eam temere venire temptaverit, secundo tertiove commonitus, si non reatum suum digna satisfactione correxerit, indignationem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli, [apòstolorum eius,] incurrat, et a sacratissimo corpore ac sanguine dei et domini, red[emptoris nostri Iesu] Christi, alien[us] fiat, atque in extremo examine districte | ultioni subiaceat. — Dat. Ferentini, IIII Kl. Febr. —

Or. Nr. 459, im Archivio Capitolare zu Pisa.

Perg. ital., br. 0,165, lang 0,153, unten 0,016 umgeschlagen, durch zwei Löcher ging die Schnur, welche mit dem Bleisiegel verloren. Faltung der Breven.

Nr. 100.

Eugen III nimmt die Kirche San Giovanni di Vallemagna (D. Fiesole) in apostolischen Schutz und bestätigt ihre Besitzthümer.

1151 März 30. Ferentino.

Eugenius episcopus, servus servorum dei, dilectis filiis Clementi, priori heremi ecclesie beati Iohannis de Valle Magna, eiusque fratribus, tam presentibus quam futuris, regularem vitam professis, IN PPM. — | Quoniam sine vere cultu religionis nec caritatis unitas potest subsistere nec deo gratum exhiberi servitium, expedit apostolice auctoritati, religiosas personas diligere et | earum quieti salubriter, auxiliante domino, providere. Eapropter, dilecti in domino filii, vestris iustis postulationibus clementer annuimus et prefatum locum, in quo divino mancipati estis obsequio, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus et presentis scripti privilegio communimus. Statuentes, ut quascumque possessiones, quecumque bona idem locus in presentiarum iuste et canonice possidet, aut in futurum concessione pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium seu aliis iustis modis deo propitio poterit adipisci, firma vobis vestrisque successoribus et illibata permaneant. In quibus hęc propriis duximus exprimenda vocabulis: abbatiam videlicet de Fleri [2]) cum pertinentiis suis, ecclesiam de Marignano cum curte et pertinentiis suis, ecclesiam de Plazano cum curte et pertinentiis suis, ecclesiam de Morgnano cum curte et pertinentiis suis, ęcclesiam de Gabiano cum curte, ęcclesiam de Canapino cum curte, ecclesiam de Colle sicco cum curte et pertinentiis earum, ecclesiam de Valle [a]) cum pertinentiis suis. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat, predictum locum temere perturbare aut eius possessiones auferre vel ablatas retinere, minuere aut aliquibus vexationibus fatigare, sed omnia integra conserventur eorum, pro quorum gubernatione et sustentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura, salva sedis apostolice auctoritate et diocesani episcopi canonica iustitia. Si qua igitur in futurum ecclesiastica secularisve persona, hanc nostre constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire temptaverit, secundo tertiove commonita, si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo corpore ac sanguine dei et domini, redemptoris nostri Iesu Christi, aliena fiat, atque in extremo examine districte ultioni subiaceat. Cunctis autem, eidem loco iusta servantibus, sit pax domini nostri Iesu Christi, quatenus et hic fructum bonę actionis percipiant et apud districtum iudicem premia ęternę pacis inve|niant. Amen. A-m. Amen. —

(R) Ego Eugenius catholicę ęcclesię episcopus ss. (M)
† Ego Nicolaus Albanus episcopus ss. (4)
— † Ego Gregorius presbiter cardinalis tit. Calixti ss.
† Ego Hubaldus presbiter cardinalis tit. sancte Praxedis ss. (2)
† Ego Ubaldus presbiter tit. sancte Crucis in Hierusalem cardinalis [b]) ss.

a) *Das* e *unsicher, Rasur* b) *vor* cardinalis *Interpunktionszeichen, das anfangs vergessene Wort hier nachgetragen.* — 1) *Villanus, Erzbischof von Pisa, 1146—1167.* 2) *Vergl. Winkelmann, Acta Imperii, p. 133, 36.*

Digitized by Google

† Ego Iordanus presbiter cardinalis tit. sancte Susanne ss.
† Ego Rollandus presbiter cardinalis tit. sancti Marci ss.
— † Ego Otto diaconus cardinalis sancti Georgii ad Velum ‖ aureum ss.
† Ego Gregorius diaconus cardinalis tit. sancti Angeli ss.
† Ego Iohannes diaconus cardinalis sancte Marie Nove ss.
† Ego Guido diaconus cardinalis sancte Marie in Porticu ss.
† Ego Iohannes diaconus cardinalis sanctorum Sergii et Bachi ss. (3)

Dat. Ferentini, per manum Mariniani, sancte Romane ecclesie scriptoris. III Kl. April. Indictione XIIII. Incarnationis dominice anno MCLI. Pontificatus vero domni EUgenii III pape anno VII.

Or. (Camaldoli, 30 Marzo 1151), im Archivio di Stato zu Florenz.

Perg. ital., br. 0,404 (doch rechts der Rand der Länge nach abgeschnitten, so dass ursprünglich c. 0,435), lang 0,495, unten c. 0,032 umgeschlagen, durch zwei Löcher geht die ursprünglich rosa Seidenschnur, woran das Bleisiegel Nr. 7 hängt. Faltung der Bullen. Initiale: ziemlich flache und einfache Uncialform. Worte etwas, doch wenig getrennt. Verewigung Nr. 4 P$^{\infty}$, dünnlinig, füllt 0,072. Kontextschrift zierlich, im ganzen steil, Majuskeln nach starkem Punkte etwas betont, g mit Halsstrich, um die Zeilen zu schliessen, bisweilen ein liegendes Rund-s angewandt. Zeilenweite c. 0,015. Die Amen Nr. 7 x 2 füllen, weit auseinander gestellt, die letzte Zeile. Rota Nr. 1, Durchmesser 0,054, von der letzten Zeile 0,005, von der linken Kante 0,079, vom Monogramm 0,17. Monogramm Nr. 2a, hoch 0,052, breit 0,038. Ringkreuz und Unterschrift von derselben dunklen Dinte, Umschrift hellere, könnte die des Hauptkörpers sein, auch die Hand. Die Unterschrift wurde von der Mitte an etwas zusammengedrängt. Datirung wohl von der Hand des Hauptkörpers, Mariniani *darin mit andererer Dinte eingetragen, doch scheint das* M *wieder Dinte für sich zu zeigen. Zeugenfirmen theilweise von verschiedener Hand und Dinte. Die Gregors tit. Calixti geht gedrückt unter die Rota weg. Unter der Datirung und dem Umgeschlagenen stand auf der Presbyterseite* + Ego Rollandus presbiter cardinalis tit. sancti Marci ss. *in kräftiger Schrift, wurde dann ausradiert, doch so, dass es noch genügend lesbar geblieben. Unmittelbar über der Datirung findet sich dieselbe Firma in kleinerer Schrift von durchaus anderer Hand und Dinte. Da jene auch ursprünglich ist, wird sie zuerst geschrieben sein, mit Rücksicht auf den knappen Raum zwischen Jordan und Datirung, dann aber von einem anderen Schreiber wegradirt und eine neue Firma, dem Kanzleibrauch entsprechend, noch über der Datirung eingeklemmt sein.*

Nr. 101.

Eugen III nimmt die Kollegiatkirche Santa Maria Maggiore zu Vercelli in apostolischen Schutz und bestätigt ihre Besitzthümer und Rechte, wofür sie jährlich einen Goldbyzantier zu zahlen hat [1]).

1151 Mai 2. Ferentino [2]).

Eugenius episcopus, servus servorum dei, dilectis filiis Iohanni, preposito beate Marie Vercellensis, eiusque fratribus, tam presentibus quam futuris, canonice substituendis, in perpetuum. Quotiens illud a nobis petitur, quod rationi et honestati convenire dinoscitur, animo nos decet libenti concedere et petentium desideriis congruum impertiri suffragium. Eapropter, dilecti in domino filii, vestris iustis postulationibus clementer annuimus et prefatam beate Marie ecclesiam, in qua divino mancipati estis obsequio, ad exemplar predecessoris nostri, felicis memorie pape Innocentii, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus et presentis scripti privilegio communimus. Statuentes, ut quascumque possessiones, quecumque bona in presentiarum iuste et canonice possidetis aut in futurum concessione pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium seu aliis iustis modis deo propitio poteritis adipisci, firma vobis vestrisque successoribus et illibata permaneant. In quibus hec propriis duximus exprimenda vocabulis: quartam partem oblationum et iudicatorum secundum antiquam ecclesie beati Eusebii et vestre consuetudinem, quemadmodum per sententiam venerabilium fratrum nostrorum, Littefredi Novariensis [3]) et Gisulfi Vercellensis [4]) episcoporum, vobis et ecclesie vestre adiudicate sunt, sextam partem Pascalie et Quarentene, quartam partem maioris apothece, decimas veteres et novalium, que iam ex(c)ulta sunt. Preterea concordiam, quam dilecti filii nostri, Guido tit. sancti Grisogoni [5]), Hubaldus tit. sancte Praxedis presbiteri cardinales [6]), tunc apostolice sedis legati, super iudicatis consuetudinibus et quibusdam obsequiis vestre

1) *Vergl. die Urk. Innocenz' II 1135—1143.* 2) *Im früheren Kirchenstaat.* 3) *Litifredus, Bischof von Novara, 1122—1151.* 4) *Gisulf II, Bischof von Vercelli, 1135—1148, zu beachten ist das Fehlen einer Memoration, wohl weil es aus der Urk. Innocenz II einfach herübergenommen.* 5) *Guido, Kardinalpriester tit. S. Chrysogoni, 10 Jan. 1140—20 Mai 1158.* 6) *Hubald, Kardinalpriester tit. S. Praxedis, 21 Jan. 1141—22 Sept. 1158.*

Digitized by Google

et beati Eusebii ecclesie exhibendis inter vos et canonicos ipsius ecclesie statuerunt et scripto firmaverunt [1]), favoris nostri munimine confirmantes decernimus, ut secundum antiquam consuetudinem vos et successores vestri in predicta ecclesia ordinarii [2]) sitis et ecclesiastica negocia cum illis insimul pertractetis. Sanctimus etiam, ut in eadem beate Marie ecclesia absque episcopi et communi aut sanioris partis fratrum eiusdem ecclesie consensu nullus ponatur sive canonicus statuatur. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat, prefatam ecclesiam temere perturbare aut eius possessiones auferre vel ablatas retinere, minuere aut aliquibus vexationibus fatigare, sed omnia integra conserventur eorum, pro quorum gubernatione (et) sustentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura, salva episcopi vestri canonica reverentia. Ad indicium autem huius a sede apostolica percepte protectionis bizantium aureum nobis nostrisque successoribus annis singulis persolvetis. Si qua igitur in futurum ecclesiastica secularisve persona, hanc nostre constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire temptaverit, secundo tertiove commonita, si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat et a sacratissimo corpore ac sanguine dei et domini, redemptoris nostri Iesu Christi, aliena fiat, atque in extremo examine districte ultioni subiaceat. Cunctis autem, eidem loco iusta servantibus, sit pax domini nostri Iesu Christi, quatenus et hic fructum bone actionis percipiant et aput districtum iudicem premia eterne pacis inveniant. Amen. Amen. Amen.

(R) Ego Eugenius catholice ecclesie episcopus ss. (M)
† Ego Imarus Tusculanensis episcopus ss.
† Ego Nicolaus Albanensis episcopus ss.
† Ego Hubaldus presbiter cardinalis tit. sancte Praxedis ss.
† Ego Manfredus presbiter cardinalis sancte Savine ss.
† Ego Aribertus presbiter cardinalis tit. sancte Anastasie ss.
† Ego Iulius presbiter cardinalis tit. sancti Marcelli ss.
† Ego Guido presbiter cardinalis tit. Pastoris ss.
† Ego Octavianus presbiter cardinalis tit. sancte Cecilie ss.
† Ego Rollandus presbiter cardinalis tit. sancti Marci ss.
† Ego Gerardus presbiter cardinalis tit. sancti Stephani in Celio monte ss.
† Ego Iohannes paparo presbiter cardinalis tit. sancti Laurentii in Damaso ss.
† Ego Otto diaconus cerdinalis sancti Georgii ad Velum aureum ss.
† Ego Gregorius diaconus cardinalis sancti Angeli ss.
† Ego Iohannes diaconus cardinalis sancte Marie nove ss.
† Ego Guido diaconus cardinalis sancte Marie in Porticu ss.
† Ego Iacintus diaconus cardinalis sancte Marie in Cosmydyn ss.
† Ego Iohannes diaconus cardinalis sanctorum Sergii et Bachi ss.

Dat. Ferentini, per manum Bozonis, sancte Romane ecclesie scriptoris. VI Non. Maii. Indictione XIIII. Incarnationis dominice anno MCLI. Pontificatus vero domni Eugenii III pape anno VII.

Zwei Kopien des 15 Jahrh., im Archivio Capitolare zu Vercelli.

Nr. 102.

Eugen III nimmt das Domkapitel von Mantua in apostolischen Schutz und bestätigt ihm seine Besitzthümer [3]).

1151 Mai 6. Ferentino.

Eugenius episcopus, servus servorum dei, dilectis filiis Rigizoni, archipresbitero ecclesie Mantuane, eiusque fratribus, tam presentibus quam futuris, canonice substituendis, IN PPM. — | Iustis votis assensum prebere iustisque petitionibus aures accomodare nos convenit, qui, licet indigni, iustitie cultores atque precones in excelsa apostolorum principum Petri ac Pauli specula positi, domino disponente, conspicimur. Eapropter, dilecti

1) *Vergl. die Urk. vom 17 April 1146.* 2) *Dignitas in ordine canonicorum regularium. Du Cange, Gloss. IV p. 726.* 3) *Vergl. Studi al municip. di Mantova I p. 174.*

Digitized by Google

in domino filii, vestris iustis postulationibus clementer annuimus, et prefatam ecclesiam, in qua divino mancipati estis obsequio, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus et presentis scripti privilegio communimus. Statuentes, ut quascumque possessiones, quecumque bona eadem ecclesia in presentiarum iuste et canonice possidet, aut in futurum concessione pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium seu aliis iustis modis deo propitio poterit adipisci, firma tibi tuisque successoribus et illibata permaneant. In quibus hęc propriis duximus exprimenda vocabulis: ecclesias sancti Michaelis, sanctę Crucis, sanctę Marię matris domini, ecclesiam sancti Alexandri, ecclesiam sanctę Trinitatis, ecclesiam sancti Stephani, ecclesiam sancti Zenonis, ecclesiam sanctorum Symeonis et Iude, ecclesiam sancti Egidii, extra civitatem ecclesiam sancti Thomę, ecclesiam sancti Silvestri, ecclesiam sancte Marie in prato Lamberti, ecclesiam sancti Celestini in Pletula, ecclesiam sancti Nicolai in Casaleto, ecclesiam sancti Cassiani, ecclesiam sancti Georgii et sancti Viti supra locum cum pertinentiis earum, villam de Pletule, pratum Lamberti, medietatem Volte et medietatem Cerete, et quicquid iuris habetis in ecclesiis eorundem locorum, Casaletum cum curte sancti Cassiani, decimas totius civitatis et Bagneoli, Fornicate, Ceresię et Runcorum, Armanoris, item decimas sancti Thome et sancti Silvestri, Castri novi, Asili usque ad Ludulum, a ripa Mintii usque ad flumen Larioris a), tres a) partes a) decimarum a) de Formicosa, decimam b) de Cepata et b) de curte et guarda sancti Georgii. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat, prefatam ecclesiam temere perturbare aut eius possessiones auferre vel oblatas retinere, minuere aut aliquibus vexationibus fatigare, set omnia integra conserventur eorum, pro quorum gubernatione et sustentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura, salva sedis apostolice auctoritate et diocesani episcopi c) canonica iustitia. Si qua igitur in futurum ecclesiastica secularisve persona, hanc nostre constitutionis paginam sciens, contra eam venire temptaverit, secundo tertiove commonita, si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo corpore ac sanguine dei et domini, redemptoris nostri Iesu Christi, aliena fiat, atque in extremo examine districte ultioni subiaceat. Cunctis autem, eidem loco iusta servantibus, sit pax domini nostri | Iesu Christi, quatenus et hic fructum bonę actionis percipiant et apud districtum iudicem premia eternę pacis inveniant. Amen. A-m. Amen.

(R) Ego Eugenius catholicę ecclesię episcopus ss. (M)
† Ego Imarus Tusculanensis episcopus ss.
† Ego Nicolaus Albanensis episcopus ss. (6)
— † Ego Hubaldus presbiter cardinalis tit. sancte Praxedis ss. (1)
† Ego Aribertus presbiter cardinalis tit. sanctę Anastasie ss.
† Ego Guido presbiter cardinalis tit. Pastoris ss.
† Ego Astaldus presbiter cardinalis tit. sanctę Priscę ss.
† Ego Rolandus presbiter cardinalis tit. sancti Marci ss.
† Ego Gerardus presbiter cardinalis tit. sancti Stephani in Celio monte ss.
† Ego Iohannes paparo presbiter cardinalis tit. sancti Laurentii in Damaso ss.
— † Ego Otto diaconus cardinalis sancti Georgii ss. (1)
† Ego Iohannes diaconus cardinalis sancte Marie nove ss. (1)
† Ego Guido diaconus cardinalis sancte Marie in Porticu ss. (1)
† Ego Iohannes diaconus cardinalis sanctorum Sergii et Bachi ss. (1)

Dat. Ferentini, per manum Bosonis, sanctę Romane ecclesię scriptoris. II. Non. Maii. Indictione XIIII. Incarnationis dominice anno MCLI. Pontificatus vero domni EUGENII III pp. anno VII.

Or. und Transsumpt vom Jahre 1350, im Archivio Capitolare zu Mantua.

Perg. ital., br. 0,525, lang 0,635, unten 0,033 umgeschlagen, durch zwei Löcher geht die rothbraune Seidenschnur, deren Bleisiegel verloren. Faltung der Bullen. Initiale: wenig verziert, Uncialform. Verewigung Nr. 1 Pr⌣⌒, füllt 0,079, im IN *mehr betont, als im* PPM. *Amen Nr. 7 x 2. Rota Nr. 1, Durchmesser 0,062. Monogramm Nr. 4b, hoch 0,06, breit 0,037. Ringkreuz und Unterschrift zeigen gleiche Hand und Dinte. Von den Zeugen sind wohl die Diakonen Otto, Guido und Johannes (Sergii et Bachi), wahrscheinlich auch die beiden Bischöfe von derselben Hand geschrieben.* Bosonis *in der Datirung ist nachgetragen. Die Urkunde hat durch Feuchtigkeit stark gelitten.*

---

a) *auf Rasur* b) *von* cim *bis* et *auf Rasur* c) *über* epi *Abbreviaturzeichen von anderer Dinte.*

Digitized by Google

Nr. 103.

Eugen III bestätigt dem Abte Uberto von San Benedetto Po (D. Mantova) die Besitzthümer und Rechte seines Klosters, welches er in apostolischen Schutz nimmt, wofür es jährlich zwei Goldstücke an die Kurie zu entrichten hat [1]).

1151 Juni 13. Ferentino.

Eugenius episcopus, servus servorum dei, dilecto in Christo filio Uberto, abbati venerabilis monasterii sancti Benedicti, quod super Padum situm est, eiusque successoribus regulariter substituendis, in ppm. Commisse nobis apostolicę sedis nos hortatur auctoritas, ut locis et personis, ipsius auxilium devotione debita im[plorantibus], presidium impendere debeamus; quia, sicut iniusta poscentibus nullus est tribuendus effectus, sic legittima et iusta desiderantium nulla est differenda petitio; presertim eorum, qui cum honestate vitę et laudabili morum compositione gaudent omnipotenti domino deservire. Eapropter, dilecte in domino fili, tuis i[ustis postulationibus] clementer annuimus, et predecessorum nostrorum felicis memorię Pascalis [2]), Urbani [3]), Calixti [4]) et Innocentii [5]), Romanorum pontificum, vestigiis inherentes predictum monasterium, quod utique ad ius et proprietatem sedis apostolicę specialiter noscitur pertinere, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus et prese[ntis scripti patrocinio] communimus. Statuentes, ut quascumque possessiones, quęcumque bona idem cenobium in presentiarum iuste et legitime possidet, aut in futurum concessione pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium seu aliis iustis modis, prestante domino, poterit adipisci, firma tibi t[uisque successoribus] et illibata permaneant. In quibus hęc propriis nominibus annotanda subiunximus: totam videlicet insulam, quę dicitur sancti Benedicti super Padum, cum ecclesia sancti Floriani, ecclesia sancti Pauli et ecclesia sancti Syri et omnibus decimis ipsius insulę ac silvę et piscationibus suis, ecclesia sancti Blasii cum tota [insula que dicitur] Gurgo et silva atque adiacentibus paludibus, castrum Custellum cum villa et ecclesia sancti Bartholomei cum decimis omnibus et reliquis ad ipsum pertinentibus, villam Capud vici, villam Gabianam cum ecclesia sancti Andreę cum decimis et pertinentiis suis, ecclesiam sancti Venerii de [Marceneto] cum medietate eiusdem castri, Casale barbatum cum baptismali ecclesia sanctę Marię et capella sancti Laurentii, Septingentum cum baptismali ecclesia sancti Michaelis cum ripatico de transitu navium et terra ad ipsam ripam pertinente, usu(m) silvarum de Vallars et de Pauleto, sicut [ipsum sancti] Benedicti monasterium a suo possedit fundamento, ita cum glandiatico porcorum et hominum vestrorum in Pauleto et Carpeneto vobis firmamus, capellam in Labiola, capellam sancti Iohannis in Burbassio cum pertinentiis suis, capellam sancti Mathei in Nucetulo cum ipsa villa, capellam sanct[i Valen]tini de Maringo cum pertinentiis suis; in episcopatu Brixiensi [6]) ęcclesiam sancti Viti apud Medulam cum terris ad eam pertinentibus; in Ferriarensi [7]) prope civitatem ecclesiam sanctę Agathę, apud castrum Ficariolum ecclesiam sancti Benedicti cum pertinentibus suis, monasterium sancti Cesar[ii . . . . . .] curte que vocatur Gulzacara; in Bononiensi [8]) ecclesiam sancte Marię de Lambriano, sancti Iohannis de Dalmantiatico; in Parmensi [9]) ecclesiam sancti Leonardi prope civitatem sitam, et sancti Michaelis infra ipsam civitatem, ecclesiam sancti Michaelis in loco qui dicitur Telliore, capellam sancti Mich[aelis] de Cotrelione [a]); in Vercellensi monasterium sancti Cypriani cum villa Conca, et ecclesiam sancti Leonardi in eadem villa, villam Fogalanam [b]) cum aliis terris ad idem monasterium pertinentibus; in Trivisiano [10]) ecclesiam sanctę Helenę de Tarsaria [c]); Mantuę [11]) hospitalem domum a comitissa Matild[e constructam] et vestro monasterio commissam cum capella sancti Martini et omnibus pertinentiis suis, in loco qui dicitur Villulę baptismalem ecclesiam sanctę Marię cum decimis et tota curtę, apud Gunzagam [d]) monasterium sancti Benedicti cum capella sanctę Marie infra castrum cum decimis et terris eius[dem ville quas usque] hodie idem monasterium possidet, in castro Ariole ecclesiam sancti Petri, ecclesiam sancti Syxti de Lecto paludano, in episcopatu Lucensi [12]) monasterium sancti Salvatoris de Sexto cum omnibus pertinentiis suis, monasterium sancti Martini in Colle cum duabus ecclesiis, vid[elicet sancte Marie de Turri]clo et sancti Salvatoris iuxta castrum Vivenarium, ecclesiam

a) Coturlione *25 Juni 1132* b) Fogolanam *25 Juni 1132* c) Tassaria *25 Juni 1132* d) Gonzagiam *25 Juni 1132*. — .1) *Vergl. die Urk. vom 25 Juni 1132 und vom 6 September 1148.* 2) *Urk. vom 20 März 1105.* 3) *Scheint nicht erhalten zu sein.* 4) *Urk. vom 1 Juni 1124.* 5) *Urk. vom 25 Juni 1132.* 6) *Brescia.* 7) *Ferrara.* 8) *Bologna.* 9) *Parma.* 10) *Treviso.* 11) *Mantua.* 12) *Lucca.*

Digitized by Google

sancti Bartholomei, et ecclesia(m) sancti Michaelis iuxta civitatem Lucensem. In Paduano [1]) episcopatu ad meliorationem et reformationem religionis committimus tibi tuisque success[oribus] duo [monasteria que beati Petri iuris] existant, videlicet sanctę Marię de Pratalia et sancte Crucis de campo Syon cum pertinentiis suis; in episcopatu Veronensi [2]) apud Bardolinum ecclesiam sanctę Christinę [a]), et in civitate capellam sancti Egidii. Si qua alia monasteri[a vel ecclesias iuste adquisieris, sedis apostolice] auctoritate tibi permittimus, salvo iure episcopali, ad cuius diocesim pertinebunt. Sane in prioratibus et cellis, quę vestro regimi[ni subiectę sunt vel erunt, nullus futuri]s temporibus abbates or[dinare presuma]t. Omnes autem ecclesię se[u capellę vel cimiteria, que in vestra potestate] consistunt vel subsistent, libera sint et omnis exactionis immunia, et illis, qui se in eis sepellire deliberaverint, nisi forte excommun[icati vel interdicti sint, [nullus obsistat. Nec cellar]um vestrarum, ubilibet positarum, fratres interdictione vel excommuni[catione parrochię divinorum officiorum] suspensionem patiantur, set tam monachi ipsi, quam famuli eorum et qui se professioni monastice devoverunt, clausis ęcclesię i[anuis, non admissis diocesanis, divine servitutis officia debita peragant. Laicos vel clericos seculari[ter viventes ad conversionem per loca vestra] suscipere, nullius contradictio vos inhibeat, nisi et ipsi excommunicati sint. Porro in vestro cenobio et in ecclesiis ei subiectis [missas publicas per episcopos fieri omnim]odo prohibemus, ne in servorum dei recessibus occasio prebeatur ulla conventibus. Obeunte vero te, [nunc eiusdem loci] abbate, abbas a fratribus ipsius monasterii secundum regulam sancti Benedicti eligatur. Electus ab episcopo Mantuano, si ca[tholicus fuerit, sine omnis] exactione muneris aut servitii aut usurpatione conditionis benedicatur; sin alias, Ro[manum presulem expet]at consecrandus. Clericos monasterii sine professionis vel conditionis cuiuslibet (exactione?) sponte et libenter ab abbate [invitatus ordi]net. Oratoria, ab eis in locis constructa, ubi eiusdem [b]) monasterii necessitas poposcerit, gratis consecr[et. Chrisma, oleum] sanctum monasterio vel eius ecclesiis baptismalibus sponte indulgeat. Quod si catholicus non fuerit, et si ultra aliquod illicitum pro his usurpare voluerit, liceat abbati, catholicum, quem voluerit, adire antistitem, et quecumque necessitas expetit, ab eo [recipere]. Concedimus etiam, ut nec Mantuano episcopo nec ulli episcopo vel archiepiscopo aut alicui persone facultas sit, abbatem et monachos, cenobium vestrum aut cellas vestras et conversantes illic fratres, monachos sive clericos, excommunicare vel interdicere. N[ec episcopis] aut episcoporum ministris liceat, claustri vestri vel cellarum fratres inquietare pro helimosinis, quas de suo iure quisquam pro vivorum seu defunctorum salute optulerit, set eas in usus congruos dispensandas preter eorum calumpnias recipere, nisi forte excom[muni]cati sint, licentiam habeatis. Ecclesiarum sive altarium consecrationes et ecclesiasticorum ordinum promotiones, congregationis vestrę fratres, monachi sive clerici, ab episcopis, in quorum diocesibus sunt, reverenter accipiant, siquidem gratis ac sine ullius condit[ionis] exactione voluerint exhibere; alioquin a catholico, quem maluerint, episcopo consecrationum ipsarum sacramenta suscipiant. Decimas quoque fructuum laborum vestrorum, quos propriis excolitis sumptibus, quietas vobis et illibatas manere concedimus nec vos super hoc aut ab episcopis, aut ab eorum ministris inquietari permittimus. Pactum vero, quod inter predecessorem tuum, Albericum abbatem, et Ugonem, bonę memorię Mantuanum episcopum [3]) in presentia venerabilium fratrum nostrorum Bernardi, qui tunc temporis apostolice [sedis] presbiter cardinalis et legatus, post Parmensis episcopus fuit [4]), B[o]ni senioris Regini [5]) et Dodonis Mutinensis [6]) episcoporum, definitum et scripto firmatum est, ratum et stabile manere precipimus. Conventionem quoque ex sententia venerabilis fratris nostri Gu[alterii, Ravennat]is archiepiscopi [7]), ante predecessorem tuum, Heinricum abbatem et Antinulfum [c]), abbatem sancti Prosperi de Regio [8]), super decimis de Custello et Runco Guntardi et de terra Montecli, quę est in territorio Parmensi, factam, et pactum quod de hospitali [domo, quam Mantue] predicta Matildis comitissa construxit, inter Manfredum, abbatem sancti Andreę, et Ubertum, priorem sancti Benedicti, ex sententia Manfredi, Mantuani episcopi [9]), statutum est, firma et immutabilia servari

---

a) Chrispine *25 Juni 1132* b) evidens *25 Juni 1132* c) Arnulfum *25 Juni 1132.*

1) *Padua.* 2) *Verona.* 3) *Hugo, Bischof von Mantua, 1102—1109.* 4) *Bernhard war Presbyter card. tit. S. Grisogoni, seit 1106—1133 Bischof von Parma.* 5) *Bonsignore, Bischof von Reggio, 1099—1130.* 6) *Dodo, Bischof von Modena, 1100—1136.* 7) *Walter, Erzbischof von Ravenna, 1119—1144.* 8) *S. Prospero di Reggio.* 9) *Manfred, Bischof von Mantua, 1109—1140.*

Digitized by Google

decernimus. Ad hoc quieti monasteri[i vestri attentius pro]videntes, censemus, ut neque a patriarcha neque ab episcopo quolibet abbas vel fratres monasterii vestri, dimisso claustro, sinodales, qui annuatim fieri solent, cogantur adire conventus. Ad indicium autem percepte huius a sede apostolica liberta[tis duas auri uncias] et pro prefato monasterio sanctorum Firmi et Rustici duos a) aureos quotannis Lateranensi palatio persolvetis. Nulli ergo omnino hominum fas sit, prenominatum monasterium temere perturbare aut eius possessiones auferre vel ablatas retinere, minuere aut a[liquibus v]exationibus fatigare, set omnia vestris usibus integra conserventur. Si qua igitur in futurum ecclesiastica secularisve persona, hanc nostre constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire temptaverit, secundo tertiove commonita, si non satisfactione congrua [emenda]verit, potestatis honorisque sui careat dignitate reumque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo corpore ac sanguine dei et salvatoris nostri Iesu Christi fiat aliena, atque in extremo examine dist[ricte] ultioni subiaceat. Cunctis autem, eidem loco iusta servantibus, sit pax domini nostri Iesu Christi, quatinus et hic fructum bone actionis percipiant et apud districtum iudicem premia eterne pacis inveniant. Am. Am. Am.

(R) Ego Eugenius catholice ecclesie episcopus ss. (M)
† Ego Nicholaus Albanus episcopus ss.
† Ego Hubaldus presbiter cardinalis tit. sancte Praxedis ss.
† Ego Manfredus presbiter cardinalis tit. sancte Savine ss.
† Ego Aribertus presbiter cardinalis tit. sancte Anastasie ss.
† Ego Iulius presbiter cardinalis tit. sancti Marcelli ss.
† Ego Hubaldus presbiter cardinalis tit. sancte Crucis in Ierusalem ss.
† Ego Wido presbiter cardinalis tit. sancti Pastoris ss.
† Ego Rolandus presbiter cardinalis tit. sancti Marci ss.
† Ego Gerardus presbiter cardinalis tit. sancti Stephani in monte Celio ss.
† Ego Gregorius diaconus cardinalis sancti Angeli ss.
† Ego Iohannes diaconus cardinalis sancte Marie nove ss.
† Ego Wido diaconus cardinalis sancte Marie in Porticu ss.
† Ego Iacintus diaconus cardinalis sancte Marie in Cosmidin ss.
† Ego Iohannes diaconus cardinalis sanctorum Sergii et Bachi ss.

Dat. Ferentini, per manum Bosonis, sancte Romane ecclesie scriptoris. Idus Iun. Indictione XIIII. Incarnationis dominice anno MCLI. Pontificatus vero domni Eugenii III pp. anno VII.

Kopialurkunde des 12 Jahrh. († † D. 22), im Archivio Arcivescovile zu Lucca.

Beachtenswerth ist, dass diese Urkunde sich im erzbischöflichen Archive zu Lucca, nichts von ihr dagegen in Mailand findet, wo die meisten der übrigen Diplome von San Benedetto untergebracht sind. Im Ganzen sind die Urkunden dieses reichen Klosters stark verstreut.

Nr. 104.

Eugen III nimmt das Kloster San Lorenzo d'Aversa in apostolischen Schutz und bestätigt dessen Besitzthümer und Rechte.

1151 September 6. Segni.

Eugenius episcopus, servus servorum dei, dilecto filio Nicholao, abbati venerabilis monasterii sancti Laurentii, quod iuxta civitatem Aversanam situm est, eiusque fratribus, tam presentibus quam futuris, regularem vitam professis, IN PPM. — | Quoniam sine vere cultu religionis nec caritatis unitas potest subsistere nec deo gratum exhiberi servitium, expedit apostolice auctoritati, religiosas personas diligere et venerabilia loca, maxime que beati Petri iuris existunt et ad Romanam specialiter spectant ecclesiam, sedis apostolice munimine confovere. Eapropter, dilecti in domino filii, vestris iustis postulationibus clementer annuimus et prefatum monasterium, in quo divino mancipati estis obsequio, ad exemplar predecessoris nostri, felicis memorie pape PASCHALIS, sub ipsius apostolorum principis et nostra protectione suscipimus et presentis scripti privilegio communimus. Statuentes, ut quascumque possessiones, quecunque bona idem

a) *Auf Rasur.*

Digitized by Google

monasterium in presentiarum iust[e e]t canonice possidet aut in futurum, concessione pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium seu aliis iustis modis deo propitio poterit adipisci, firma vobis vestrisque successoribus et illibata permaneant. Decimas autem propriorum laborum et operum nullus ab eodem monasterio exigat. Missas vero publicas ab episcopo in eodem monasterio celebrari, stationes fieri, processiones deduci absque abbatis vel fratrum voluntate omnimodis prohibemus, ne in servorum dei recessibus secularibus occasio prebeatur ulla conventibus. Episcopo etiam alicui locum, abbatem vel fratres ipsos excommunicare, interdicere vel ad synodum vocare sine licentia Romani pontificis nullatenus liceat. Crisma, oleum sanctum, consecrationes altarium seu basilicarum, ordinationes monachorum, qui ad sacros ordines fuerint promovendi, a diocesano suscipietis episcopo, siquidem catholicus fuerit et gratiam atque communionem sedis apostolice habuerit et ea gratis et absque pravitate vobis voluerit exhibere; alioquin liceat vobis, catholicum, quem malueritis, adire antistitem, qui nostra fultus auctoritate, quod postulatur, indulgeat. Capellanos, qui cellas et ecclesias eiusdem monasterii regunt, [ni]si pro certis et iustis causis excommunicari vel ab officio s[uspendari a]liquo episcopo prohibemus. Obeunte vero te, nunc eiusdem loci abbate, vel tuorum quolibet successorum, nullus ibi qualibet su[rreptionis astutia] seu violentia preponatur, nisi quem fratres communi [consensu vel fratrum pars] consilii sanioris de eadem congregatione, si idoneus repertus fuerit, secundum deum et beati Benedicti regul[am providerint eligendum;] quod, si apta inter vos persona invenire nequiverit [a]), tunc de aliis monasteriis electionem canonice faciatis; electus autem a Romano pontifice benedictionis gratiam consequatur. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat, prefatum monasterium temere perturbare aut eius possessiones auferre vel ablatas retinere aut aliquibus vexationibus fatigare, sed omnia integra conserventur eorum, pro quorum gubernatione et sustentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura, salva in omnibus apostolice sedis auctoritate. Si qua igitur in futurum ecclesiastica secularisve persona, hanc nostrę constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire temptaverit, secundo tertiove commonita, si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitatate cognoscat, et a sacratissimo corpore ac sanguine dei et domini, redemptoris nostri Iesu Christi, aliena fiat, atque in extremo examine districte ultioni subiaceat. Cunctis | autem, eidem loco iusta servantibus, sit pax domini nostri Iesu Christi, quatenus et hic fructum bone actionis percipiant et apud districtum iudicem premia eternę pacis inveniant. Amen. A-m. Amen. —

(R) Ego Eugenius catholicę ecclesię episcopus ss. (M)
— † Ego Hubaldus presbiter cardinalis tit. sancte Praxedis ss.
† Ego Arimbertus presbiter cardinalis tit. sancte Anastasie ss.
† Ego Iulius presbiter cardinalis tit. sancti Marcelli ss.
† Ego Bernardus presbiter cardinalis tit. sancti Clementis ss.
† Ego Rollandus presbiter cardinalis tit. sancti Marci ss.
— † Ego Gregorius diaconus cardinalis sancti Angeli ss.
† Ego Iohannes diaconus cardinalis sancte Marie nove ss.
† Ego Iohannes diaconus cardinalis sanctorum Sergii et Bachi ss. (2)

Dat. Signie, per manum BOSONIS, sanctę Romanę ecclesię scriptoris. VIII Id. Sept. Indictione XIIII. Incarnationis dominicę anno MCLI. Pontificatus vero domni EUgenii III PP. anno VII. —

Or. (Pergameni di Curia eccl. I), im Archivio di Stato; Abschrift des Dipl. di S. Lorenzo d'Aversa p. 44, im Besitze des Professors Capasso zu Neapel.

Or. Perg. ital., br. 0,615, lang 0,63, das Umgeschlagene abgeschnitten, durch zwei Löcher ging die Schnur, welche mit dem Siegel verloren. Initiale: verzierte Uncialform mit langen Schnitten, Verewigung Nr. 4°°, starkstrichig, füllt 0,07. Worte stark getrennt, Majuskeln nach einem starken Punkte betont. Amen Nr. 7 x 2. Rota Nr. 1, Durchmesser 0,06. Monogramm Nr. 2b, breit 0,034, hoch 0,063. Ringkreuz und Unterschrift von gleicher Hand und Dinte. Umschrift wohl von anderer Hand. Datirung vom Hauptkörperschreiber, Bosonis *darin nachgetragen. Mit ziemlicher Sicherheit ist zu sagen, dass die Presbyterfirmen alle von der nämlichen Hand und Dinte herrühren, von abweichender, aber wieder unter sich gleicher, wurden die Diakonen geschrieben.*

a) *Zwischen* i *und* t *Rasur.*

Digitized by Google

Nr. 105.

Eugen III nimmt das Kloster San Salvatore di Gossolengo (D. Piacenza) in apostolischen Schutz und bestätigt dessen Besitzthümer.

1151 November 28. Segni.

Eugenius episcopus, servus servorum dei, dilectis filiis Sansoni, priori monasterii sancti Salvatoris, quod in territorio Placentino iuxta Goxolengum (situm est), eiusque fratribus, tam presentibus quam futuris, regulariter substituendis, in perpetuum. Desiderium, quod ad religionis propositum et animarum salutem pertinere noscatur, auctore deo sine aliqua est dilacione complendum. Eapropter, dilecti in domino filii, vestris iustis peticionibus clementer annuimus, et prefatum monasterium, in quo divino mancipati estis obsequio, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus et presentis scripti privilegio communimus. Statuentes, ut quascumque possessiones, quecumque bona idem monasterium in presenciarum iuste et canonice possideat, aut in futurum concessione pontificum, largicione regum vel principum, oblacione fidelium seu aliis iustis modis deo propicio poterit adipisci, firma vobis vestrisque successoribus et illibata permaneant. In quibus hec propriis duximus exprimenda nominibus: locum ipsum, in quo antefatum monasterium situm est, cum omnibus pertinentiis suis, pontem Trebie cum bonis et omnibus pertinenciis suis, quemadmodum a bone memorie Arduino, Placentino episcopo [1]), et Nicolao, rectore ipsius pontis, atque consulibus Placentinis monasterio vestro sancte Marie de Pulsano racionabili providencia concessum est. Sane laborum vestrorum, quos propriis manibus aut sumptibus colitis, sive de nutrimentis vestrorum animalium nullus omnino a vobis decimas exigere presumat. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat, prefatum monasterium temere perturbare aut eius possessiones auferre vel ablatas retinere aut aliquibus vexacionibus fatigare, sed omnia integra conserventur, vestris et aliorum, pro quorum gubernacione et substentacione concessa sunt, usibus omnimodis profutura, salva sedis apostolice auctoritate. Si qua igitur in futurum ecclesiastica secularisve persona, hanc nostre constitucionis paginam sciens, contra eam temere venire temptaverit, secundo terciove commonita, si non satisfacione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo corpore ac sanguine dei et domini, redemptoris nostri Iesu Christi, aliena fiat, atque in extremo examine districte ulcioni subiaceat. Cunctis autem, eidem loco iusta servantibus, sit pax domini nostri Iesu Christi, quatenus et hic fructum bone ac(t)ionis percipiant et apud districtum iudicem premia eterne pacis inveniant. Amen. Amen. Amen.

(R) Ego Eugenius catholice ecclesie episcopus ss. (M)
† Ego Imarus Tusculanus episcopus ss.
† Ego Nicolaus Albanensis episcopus ss.
— † Ego Hubaldus presbiter cardinalis tit. sancte Praxedis ss.
† Ego Aribertus presbiter cardinalis tit. sancte Anastasie ss.
† Ego Iulius presbiter cardinalis tit. sancti Marcelli ss.
† Ego Hubaldus presbiter cardinalis tit. sancte Crucis in Ierusalem ss.
† Ego Bernardus presbiter cardinalis tit. sancti Clementis ss.
— † Ego Gregorius diaconus cardinalis sancti Angeli ss.
† Ego Cencius diaconus cardinalis sancte Marie in Aquiro (ss).

Dat. Signie, per manum Bosonis, sancte Romane ecclesie scriptoris. IIII Kl. Decemb. Indictione XV. Incarnationis dominice anno MCLI. Pontificatus vero domni Eugeni(i) pape III anno VII.

Abschrift vom 14 oder 15 Jahrh. des Registrum Magnum p. 562, im Archivio Municipale zu Piacenza.

Nr. 106.

Eugen III bestätigt dem Domkapitel von Pistoia den Besitz des Hospitals von Ombroncello mit allem Zubehör [2]).

1151 December 11. Segni.

Eugenius episcopus, servus servorum dei, dilectis filiis Verno, Pistoriensis ecclesię preposito, eiusque fratribus, tam presentibus quam futuris, canonice substituendis

1) *Arduin, Bischof von Piacenza, c. 1118 — c. 1147.* 2) *Vergl. die Urk. vom 8 Februar 1154.*

Digitized by Google

IN PPM. — | Desiderium, quod ad religionis propositum et animarum salutem pertinere monstratur, deo auctore sine aliqua est dilatione complendum. | Eapropter, dilecti in domino filii, vestris iustis postulationibus clementer annuimus, et predecessoris nostri, felicis memorię URBANI pape II vestigiis inherentes [1]), hospitalem domum de Umbroncello [2]), quam decessores vestri studiis et impensis suis construxisse noscuntur, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus et presentis scripti pagina communimus. Statuentes, ut quascumque possessiones, quecumque bona predicta domus in presentiarum iuste et canonice possidet, aut in futurum concessione pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium seu aliis iustis modis deo propitio poterit adipisci, firma ei et illibata permaneant. In quibus hec propriis duximus exprimenda nominibus: decimarum, que vobis a populo dantur, pars decima et laborum vestrorum decimę, quemadmodum ab eisdem predecessoribus vestris unanimiter statutum est. Preterea eiusdem tenoris privilegium ceteris quoque per vestrum episcopatum sitis hospitalibus indulgemus, ei videlicet, quod iuxta villam Quarratam edificatum est, ei, quod iuxta Caprariam oppidum, ei, quod in prato, quod dicitur Episcopi, et quod iuxta locum, qui dicitur Crux Brandeliana, ei quoque, quod in Brisceto predecessorum vestrorum studiis impensisque edificatum est. Quod nimirum predicto vestro a) xenodochio de Umbroncello, quemadmodum a memorato predecessore nostro statutum est, perpetuis temporibus subiectum esse decernimus. Quia vero extra urbes he hospitales domus consistunt, huius privilegii decreto statuimus, ut intra unum stadium nemo iuxta eas aliquem capere, predari aut hostiliter disturbare presumat. Quarum b) omnium ordinationes ac dispositiones vobis vestrisque successoribus duximus committendas, ut eorum, qui in vobis religiosiores fuerint, voluntate communi, communicato etiam fratrum Vallisumbrosiane consilio, consensu quoque vestri episcopi, si catholicus fuerit et religiosus, adhibito, rectores eisdem domibus preponantur, qui secundum deum earum curam habere et pauperibus, eo convenientibus, sollicite ministrare procurent. Decernimus ergo, ne ulli omnino hominum liceat, easdem c) domos d) temere perturbare aut in eisdem e) aliquem capere aut eis f) subditas possessiones auferre, minuere vel temerariis vexationibus fatigare, set omnia integra conserventur eorum, pro quorum sustentatione concessa sunt, usibus eorumque saluti, qui obtulerint, profutura. Sane si quis in crastinum archiepiscopus, episcopus, imperator aut rex, princeps aut dux, comes aut vicecomes aut iudex aut persona quelibet magna vel parva, potens aut impotens, huius nostri g) privilegii paginam sciens, contra eam temere venire temptaverit, secundo tertiove commonitus, si non satisfactione congrua emendaverit, a Christi et ecclesię corpore eam auctoritate potestatis apostolicę segregamus. Hi autem, qui ob dei proximique dilectionem et sedis apostolicę reverentiam predictas domos suis bonis ditare et exaltare curaverint, dei apostolorumque eius | benedictione et peccatorum absolutione donentur, qua adiuti ad vitam perveniant sempiternum. Amen. — A-m. — Amen. —

(R) Ego Eugenius catholicę ecclesię episcopus ss. (M)
† Ego Imarus Tusculanus episcopus ss.
† Ego Nicolaus Albanus episcopus ss. (6)
— † Ego GG. (Gregorius) presbiter cardinalis tit. Calixti ss.
† Ego Hubaldus presbiter cardinalis tit. [sancte] Praxedis ss.
† Ego Manfredus presbiter cardinalis tit. sancte Savine ss.
† Ego ARibertus presbiter cardinalis tit. sancte Anastasie ss.
† Ego Iulius presbiter cardinalis tit. sancti Marcelli ss.
† Ego Hubaldus presbiter cardinalis tit. sancte Crucis in Ierusalem ss.
† Ego Guido presbiter cardinalis tit. Pastoris ss.
† Ego Gerardus presbiter cardinalis tit. sancti Stephani in Celio monte ss.
—† Ego Oddo diaconus cardinalis sancti Georgii ad Velum aureum ss. (1)
† Ego Iohannes diaconus cardinalis sancte Marie nove ss.
† Ego Guido diaconus cardinalis sancte Marie in Porticu ss. (1)
† Ego Iohannes diaconus cardinalis sanctorum Sergii et Bachi ss. (2)

---

a) *Dahinter Rasur* b) *im ersten* u *korrigirt* c) as *auf Rasur von anderer Dinte* d) os *wie das vorige* e) eis *und Theil des* d *wie Amm.c* f) *das* s *mit der Dinte von Amm.c nachgetragen* g) i *aus* a *korrigirt.* — — .1) *Vergl. Pflugk-Harttung, Iter Italicum p. 205 Nr. 213.* 2) *Umbroncello, Ombroncello di Pistoia (detto anche Gora d'Ombroncello, o Gora di Gora) è una deviazione delle acque dell' Ombrone Pistoiese, che si forma nel suburbio settentrionale di Pistoia, a circa due miglia dalla città. Diede nome a un' antica chiesa, S. Michele in Gora, e al comunello Gora di Gora (Cesare Paoli).*

Digitized by Google

Dat. Signię, per manum Bosonis, sanctę Romanę ecclesię scriptoris. III Idus Decemb. Indictione XV. Incarnationis dominice anno MCLI. Pontificatus vero domni EUGENII PP. III anno VII.

Or. (Capit. di Pistoja, 1151 Dic. 11), im Archivio di Stato zu Florenz.

Perg. ital., br. 0,493, lang 0,665, unten c. 0,035 umgeschlagen, durch zwei Löcher geht eine ursprünglich rosa Seidenschnur, deren Bleisiegel lose erhalten. Faltung der Bullen. Initiale: flache, verzierte Uncialform. Worte der ersten Zeile genügend getrennt, wiederholt ist ein dreifacher Doppelüberpunkt in Säulenstellung angewandt. Verewigung Nr. 3 Jh Psxx, *starkstrichig, füllt 0,07. Konscript sehr sauber eingetragen, oft* ct *und* st *durch zwiefachen Spitzwickelschnörkel verbunden. Doppel-*i *das zweite geschwänzt. Majuskel nach starkem Punkte hervorgehoben. Zeilenweite 0,016. Amen Nr. 7* x², *mittleres 0,055 lang. Für die rechte Seitenlinie finden sich zwei Stichreihen, die der Kante nähere hätte eine etwas schräge Linie gegeben und wurde deshalb nicht benutzt. Rota Nr. 1, Durchmesser 0,058, von der letzten Zeile 0,005, von der linken Kante 0,097, vom Monogramm 0,168. Monogramm Nr. 7*ᵃ, *hoch 0,057, breit 0,034, von der rechten Kante 0,125. Ringkreuz und Unterschrift sicher dieselbe Dinte und schwere Hand. Umschrift gelbliche Dinte, wohl von der gleichen die Datirung, doch von der Hand des Hauptkörperschreibers,* Bosonis *darin von dunklerer Dinte eingetragen. Die Zeugenfirmen zeigen grossen Theils unter sich die gleiche Hand, sicher die letzten drei Diakonen.* ✝ Ego GG. presbiter cardinalis *steht links von der linken Seitenlinie, weil die Firma vor der Rota enden sollte. Die übrigen* E *der Priester rechts an der Seitenlinie.*

Nr. 107.

Eugen III nimmt das Kloster Casanova (D. Torino) in apostolischen Schutz, bestätigt seine Ordensregel und Besitzthümer [1]*).*

1152 März 1. Segni.

Eugenius episcopus, servus servorum dei, dilectis filiis Alberico, abbati monasterii de Casa nova, eiusque fratribus, tam presentibus quam futuris, regularem vitam professis IN PPM. — | Quotiens illud a nobis petitur, quod religioni et honestati convenire dinoscitur, animo nos decet libenti concedere et petentium desideriis con|gruum impertiri suffragium. Eapropter, dilecti in domino filii, vestris iustis postulationibus clementer annuimus et prefatam | ecclesiam de Casanova, in qua divino mancipati estis obsequio, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus et presentis scripti patrocinio communimus. In primis siquidem statuentes, ut ordo monasticus, qui secundum dei timorem et Cistertiensium fratrum observantiam in eodem loco auctore domino institutus esse dinoscitur, perpetuis ibidem temporibus inviolabiliter observetur. Preterea, quascumque possessiones, quęcumque bona eadem ecclesia in presentiarum iuste et canonice possidet aut in futurum concessione pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium seu aliis iustis modis, prestante domino, poterit adipisci, firma vobis vestrisque successoribus et illibata permaneant. In quibus hec propriis duximus vocabulis denotanda: locum, in quo ipsum monasterium situm est, vineam de Tevoleto et nemus de Caramagna. Sane laborum vestrorum, quos propriis manibus aut sumptibus colitis, sive de nutrimentis vestrorum animalium nullus omnino a vobis decimas presumat exigere. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat, prefatam ecclesiam temere perturbare aut eius possessiones auferre vel ablatas retinere, minuere seu aliquibus vexationibus fatigare, sed omnia illibata et integra conserventur eorum, pro quorum gubernatione ac sustentatione concessa sunt usibus omnimodis profutura. Si qua igitur in futurum ecclesiastica secularisve persona hanc nostre constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire temptaverit, secundo tertiove commonita, nisi presumptionem suam congrua satisfactione correxerit, potestatis honorisque sui dignitate careat reamque se divino iuditio existere de perpetrata iniquitate cognoscat et a sacratissimo corpore ac sanguine dei et domini, redemptoris nostri Iesu Christi, aliena fiat. Cunctis autem, eidem loco iusta | servantibus, sit pax domini nostri Iesu Christi, quatenus et hic fructum actonis bonę percipiant et apud supremum iudicem premia eternę pacis obtineant. Amen. A-m. Amen.

(R) Ego Eugenius catholicę ecclesię episcopus ss. (M)
† Ego Ymarus Tusculanus episcopus ss.
† Ego Nicolaus Albanensis episcopus ss.
† Ego Hugo Hostiensis episcopus ss. (4)

---

1) *Vergl. die Urk. vom 23 März 1189.*

Digitized by Google

— † Ego GG. (Gregorius) presbiter cardinalis tit. Calixti ss. (6)
† Ego Cencius presbiter [a]) cardinalis tit. in Lucina ss.
† Ego Otto [b]) diaconus cardinalis sancti Georgii ad Velum aureum ss. (1)
† Ego Gregorius diaconus cardinalis sancti Angeli ss.
† Ego Guido diaconus cadinalis sancte Marie in Porticu ss. (2)
† Ego Gerardus sanctę Romanę ecclesię diaconus cardinalis ss.

Dat. Signie, per manum BOSONIS, sanctę Romanę ecclesię scriptoris. Kl. Martii. Indictione XV. Incarnationis dominicę anno MCLI. Pontificatus vero domni EUGENII PP. III anno octavo.

Or. (S. Maria di Casanova Mazzo I), im Archivio di Stato zu Turin.

Perg. ital., br. 0,455, lang 0,6, unten 0,03 umgeschlagen, durch zwei Löcher geht die weisslichgelbe Seidenschnur, deren Bleisiegel verloren. Faltung der Bullen. Initiale: Uncialform mit Schuppenband. Oberlängen der ersten Zeile ziemlich gestreckt. Verewigung Nr. 2 Pto dicklinig, füllt 0,065. Im Konscripte Majuskeln nach starkem Punkte nicht gross aber betont, g linksgeschweift mit Halsstrich, Zeilenweite c. 0,018. Die Amen Nr. 7 x² stark zusammengedrängt. Rota Nr. 1, im Durchmesser 0,051, von der letzten Zeile 0,004, von der linken Kante 0,079, vom Monogramme 0,223. Monogramm Nr. 2a, hoch 0,051, breit 0,028, von der rechten Kante 0,073. Ueber Ringkreuz, Um- und Unterschrift nichts sicheres zu sagen. Datirung vom Hauptkörperschreiber aber mit anderer Dinte, Bosonis *darin nachgetragen. Die Zeugenfirmen meistens von gleicher Hand und Dinte, sicher die drei Bischöfe, der Priester Gregor und Diakon Otto. Gregors Firma füllt nur 0,047.*

Nr. 108.

Eugen III nimmt das Kloster Santa Trinità di Torri in apostolischen Schutz und bestätigt dessen Besitzthümer und Rechte, wofür es jährlich zwei Solidi Lucchesisch an die Kurie zu zahlen hat.

1152 Mai 13. Segni.

Eugenius episcopus, servus servorum dei, dilecto filio Arnulfo, abbati monasterii sanctę Trinitatis de Turri, eiusque fratribus, tam presentibus quam futuris, regulariter substituendis IN PPM. — | Religiosis desideriis dignum est facilem prebere consensum, ut fidelis devotio celerem sortiatur effectum. Eapropter, dilecte in domino fili, Arnulfe abbas, tuis iustis postulationibus | clementer annuimus et prefatum monasterium, cui deo auctore preesse dinosceris, ad exemplar predecessoris nostri, felicis memorie pape INNocentii [1]), sub beati Petri et nostra protectione suscipimus et presentis scripti privilegio communimus. Statuentes, ut quascumque possessiones, quecumque bona idem monasterium in presentiarum iuste et canonice possidet, aut in futurum concessione pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium seu aliis iustis modis deo propitio poterit adipisci, firma tibi tuisque successoribus et illibata permaneant. In quibus hęc propriis duximus exprimenda vocabulis: ecclesiam sanctę Marię in Cruci, sitam in burgo sancti Quirici, hospitale de Cuna. Preterea, predecessoris nostri Alexandri bonę memorię vestigiis inherentes [2]), statuimus, ut abbas eiusdem monasterii regulariter eligatur et a Romano pontifice consecretur [c]). Consecrationes vero altarium vel ecclesiarum, ordinationes monachorum sive clericorum, qui ad sacros ordines fuerint promovendi, a diocesano suscipiatis episcopo, siquidem catholicus fuerit et gratiam atque communionem sedis apostolicę habuerit et ea gratis et absque pravitate vobis voluerit exhibere; alioquin liceat vobis, catholicum, quemcumque malueritis, adire antistitem, qui nimirum nostra fultus auctoritate, quod postulatur, indulgeat. Sepulturam quoque ipsius loci liberam esse decernimus, ut eorum, qui se illic sepeliri deliberaverint, devotioni et extreme voluntati, nisi forte excommunicati vel interdicti sint, nullus obsistat, salva tamen iustitia matricis ecclesie. Prohibemus etiam, ut nulla unquam ecclesiastica secularisve persona aliquam decimationem de rebus ipsius monasterii presumat requirere aut ipsum hospitale, quod iuxta idem monasterium situm est, in secularem usum convertere, vel quod ibi a fidelibus conceditur, subtrahere vel minuere. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat, prefatum monasterium temere perturbare aut eius possessiones auferre vel ablatas retinere, minuere aut aliquibus vexationibus fatigare, sed omnia integra conserventur eorum, pro quorum gubernatione et sustentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura, salvo in supradicto xeno-

a) *Auf Rasur* b) † Ego Otto *theilweise auf Rasur erhalten.* c) consecratur. — 1) *Diese Urk. ist nicht* 2) *Urk. vom 13 Januar 1070.*

Digitized by Google

dochio de Cuna unius cerei censu, quem annis singulis episcopo Senensi debetis persolvere. Ad indicium autem huius a sede apostolica perceptę protectionis duos solidos Lucensis monetę nobis nostrisque successoribus annis singulis persolvetis. Si qua igitur in futurum ecclesiastica secularisve persona, hanc nostre constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire temptaverit, secundo tertiove commonita, si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo corpore ac sanguine dei et domini, redemptoris nostri Iesu Christi, aliena fiat, atque in extremo examine districte ultioni subiaceat. Cunctis autem, eidem loco iusta servantibus, sit pax domini nostri Iesu Christi, quatenus et hic fructum bonę actionis percipiant et apud districtum | iudicem premia eternę pacis inveniant. Amen. A-m. Amen. —

(R) Ego Eugenius catholicę ecclesię episcopus ss. (M)
† Ego Ymarus Tusculanus episcopus ss. (7)
— † Ego GG. (Gregorius) sanctę Romanę ecclesię presbiter cardinalis tit. Calixti ss.
† Ego Hubaldus presbiter cardinalis tit. sancte Praxedis ss.
† Ego Manfredus presbiter cardinalis tit. sancte Savine ss. (1)
† Ego Iulius presbiter cardinalis tit. sancti Marcelli ss.
† Ego Hubaldus presbiter cardinalis tit. sanctę Crucis ss.
† Ego Guido presbiter cardinalis tit. Pastoris ss.
† Ego Girardus presbiter cardinalis tit. sancti Stephani in Celio monte ss.

Dat. Signie, per manum BOSONIS, sanctę Romanę ecclesię scriptoris. III Id. Maii. Indictione XV. Incarnationis dominicę anno MCLII. Pontificatus vero domni EUGenii III PP. anno VIII.

Or. im Archivio Arcivescovile zu Siena.

Perg. ital., br. 0,575, lang 0,685, unten 0,033 umgeschlagen, durch zwei Löcher ging die Schnur, welche mit dem Siegel verloren. Faltung der Bullen. Initiale: versierte Uncialform, unter und über die Zeile reichend. Verewigung Nr. 5∞, starkstrichig, füllt 0,115. Schrift des Konscripts sehr zierlich, die g *mit Wickelschnörkel und Halsstrich, Majuskeln nach starkem Punkte betont. Zeilenweite 0,016. Letzte Zeile schliessen drei Amen Nr. 7 x 3. Rota Nr. 1, Durchmesser 0,062, von der letzten Zeile 0,007. Monogramm Nr. 2e, ziemlich dünnlinig, hoch 0,06, breit 0,033, Ringkreuz und Unterschrift gleiche dunkle Dinte (die heller scheinende Dinte des* E *wird daraus zu erklären sein, dass nicht genügend Dinte in der Feder war, das* l *von* catholicę *ist ebenso). Die Dinte der Umschrift entspricht der des Hauptkörpers. Datirung vom Schreiber des letzteren, von* Eugenii *an so auseinander gestellt, dass sie 0,17 einnimmt, um die Zeile zu füllen.* Bosonis *könnte nachgetragen sein, wenn auch wohl von gleicher Dinte. Die Zeugenfirmen mit Ausnahme der ersten Presbyterfirma (Gregor) alle von gleicher schwarzer Dinte und theilweise von gleicher Hand, die am deutlichsten bei den letzten beiden Presbytern hervortritt. Auffallend ist, dass keine Diakonen unterzeichneten, wohl weil die Urkunde ausgegeben wurde, bevor sie bezw. ihre Bevollmächtigten zum Signiren kamen.*

Nr. 109.

Eugen III nimmt das Kloster Sant' Andrea di Mantova in apostolischen Schutz und bestätigt seine Besitzthümer.

1152 Mai 22. Segni.

Eugenius episcopus, servus servorum dei, dilectis filiis Azoni, abbati monasterii sancti Andręe, quod in suburbio Mantuane civitatis situm est, eiusque fratribus, tam presentibus quam futuris, regularem vitam professis, IN PPM. — | Quotiens illud a nobis petitur, quod religioni et honestati convenire dinoscitur [a], animo nos decet libenti concedere et petentium desideriis congruum impertiri suffragium. Eapropter, dilecti in domino filii, vestris iustis postulationibus clementer | annuimus [b], et prefatum monasterium, in quo divino mancipati estis obsequio, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus et presenti(s) scripti privilegio communimus. Statuentes, ut quascumque possessiones, quecumque bona idem cenobium in presentiarum iuste et legitime possidet aut in futurum concessione pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium seu aliis iustis modis deo propitio poterit adipisci, firma vobis vestrisque successoribus et illibata permaneant. In quibus hec propriis duximus exprimenda vocabulis: ecclesiam sancte Marię de Formigosa cum omnibus suis possessionibus et quarta parte decimarum

a) *Auf Rasur* b) an *auf Rasur.*

Digitized by Google

eiusdem curtis, ecclesiam sancti Martini cum omnibus pertinentiis suis, ecclesiam sancti Laurentii, ecclesiam sancti Salvatoris et ecclesiam sancti Ambrosii in predicte civitatis suburbio sitas, ecclesiam sancti Sepulcri, ecclesias sancti Georgii et sancti Nicholai de Fornicada, ecclesiam sancti Georgii de Curte Angulfi cum quarta parte decimarum et omnibus ad eam pertinentibus, ecclesiam de Suave cum tota ipsius loci curte et tribus partibus decimarum, ecclesiam sancti Petri de Liorgo cum decimis et possessionibus suis, ecclesiam sancti Clementis de Persiceto cum decimis et possessionibus suis, ecclesiam sancti Petri in Galera cum omnibus pertinentiis suis, ecclesiam sancti Andree de Sarzanisco cum curte, decimis et omnibus pertinentiis suis, curtem de Formigada, quam nobilis memorie comitissa Matildis vobis iuste concessit, cum silva et aliis pertinentiis suis, decimas quoque novalium eiusdem curtis, quas episcopus Mantuanus vobis concessit, et alias decimas, quas Itolfus [1]) et Eliseus [2]), Mantuani episcopi, vobis rationabiliter concesserunt. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat, prefatum monasterium temere perturbare, aut eius possessiones auferre vel ablatas retinere, minuere seu aliquibus vexationibus fatigare, set omnia integra conserventur eorum, pro quorum gubernatione atque sustentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura, salva diocesanorum episcoporum canonica iustitia. Si qua igitur in futurum ecclesiastica secularisve persona, hanc nostre constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire temptaverit, secundo tertiove commonita, si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo corpore ac sanguine dei et domini, redemptoris nostri Iesu Christi, aliena fiat, atque in extremo examine districte ultioni subiaceat. Cunctis autem, eidem loco sua iura servantibus, sit pax domini nostri Iesu Christi [a]), quatenus et hic fructum bone actionis percipiant et apud districtum | iudicem premia ęterne pacis inveniant. — Amen. A-m. Amen. —

(R) Ego Eugenius catholicę ecclesię episcopus ss. (M)
† Ego Ymarus Tusculanus episcopus ss.
† Ego Hugo Hostiensis episcopus ss. (6)
— † Ego GG.(Gregorius) presbiter cardinalis tit. Calixti ss.
† Ego Hubaldus presbiter cardinalis tit. sancte Praxedis ss.
† Ego Manfredus presbiter cardinalis tit. sanctę Savine ss.
† Ego Aribertus presbiter cardinalis tit. sancte Anastasie ss.
† Ego Iulius presbiter cardinalis tit. sancti Marcelli ss.
† Ego Octavianus presbiter cardinalis tit. sanctę Cecilię ss. (2)
† Ego Gerdus(!) presbiter cardinalis tit. sancti Stephani in Celio monte ss.
— † Ego Otto diaconus cardinalis sancti Georgii ad Velum aureum ss.
† Ego Gregorius diaconus cardinalis sancti Angeli ss. (1)
† Ego Vido diaconus cardinalis sancte Marie in Porticu ss.
† Ego Iacintus diaconus cardinalis sancte [b]) Marie in Cosmydyn ss.
† Ego Iohannes diaconus cardinalis sanctorum Sergii et Bachi ss. (2)

Data Signie, per manum Bosonis, sanctę Romanę ecclesię scriptoris. XI Kl. Iunii. Indictione X[V]. Incarnationis dominicę anno MCLII. Pontificatus vero domni EUGenii pape III anno octavo. —

Or. im Archivio Capitolare zu Reggio nell' Emilia.

Perg. ital., br. 0,66, lang 0,68, unten 0,025 umgeschlagen, durch zwei Löcher ging die Schnur, welche mit dem Bleisiegel verloren. Initiale: flache, verzierte Uncialform, Gitterschrift eng. Verewigung Nr. 2Pr^oo, in den Buchstaben betont, füllt 0,125. Konscript g *mit Schleifensattel, Majuskeln nach starkem Punkte betont, Zeilenweite 0,019. Von* Decernimus *an ist wesentlich weitläuftiger geschrieben als vorher, weil das Stück Pergament sich als sehr gross erwies. Drei Amen Nr. 7* x², *das mittlere misst 0,125, schliessen die letzte Zeile. Rota Nr 4 Verdickung) gering), 0,063 im Durchmesser. Ringkreuz und Unterschrift gleiche Hand und Dinte, Umschrift wohl von hellerer. Monogramm Nr.* 2e, *ziemlich dünnstrichig, hoch 0,059, breit 0,04. Die Datirung scheint von anderer Dinte herzurühren als der Hauptkörper, doch ist es vielleicht die gleiche Hand,* Bosonis *wohl nachgetragen. Die Zeugenfirmen zum grössten Theile, wenn nicht alle, von gleicher Hand und Dinte, wobei nach Vorlagen gearbeitet.*

---

a) Cristi b) *übergeschrieben.* — .1) *Hitulf, Bischof von Mantua, 1007—1044.* 2) *Eliseus, Bischof von Mantua, 1056—1057.*

Digitized by Google

Nr. 110.

Eugen III nimmt das Kloster Fucecchio (D. Lucca) in apostolischen Schutz und bestätigt seine Besitzthümer und Rechte [1]).

1152 Juni 4. Segni.

Eugenius episcopus, servus servorum dei, dilecto filio Andreę, abbati Ficeclensis [2]) monasterii, eiusque fratribus, tam presentibus quam futuris, regularem vitam professis, in perpetuum. Quoniam sine verę cultu religionis nec caritatis unitas potest subsistere nec deo gratum exhiberi servitium, expedit apostolicę auctoritati, religiosas personas diligere et religiosa loca, maxime, quę beati Petri iuris sunt et ad sacram Romanam specialiter spectant ecclesiam, sedis apostolicę munimine confovere. Proinde, dilecti in domino filii, vestris iustis postulationibus clementer annuimus, et monasterium sancti Salvatoris, in quo divino mancipati estis obsequio, sub eiusdem apostolorum principis et nostra protectione suscipimus et prȩsentis scripti privilegio communimus. Statuentes, ut quascumque possessiones, quȩcumque bona idem monasterium in presentiarum iuste et canonice possidet, aut in futurum concessione pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium seu aliis iustis modis deo propitio poterit adipisci, firma vobis vestrisque successoribus et illibata permaneant. In quibus hęc propriis duximus exprimenda vocabulis: baptismalem ecclesiam beati Iohannis evangelistę cum pertinentiis suis, capellam de Catiano, capellam de Conflenti, capellam de Petriolo et monasterium de Cappiano; preterea concordiam sive constitutionem inter antecessores vestros et plebanum sancti Genesii super ecclesia de Grimagneto, a prędecessore nostro felicis memorie pape Calixto factam et sui scripti pagina roboratam, sicut in eius privilegio distinctum est, vobis nichilominus confirmamus. Obeunte vero te, nunc eiusdem loci abbate, vel tuorum quolibet successorum, nullus ibi qualibet subreptionis astutia seu violentia prȩponatur, nisi quem fratres communi consensu vel fratrum pars consilii sanioris secundum dei timorem et beati Benedicti regulam providerint eligendum. Electus autem ad Romanum pontificem benedicendus accedat. Crisma, oleum sanctum, consecrationes altarium seu basilicarum, ordinationes monachorum sive clericorum, qui ad sacros ordines fuerint promovendi, a quocumque malueritis, suscipietis episcopo. Sane prędiorum sive alodiorum vestrorum decimas, a bonę memorię Gotefredo, Lucano episcopo [3]), vobis indultas, vobis vestrisque successoribus sine questione aliqua permanere sancimus. Sepulturam quoque ipsius loci liberam esse censemus, ut eorum, qui se illic sepeliri deliberaverint, devotioni et extremę voluntati, nisi forte excommunicati vel interdicti sint, nullus obsistat, salva tamen iustitia matricis ecclesię. Sancimus etiam, ut nec episcopo nec archiepiscopo cuiquam aut eorum ministris liceat, locum ipsum aut eius monachos nec adiacentes ecclesias de Sala Marchana cum capellis suis vel presbiteros, ab abbate ibi constitutos, preter Romani pontificis conscientiam excommunicare aut interdicere. Porro nec ecclesiastica nec secularis potestas super locum ipsum violentiam aut dominium exercere prȩsumat, ut iuxta prędecessorum nostrorum Gregorii VII, Urbani II, Pascalis et Calixti [4]) constitutiones ab omnium hominum iugo liber sub apostolicę sedis tantum iure ac ditione permaneat. Sitque semper eius filiis refugii portus et domicilium securitatis, ut ex eo proximis et forma virtutum et lumen effulgeat caritatis. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat, prefatum cenobium temere perturbare aut eius possessiones auferre vel ablatas retinere, minuere aut aliquibus vexationibus fatigare, sed omnia integra conserventur eorum, pro quorum gubernatione et sustentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura, salva sedis apostolicę auctoritate. Si qua igitur in futurum ecclesiastica secularisve persona, hanc nostrę constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire temptaverit, secundo tertiove commonita, nisi satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo corpore ac sanguine dei et domini, redemptoris nostri Iesu Christi, aliena fiat, atque in extremo examine districtę ultioni subiaceat. Cunctis autem, eidem loco iusta servantibus, sit pax domini nostri Iesu Christi, quatenus et hic fructum bonę actionis percipiant et apud districtum iudicem prȩmia eternę pacis inveniant. Amen. A-m. Amen.

---

1) *Vergl. die Urk. vom 2 Juni 1194.* 2) *Fucecchio liegt am Arno ungefähr in der Mitte zwischen Pisa und Florenz, es gehörte zu Vallombrosa; vergl. Winkelmann, Acta Imperii I p. 42, 19.* 3) *Gottfried, Bischof von Lucca, 1089 — c. 1098.* 4) *Scheinen alle nicht erhalten zu sein.*

Digitized by Google

(R) Ego Eugenius catholice ecclesie episcopus ss. (M)
† Ego Ymarus Tusculanus episcopus ss.
— † Ego Gregorius presbiter cardinalis tit. Calixti ss.
† Ego Hubaldus presbiter cardinalis tit. sanctę Praxedis ss.
† Ego Aribertus presbiter cardinalis tit. sanctę Anastasię ss.
† Ego Iulius presbiter cardinalis tit. sancti Marcelli ss.
† Ego Guido presbiter cardinalis tit. Pastoris ss.
† Ego Octavianus presbiter cardinalis tit. sancte Cecilię ss.
† Ego Gerardus presbiter cardinalis tit. sancti Stephani in Celio monte ss.
† Ego Iohannes presbiter cardinalis tit. sanctorum Iohannis et Pauli ss.
— † Ego Otto diaconus cardinalis sancti Georgii ad Velum aureum ss.
† Ego Rodulfus diaconus cardinalis sanctę Lucię in septa solis ss.
† Ego Gregorius diaconus cardinalis sancti Angeli ss.
† Ego Guido diaconus cardinalis sancte Marię in Porticu ss.
† Ego Iacintus diaconus cardinalis sancte Marię in Cosmydyn ss.
† Ego Ildebrandus sanctę Romanę aecclesię diaconus cardinalis ss.
† Ego Odo diaconus cardinalis sanctę Romanę ecclesię ss.

Datum Signię, per manum Bosonis, sanctę Romanę ecclesię scriptoris. II Non. Iunii. Indictione XV. Incarnationis dominicę anno MCLII. Pontificatus vero domni Eugenii III PP. anno VIII.

Abschrift G. VIII. 243 p. 111, der Bibl. Chigiana zu Rom.

Nr. 111.

Eugen III bestätigt dem Kloster Santa Maria di Serena (D. Volterra) seine Besitzthümer, wofür es jährlich einen Byzanzier an die Kurie zu entrichten hat.

1152 December 20. Lateran.

Eugenius episcopus, servus servorum dei, dilectis filiis Guidoni, abbati monasterii beate Marie de Serena [1]), eiusque fratribus, tam presentibus quam futuris, regularem vitam professis, IN PPM. — | Officii nostri nos compellit auctoritas, pro ecclesiarum statu satagere, et pro illis maxime, que ad ius beati Petri specialiter | spectare noscuntur. Eapropter, dilecti in domino filii, vestris iustis postulationibus clementer annuimus, et prefatam ecclesiam, in quo divino mancipati estis obsequio, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus et presentis scripti patrocinio communimus. Statuentes, ut quascumque possessiones, quecumque bona eadem ecclesia in presentiarum iuste et canonice possidet, aut in futurum concessione pontificum, [lar]gitione regum vel principum, oblatione fidelium seu aliis iustis modis deo propitio poterit adipisci, firma vobis vestrisque successoribus et illibata permaneant. In quibus hec propriis duximus exprimenda vocabulis: locum in quo ipsum monasterium situm est, capellam sancti Octaviani, capellam castri Clausulini, capellam de Bursolini, capellam sancti Michaelis de castro Frosino, capellam sancti Georgii de Ticlano, capellam sancti Iohannis evangeliste de Mirandolo, capellam sancti Donati de Buttiniano, capellam sancti Vincentii de Fogali, capellam sancti Pancratii de Cosani, capellam sancti Blasii de Islaito, capellam sancti Blasii de Monte alto, capellam sancti Angeli apud Nottule, capellam beate Marię de Pulveraia, capellam sancti Michaelis de Castellione Bernardi, capellam sancti Reguli, capellam sancti Martini de Subereto, capellam sancti Viti, capellam sancti Blasii de castro Campilie, capellam sancti Michaelis de Biserno, capellam sancte Lucie de Periniano, capellam sancte Lucię montis Castelli, et capellam sancte Margarite de Tedernule, quas nimirum capellas disponendi et ordinandi licentiam habeatis, sicut hactenus canonice disposuisse et ordinasse videmini. Sane decimas possessionum vestrarum, quas propriis sumptibus colit[is], nullus a vobis exigere presumat. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat, prefatam ecclesiam temere perturbare, aut eius possessiones auferre vel ablatas retinere, minuere seu quibuslibet vexationibus fatigare, sed omnia integra conserventur eorum, pro quorum gubernatione atque sustentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura.

1) *Santa Maria gehörte zu Vallombrosa, vergl. Winkelmann, Acta Imperii I p. 42, 18, oben die Urk. vom 9 Februar 1115 u. A.*

Digitized by Google

Ad indicium autem percepte huius a sede apostolica libertatis, bisantium unum nobis nostrisque successoribus annis singulis persolvetis. Si qua igitur in futurum ecclesiastica secularisve persona, hanc nostre constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire temptaverit, secundo tertiove commonita, si non satisfactione congrua emendare curaverit, potestatis honorisque sue dignitate careat reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo corpore ac sanguine dei et domini, redemptoris nostri Iesu Christi, aliena fiat, atque in extremo examine districte ultioni subiaceat. Cunctis autem, eidem loco sua | iura servantibus, sit pax domini nostri Iesu Christi, quatenus et hic fructum bone actionis percipiant et apud districtum iudicem premia eterne pacis inveniant. Amen. Am. — Amen. —

(R) Ego Eugenius catholicę ecclesię episcopus ss. (M)
† Ego Conradus Sabinensis episcopus et vicarius domni pape Eugenii ss. (6)
— † Ego GG.(Gregorius) presbiter cardinalis tit. Calixti ss.
† Ego Hubaldus presbiter cardinalis tit. sancte Praxedis ss. (2)
† Ego Rolandus presbiter cardinalis tit. sancti Marci ss.
† Ego Gerardus presbiter cardinalis tit. Stephani in Celio monte ss. (1)
— † Ego Oto diaconus cardinalis sancti Georgii ad Velum aureum ss. (3)
† Ego Ildebrandus sanctę Romanę aecclesię diaconus cardinalis ss.
† Ego Bernardus sancte Romane aecclesie diaconus cardinalis ss.
† Ego Odo diaconus cardinalis sancte Romane ecclesie ss.

Dat. Laterani, per manum Bosonis, scriptoris sancte Romane ecclesie. XIII Kl. Ian. Indictione XV. Incarnationis dominice anno MCLII. Pontificatus vero domni EUGENII pape III anno octavo. —

Or. (R. Acq. Strozziane Uguccioni 1152 Dic. 20), im Archivio di Stato zu Florenz.

Perg. ital., br. 0,597, lang 0,63, unten 0,038 umgeschlagen, durch 3 Löcher in gerader Linie geht die braungelbe, dünnfädige Seidenschnur, deren Siegel verloren. Faltung der Bullen. Initiale: flache, verzierte Uncialform, im Körper nur 0,024 hoch, der der Gitterschrift nur 0,014, in den Worten eng zusammengedrängt, die Worte selber gut getrennt, das M *von Maria etwas hervorgehoben. Verewigung Nr. 2 P*s*∪∩, in den Buchstaben doppellinig, oder verziert, füllt 0,115. Konscriptschrift zitterig, die einzelnen Worte weit auseinander. Majuskeln nach starkem Punkte nur wenig hervorgehoben,* g *mit Schleifensattel. Zeilenweite c. 0,017, Zeilenschlüsse wechseln von 0,057 bis 0,069. Die letzte Zeile wurde zusammengedrängt, um die drei Amen noch hinzubringen, diese Nr. 7, kein* x-m. *Rota Nr. 1, im Durchmesser 0,053, berührt fast die kurze Unterlänge der letzten Zeile, von der linken Kante 0,147, vom Monogramm 0,24. Monogramm Nr. 2*e*, starkstrichig, hoch 0,046, breit 0,029, von der letzten Zeile 0,009, von der rechten Kante 0,137. Ringkreuz und Unterschrift zeigen wohl gleiche Hand, Umschrift kleinere Buchstaben. Datirung vom Hauptkörperschreiber,* Bo so nis *darin nachgetragen. Zeugenfirmen theilweis dieselbe Hand.*

Nr. 112.

Inschrift auf einer Marmortafel in Terracina.

(1145—1153).

Eugenius papa III hoc opus, glorie ipsius memoriam representans, fieri iussit, qui mira animi . . . . . a) et honesti studio preditus, regalia multa, lungo tempore amissa, beato Petro restituit, quorumdam vitium in modum honestatis redegit, ne quid iudices a quoquam peterent neve, quid a quoquam ante decisam causam acciperent, post decisam oblatum b), quid verecunde et cum gratiarum actione susciperent.

Abschrift des Schiaffino II p. 291, in der Bibl. Civica; II p. 403, in der Bibl. dell' Università zu Genua.

„Nel castello di Terracina in una tavola di marmo si legge una nobilissima memoria di questo pontefice del tenore seguente".

Nr. 113.

Eugen III bestätigt den Camaldulenser-Orden in Besitz und Rechten, und nimmt ihn in apostolischen Schutz.

1153 Mai 17. S. Peter von Rom.

Eugenius episcopus, servus servorum dei, dilecto filio Rodulfo, Camaldulensi priori, eiusque fratribus, tam presentibus quam futuris, regularem vitam professis, in perpetuum. Religiosis desideriis dignum est facilem prebere consensum, ut fidelis devotio

a) *etwa* magnitudine b) oblatam.

Digitized by Google

celerem sortiatur effectum. Eapropter, dilecti in domino filii, vestris iustis postulationibus clementer annuimus, et predecessoris nostri, felicis memorie Paschalis pape, vestigiis inherentes, precipimus et presentis decreti auctoritate sancimus, ne cuiquam omnino persone, clerico, monacho, laico cuiuscumque ordinis aut dignitatis presentibus aut futuris temporibus liceat, congregationes illas et loca illa, que Camaldoli heremi sive cenobii disciplinam et ordinem susceperunt, queque hodie sub illius regimine continentur, ab eius ullo modo subiectione et unitate dividere. Que videlicet loca et congregationes conservande unitatis gratia singularibus visa sunt vocabulis annotanda: in episcopatu Aretini monasterium sancti Salvatoris Berardinghorum, sancti Petri in Rota, sancte Marie in Anagnano, sancti Quirici in Rosa, heremum [a]) Fleri, monasterium sancti Virani, sancti Bartholomei in Anglare, iuxta Valneum monasterium sancte Marie in Trivio, in Ghaliata monasterium sancte Marie in Insula; in episcopatu Montisferetrani monasterium montis Herculis; in episcopatu Forumpompiliensi hospitale Almerici; in episcopatu Pensauriensi monasterium sancti Dicentii, heremum [a]) Faioli; in episcopatu Bononiensi monasterium sancti Archangeli, iuxta castrum Britti [b]) sancti Felicis; in episcopatu Florentino monasterium sancti Petri in Luco, sancti Salvatoris iuxta civitatem; in episcopatu Fesulano monasterium sancte Marie in Poplena et ecclesiam sancte Margharite; in episcopatu Vulterano monasterium sancti Petri in Fontiano, sancte Marie in Puliciano, sancti Petri in Cerreto, sancti Iusti prope civitatem; in episcopatu Pisano monasterium sancte Marie de Morrona, monasterium sancti Stephani in Cintoria, sancti Savini in Carasolo, in ipsa civitate monasterium sancti Michahelis, sancti Fridiani; in episcopatu Lucano monasterium sancti Salvatoris in Cantiniano, sancti Petri in Puteolis; item in Sardinia in archiepiscopatu Turitano monasterium sancte Trinitatis in Saccaria, ecclesiam sancti Petri de Scanno; item in Tuscia in episcopatu Clusino heremum Vivi in monte Amiato cum omnibus supradictorum locorum pertinentiis. Hec igitur omnia cum omnibus, ad ipsa monasteria pertinentibus statuimus et apostolice sedis auctoritate sancimus, tamquam corpus unum sub uno capite, id est sub priore Camaldulensis heremi, temporibus perpetuis permanere et in illius discipline observatione persistere, sub illo inquam priore, qui ab ipsius congregationis abbatibus sive prioribus et ab heremitis regulariter electus, prestante domino, fuerit. Porro congregationem ipsam ita sub apostolice sedis tutela perpetuo confovendam decernimus, ut nulli episcoporum facultas sit, aliquod ex his monasterium absque prioris convenientia vel apostolice sedis licentia excommunicare vel a divinis officiis interdicere. Fratribus autem ipsis licentia sit, a quo maluerint catholico episcopo, consecrationum et ordinationum sacramenta suscipere. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat, prefata monasteria temere perturbare, aut eorum possessiones auferre vel ablatas retinere, minuere seu quibuslibet vexationibus fatigare, sed omnia integra conserventur eorum, pro quorum gubernatione ac substentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura. Si qua igitur in futurum ecclesiastica secularisve persona, hanc nostre constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire temptaverit, secundo tertiove commonita, nisi presumptionem suam congrua satisfactione correxerit, potestatis honorisque sui careat dignitate reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate congnoscat, et a sacratissimo corpore et sanguine dei et domini, redemptoris nostri Iesu Christi, aliena fiat, atque in extremo examine districte ultioni subiaceat. Cunctis autem, eisdem cenobiis iusta servantibus, sit pax domini nostri Iesu Christi, quatinus et hic fructum bone actionis percipiant et apud districtum iudicem premia eterne pacis inveniant. Am. Am. Am.

(R) Ego Eugenius catholice ecclesie episcopus ss. (M)
† Ego Conradus Sabinensis episcopus ss.
† Ego GG.(Gregorius) presbiter cardinalis tit. Calixti ss.
† Ego Guido presbiter cardinalis tit. sancti Grisogoni ss.
† Ego Manfredus presbiter cardinalis tit. sancte Savine ss.
† Ego Aribertus presbiter cardinalis tit. sancte Anastasie ss.
† Ego Iulius presbiter cardinalis tit. sancti Marcelli ss.
† Ego Ubaldus presbiter cardinalis tit. sancte Crucis in Ierusalem ss.
† Ego Octavianus presbiter cardinalis tit. sancte Cecilie ss.
† Ego Gerardus presbiter cardinalis tit. sancti Stephani in Celio monte ss.
† Ego Iohannes paparo presbiter cardinalis sancti Laurentii in Damaso ss.

a) *Oder* heremitarium b) *oder* Bruti.

Digitized by Google

† Ego Oddo diaconus cardinalis sancti Georgii ad Velum aureum ss.
† Ego Guido diaconus cardinalis sancte Marie in Porticu ss.
† Ego Iohannes diaconus cardinalis sanctorum Sergii et Bachi ss.
† Ego Gerardus diaconus cardinalis sancte Marie in Via lata ss.

Dat. Rome apud sanctum Petrum, per manum Rolandi, presbiteri cardinalis et cancellarii. XVI Kl. Iunii. Indictione I. Incarnationis dominice anno MCLIII. Pontificatus vero domni Eugenii III pape anno VIIII.

Abschrift des Cart. di S. Michele vom 14. Jahrh., fol. 6b, im Archivio di Stato zu Pisa.

Nr. 114.

Eugen III urkundet dem Abte Rainer von San Salvatore del Montamiata (D. Chiusi) über die kontraktliche Abtretung der Hälfte von Radicofani (D. Chiusi) [1]) an die Kurie und dessen gegenseitige Bedingungen.

1153 Juni 20. S. Peter von Rom.

Eugenius episcopus, servus servorum dei, dilecto filio Rainerio, abbati monasterii sancti Salvatoris de Monte Amiato, salutem et apostolicam benedictionem. — | Rerum gestarum series ideo litterarum fidei commendatur, ne ipsarum veritas in posterum memorie subtrahatur. Qualiter igitur, consentientibus fratribus tuis monachis atque conversis et vassallis, commissi tibi | monasterii propria et spontanea voluntate tua in presentia fratrum nostrorum, episcoporum et cardinalium, integram medietatem castri Radecofini a), nobis nostrisque catholicis successoribus et per nos beato PETRO sanctęque Romane ecclesie, cui licet inmeriti, largiente domino, deservimus in perpetuum locasti, concessisti et instrumenti publici pagina roborasti, quemadmodum in eodem autentico instrumento continetur, presentis scripti serie precepimus annotari. Tu siquidem, dilecte in domino fili, Raineri abbas, integram predicti castri medietatem cum dimidia in integrum parte totius curtis eius cum tenimentis suis et burgo de Calamala, bandis, placitis, districtu et omni honore ipsius castri, omnia in integrum pro medietate nobis nostrisque catholicis successoribus locasti et concessisti, exceptis antiquis possessionibus, que etiam tempore comitum per speciales et proprios ministros monasterii tenebantur et custodiebantur ad usus fratrum, ibidem servientium, et feudis et libellariis, que similiter nominę tantum monasterii detinebantur, reservato etiam monasterio sancti Salvatoris iure ecclesiarum, quod in eis habet. In burgo quoque de Calemala b) redditus panis et vini, qui de agris et vineis solvitur, pensiones etiam monasterio tuo integre reservando. Omnes autem homines ipsius castri nobis nostrisque c) catholicis successoribus contra omnes homines fidelitatem iurabunt, tibi quoque abbati tuisque catholicis successoribus fidelitatem facient, sic tamen, ut, si quando tu vel successorum tuorum quilibet preter tenorem hac cartula comprehensum castrum ipsum nobis nostrisque catholicis successoribus sanctęve Romane ecclesie auferre temptaveritis, vel castrum ipsum vel quamlibet partem eius cuiquam in feudum vel quolibet alio modo concesseritis, aut concessum servaveritis, et requisiti infra tres menses non emendaveritis, a fidelitate tua sint soluti et castrum ipsum in ius beati Petri et sancte Romane ecclesie devolvatur. Si vero nos vel successorum nostrorum quilibet tibi vel tuorum successorum alicui vel monasterio solvere designatum censum cessaverimus, vel custodiam vestram nos vel custodes nostri eiecerimus, et infra tempus subscriptum non emendaverimus, tunc a fidelitate nostra nostrorumque successorum solvantur. Ad indicium autem, quod castrum ipsum monasterii sancti Salvatoris iuris et proprietatis semper existat, ad vestinenta monachorum nos nostrique successores tibi tuisque successoribus et monachis, qui pro tempore ibi fuerint, sex marcas puri argenti annis singulis in mense Madio pro pensione persolvemus. Hoc autem duxisti adnectendum, ut castrum ipsum, per custodes proprios nostros nostrorumque successorum, assumptis secum duobus vel tribus custodibus, tuis tuorumque successorum semper teneatur, per quos et per alios homines d) ipsius castri et a nobis nostrisque successoribus, sicut, quod iuris beati Petri existit monasterium ipsum cum bonis suis, a pravorum hominum incursibus defendatur, nec ab eisdem fraudulenter nec malitiose perturbetur, et ipsum castrum in

a) *In Kop.* Radecofani b) *Kop.* Calamala c) nos *auf Rasur* d) e *auf Rasur.* 1) *Radicofani, Montepulciano, Prov. Siena.*

Digitized by Google

alicuius alterius dominio vel potestate sive custodia nullo unquam in tempore transferatur, et omnes custodes nostri vel nostrorum successorum, qui ibi pro tempore fuerint, quod tibi et monasterio in ipso castro reservatum est, tibi tuisque successoribus conservare iurabant. Si vero supradictus census aliquo casu per tres annos solutus non fuerit et nos sive successores nostri, ter requisiti et in quarto anno integrum persolvi non fecerimus, sive etiam custodes monasterii vestri ab hominibus nostris de castro eiecti fuerint et infra tres menses, postquam tertio requisiti fuerimus, super adiecto tempore ad inter faciendum et ad custodiam, monasterii oportune revocandam, sine utriusque partis malitia sufficiente restituta non fuerit, hęc locationis cartula de cetero viribus careat. Si, quando etiam nos qualibet ex causa castrum ipsum ad manus nostras retinere noluerimus, ipsi monasterio vestro absque inpensarum recompensatione restituemus, eo tamen tenore, ut, quandocumque nos vel successorum nostrorum catholicus quilibet ad manus nostras castrum ipsum revocare voluerimus, simili tenore absque omni | contradictione et impensarum restitutione nobis restituatur.

(R) Ego Eugenius catholicę ecclesię episcopus ss. (M)

[†] Ego Astaldus presbiter cardinalis tit. sancte Prisce ss. (5)

Dat. Rome apud sanctum Petrum, per manum ROLANDI, sanctę Romanę ecclesię presbiteri cardinalis et cancellarii. XII Kl. Iulii. Indictione prima. Incarnationis dominicę anno MCLIII. Pontificatus vero domni EUGENII III pape anno nono. —

Or. (Arch. delle Rif. 1153 Giugno 20) und Kopialurkunde des 13 Jahrh. (S. Salvatore 1050), im Archivio di Stato zu Siena.

Or. ist Prunk-Mittelbulle. Perg. ital., auf der linken Seite ist ein langer Streif abgeschnitten, br. 0,665, lang 0,81, unten 0,03 umgeschlagen, durch drei Löcher geht die rosa Seidenschnur, deren Blei verloren. Faltung der Bullen. Initiale: verzierte Uncialform, über und unter die Zeile reichend. Die Oberlängen in der ersten Zeile sind gestreckt, ihre Worte gut getrennt, von salutem *an sogar stark,* benedictionem *ist in drei Theile zerlegt und dadurch über einen Raum von 0,16 erbreitert;* ct *steht weit von einander. Schrift des Konscriptes sauber und zierliche Bullenschrift, die Majuskeln nach starkem Punkte etwas doch wenig hervorgehoben,* g *mit Wickelschnörkel und Halsstrich, Zeilenweite c. 0,016. Letztes Konscriptwort steht am Ende des ersten Drittels der Zeile, Amen fehlen. Rota Nr. 1, Durchmesser 0,052, ist dicht an die letzte Zeile gerückt. Monogramm Nr. 2b, ziemlich dünnlinig, hoch 0,054, breit 0,028, es ist an die letzte Konscriptlinie herangerückt, jedenfalls um ungehörige Nachträge zu verhüten. Ringkreuz und Unterschrift unter sich gleiche vom Uebrigen abweichende Dinte, Umschrift braune Dinte für sich, ziemlich sicher diejenige, welche* olandi *in der Datirung geschrieben hat, das davor stehende* R *von anderer zum Auslaufen geneigter eingetragen. Die sonstige Datirung Dinte für sich und wohl auch von einer der Hauptkörper nahe verwandten doch nicht gleichen Hand ausgeführt. Von* Eugenii *an die Worte zunehmend mehr auseinander gezogen, um die Zeile zu füllen (von* PP *bis* nono *über 0,11). Raumvertheilung auf der Urkunde: Hauptkörper steht sehr frei, von der oberen Kante 0,075, von der linken 0,065, von der rechten fast 0,07, füllt 0,32, von seiner letzten Zeile bis Datirung laufen 15 Querlinien, dennoch nur ein Zeuge gesetzt, weshalb das Schriftstück wohl unter die unfertigen zu rechnen ist. Die Datirung steht unmittelbar über dem Umgeschlagenen.*

Nr. 115.

Anastasius IV nimmt die Kollegiatkirche Santa Reparata di Lucca in apostolischen Schutz und bestätigt ihre Besitzthümer und Rechte.

1153 October 7. Lateran.

Anastasius episcopus, servus servorum dei, dilectis filiis Sigismundo, priori ecclesię sanctę Reparatę, eiusque fratribus, tam presentibus quam futuris, canonice substituendis, IN PPM. — | Commissę nobis apostolicę sedis nos hortatur auctoritas, ut locis ac personis, ipsius auxilium devotione debita implorantibus, tuitionis presidium impendere debeamus. Quia, sicut iniusta | postulantibus nullus est tribuendus effectus, sic iusta et legitima desiderantium nulla est differenda peticio; presertim eorum, qui cum honestate vitę et laudabili morum compositione gaudent omnipotenti domino deservire. Eapropter, dilecti in domino filii, vestris iustis postulationibus clementer annuimus et predecessoris nostri, sanctę memorię papę EUGENII, vestigiis inherentes, dilecti filii BOSONIS, scriptoris [1]) nostri, precibus inclinati, prefatam ecclesiam sanctę Reparatę, quę in Lucana civitate plebis vocabulo fungitur, in qua divino mancipati estis obsequio, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus et presentis scripti privilegio communimus. Statuentes, ut quascumque possessiones, quecumque bona eadem ecclesia in presentiarum iuste et canonice possidet aut in futurum concessione pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium seu aliis iustis modis deo propitio poterit adipisci,

1) *Boso kommt unter Eugen III als scriptor S.R.E. vor von 1149—1153.*

Digitized by Google

firma vobis vestrisque successoribus et illibata permaneant. In quibus hec propriis duximus exprimenda vocabulis: omne ius, quod habetis in ecclesia sancti Cassiani, in ecclesia sancti Laurentii de Pecciorano et in ecclesia sancti Iusti ad Arcum. Obeunte vero te, nunc eiusdem loci priore, vel tuorum quolibet successorum, nullus ibi qualibet subreptionis astutia seu violentia preponatur, nisi quem fratres communi consensu, vel pars consilii sanioris secundum deum elegerint; electus autem de more a) representetur episcopo et canonicis maioris ecclesię confirmandus. Prohibemus etiam, ut nemini liceat, parrochianis vestris, vobis inconsultis, penitentias dare, nisi forte in tanta necessitate fuerint, quod ad nos recurrere non possint. Nulli quoque abbati vel monacho fas sit, vobis ignorantibus, parrochianorum vestrorum aliquem monachum facere, nisi salva ecclesię vestrę iusticia. Celebrationem baptismi, quę ab episcopo et canonicis beati Martini in vestra consuevit ecclesia in die sancti sabbati fieri; antiquas etiam processiones ąc stationes et missas maiores, que in eadem ecclesia, prefixis diebus, ab eisdem canonicis celebrari solent, vobis et per vos ecclesię vestrę nichilominus confirmamus. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat, prefatam ecclesiam . . . usibus omnimodis profutura, salva in omnibus apostolicę sedis auctoritate et Lucani episcopi canonica reverentia. Si qua igitur . . . Cunctis autem . . . inveniant. Amen. — A-m. — Amen. —

(R) Ego Anastasius catholice ecclesie episcopus ss. (M)
† Ego Hugo Hostiensis episcopus ss. (3)
— † Ego GG.(Gregorius) presbiter cardinalis tit. Calixti ss.
† Ego Gui(do) presbiter cardinalis tit. sancti Grisogoni ss.
† Ego Hubaldus presbiter cardinalis tit. sancte Praxedis ss.
† Ego Manfredus presbiter cardinalis tit. sanctę Savinę ss.
— † Ego Oddo diaconus cardinalis sancti Georgii ad Velum ‖ aureum ss.
† Ego Iacintus diaconus cardinalis sancte Marie in Cosmydyn ss.
† Ego Gerardus diaconus cardinalis sanctę Marie in Via lata ss.
† Ego Odo diaconus cardinalis sancti Nicholai in carcere Tulliano ss. (1)

Dat. Laterani, per manum Rolandi, sanctę Romanę ecclesię presbiteri cardinalis et cancellarii. Non. Octub. Indictione prima. Incarnationis dominicę anno MCLIII. Pontificatus vero domni ANASTASII IIIIti PP. anno primo. —

Or. und neuere Kopie (S. Giovanni 7 Oct. 1153), im Archivio di Stato zu Lucca

Perg. ital., br. 0,54, lang c. 0,64, unten c. 0,048 umgeschlagen, durch 2 Löcher ging die Schnur, welche mit dem Bleisiegel verloren, Faltung der Bullen. Konscript sehr schön geschrieben. Ringkreuz und Unterschrift von gleicher grauer Dinte und schwerer Hand, die Umschrift in sehr zierlichen Buchstaben ausgeführt, wohl vom Konscriptschreiber; von ihm rührt auch die Datirung her, die aber vielleicht mit dunklerer Dinte eingetragen, das R *Rolands zeigt abweichende graue, die der Unterschrift; mit ihr sind auch die meisten Zeugen geschrieben, Hubald von der Dinte und Hand des Konscripts. Die Presbyterkreuze stehen dicht an der linken Kante, die* Ego *ausser das Hubalds folgen unmittelbar daneben, so dass ein grosser Theil der Signirung links von der Seitenlinie steht, das* Ego *Hubalds steht rechts von dieser.*

Nr. 116.

Anastasius IV nimmt das Kloster San Salvatore del Montamiata in apostolischen Schutz, bestätigt seine Güter und Rechte und verleiht dem Abte die bischöflichen Abzeichen, wofür jährlich zwei Byzanzier an die Kurie zu zahlen sind.

1153 October 23. Lateran.

Anastasius episcopus, (servus) servorum dei, dilectis filiis Rainerio, abbati venerabilis monasterii sancti Salvatoris de Monte Amiato, eiusque fratribus, tam presentibus quam futuris, regularem vitam professis, in perpetuum. Sicut omnium ecclesiarum est nobis a deo cura et sollicitudo commissa, ita pro omnibus solliciti esse compellimur, et pro illis precipue, que ad ius beati Petri proprie pertinere noscuntur. Eapropter, dilecti in domino filii, vestris iustis petitionibus clementer annuimus, et predecessoris nostri, bone memorie Celestini pape [1]), vestigiis inherentes, prefatum monasterium, in quo divino mancipati estis obsequio, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus et presentis scripti privilegio communimus. Statuentes, ut quascumque possessiones, que-

a) domore. — 1) *Urk. vom 23 Februar 1144.*

Digitized by Google

cumque bona idem monasterium in presentiarum iuste et canonice possidet, aut in futurum concessione pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium seu aliis iustis modis deo propitio poterit adipisci, firma vobis vestrisque successoribus et illibata permaneant. In quibus hec propriis [a]) duximus exprimenda vocabulis [b]): oblationes, decimas et primitias de omnibus vestris sive de preceptalibus, quemadmodum idem monasterium eas hactenus possedisse dignoscitur, plebem sancti Benedicti, plebem sancte Marie inter Fossata, plebem sancte Marie de Lamula, plebem sancti Blasii de Rocca, monasterium de Cerasolo, ecclesiam sancti Nicolai de Archidosso, et ecclesiam sancti Fortunati de Corneto. Quicquid habetis in ecclesia sancti Pancratii, et ecclesias sancte Restitute et sancti Savini, medietatem castri Radecofani, et censum sex marcharum pro alia medietate, quas a Romana ecclesia singulis annis debetis percipere. Prohibemus etiam, ut nulli abbati nec alicui omnino hominum liceat, medietatem eiusdem castri, quam ad manus vestras retinetis, absque Romani pontificis licentia cuilibet dare, vendere, locare, commutare seu quamlibet exinde concessionem facere. Crisma vero, oleum sanctum, consecrationes altarium seu basilicarum, ordinationes monachorum vel clericorum, qui ad sacros ordines fuerint promovendi, a diocesano suscipiatis episcopo, siquidem catholicus fuerit et gratiam atque communionem sedis apostolice habuerit et ea gratis et absque aliqua pravitate vobis voluerit exhibere. Alioquin liceat vobis, catholicum, quemcumque malueritis, adire antistitem, qui nimirum nostra fultus auctoritate, quod postulatur, indulgeat. Ad exemplar quoque predecessoris nostri, Leonis pape VIIII [1]), cuiuslibet ecclesie sacerdotem in prefato monasterio quamlibet iurisdictionem vel potestatem seu auctoritatem preter sedis apostolice pontificem habere prohibemus, ita, ut nisi ab abbate eiusdem monasterii fuerit invitatus, missarum ibidem sollemnia nullo modo celebrare presumat, set idem monasterium sub proprietate et dominio ac dispositione sancte Romane ecclesie liberum quietumque consistat. Concedimus etiam vobis placitum omnium clericorum vestrarum ecclesiarum. Addentes, ut clericos sive laicos liberos, seculariter viventes, ad conversionem suscipiendi facultatem liberam habeatis. Verum quoniam devotio tua, dilecte in domino fili, Raineri abbas, circa matrem tuam, sanctam Romanam ecclesiam, maxime temporibus nostris apparuit, personam tuam et per hoc commissam tibi ecclesiam in presentiarum cupimus honorare, et dignitatem mitre, anuli et baculi atque sandalium tibi et per te tuis successoribus apostolice sedis benignitate largimur et presentis scripti pagina confirmamus. Statuentes, ut tam tibi, quam tuis successoribus amodo licitum sit, huius dignitatis deferre insignia et eis in divinis officiis decorari. Obeunte vero te, nunc eiusdem loci abbate, vel tuorum quolibet successorum, nullus ibi qualibet [c]) surreptionis astutia vel violentia preponatur, set liceat vobis, communi consilio vel parti consilii sanioris, secundum dei timorem et beati Benedicti regulam absque ullius contradictione abbatem eligere. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat, idem monasterium temere perturbare aut eius possessiones auferre vel ablatas retinere, minuere seu quibuslibet vexationibus fatigare. Nullusque dux, marchio, comes, vicecomes, castaldo vel alia quamvis magna seu parva persona, ullum districtum in aliquibus locis ipsius monasterii habere vel iudicare seu aliquod placitum tenere audeat, nisi ab ipsius cenobii abbate fuerit invitatus. Sed omnia integra conserventur eorum, pro quorum gubernatione ac sustentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura, salva in omnibus apostolice sedis auctoritate. Ad huius itaque proprietatis et libertatis indicium duos bizantios aureos nobis nostrisque successoribus annualiter persolvetis. Si qua igitur in futurum ecclesiastica secularisve persona . . . . Cunctis autem . . . inveniant. Amen.

(R) Ego Anastasius catholice ecclesie episcopus ss.
† Ego Ugo Hostiensis episcopus ss.
— † Ego Guido presbiter cardinalis tit. sancti Grisogoni ss.
† Ego Hubaldus presbiter cardinalis tit. sancte Praxedis ss.
† Ego Manfredus presbiter cardinalis sancte Savine ss.
† Ego Aribertus presbiter cardinalis tit. sancte Anastasie ss.
† Ego Iulius presbiter cardinalis tit. sancti Marcelli ss.
† Ego Wido presbiter cardinalis tit. Pastoris ss.
† Ego Astaldus presbiter cardinalis tit. sancte Prisce ss.
— † Ego Odo diaconus cardinalis sancti Georgii ad Velum aureum ss.

a) propria b) vocabula c) qualibus. — 1) *Urk. vom 19 Juli 1050.*

Digitized by Google

† Ego Guido diaconus cardinalis sancte Marie in Porticu ss.
† Ego Iacinctus diaconus cardinalis sancte Marie in Cosmidin ss.
† Ego Odo diaconus cardinalis sancti Nicolai in carcere Tulliano ss.

Dat. Laterani, per manum Rolandi, sancte Romane ecclesie presbiteri cardinalis et cancellarii. x Kl. Novembr. Indictione prima. Incarnationis dominice anno MCLIII. Pontificatus vero domni Anastasii pape IIII anno primo.

Kopialurkunde des 13 Jahrh. (S. Salvatore 1050), im Archivio di Stato, und Abschrift B. VI. 9 p. 249, in der Biblioteca Pubblica zu Siena.

Nr. 117.

Anastasius IV nimmt das Kloster Passignano (D. Firenze [1]) in apostolischen Schutz und bestätigt seine Besitzthümer und freie Abtwahl.

1153 October 25. Santa Maria Rotonda von Rom.

Anastasius episcopus, servus servorum dei, dilecto filio Petro, abbati monasterii sancti Archangeli, quod est situm in loco, qui Passinianus dicitur, eiusque fratribus, tam presentibus quam futuris, regularem vitam professis, IN PPM. — Religiosam vitam eligentibus apostolicum convenit adesse presidium, ne forte cuiuslibet temeritatis incursus aut eos a proposito revocet aut robur, quod absit [a]), sacrę religionis infringat. Eapropter, dilecte in domino fili Petre abbas, tuis iustis postulationibus annuentes, prefatum monasterium sancti Archangeli, cui deo auctore presides, cum suis pertinentiis sub apostolicę sedis tutela et protectione suscipimus et scripti nostri pagina communimus. Statuentes, ut quascumque possessiones, quecumque bona iam dictum monasterium in presentiarum iuste et legitime possidet, aut in futurum concessione pontificum, oblatione fidelium seu aliis iustis modis rationabiliter, prestante domino, poterit adipisci, tibi [b]) tuisque successoribus firma [b]) et illibata permaneant. In quibus hęc propriis nominibus duximus annotanda: hospitalem videlicet domum et monasterium in podio sancti Donati apud Senam cum omnibus suis pertinentiis, monasterium in monte, qui Alfianus dicitur, ecclesiam sancti Vincentii cum xenodochio a quodam milite Baroncello nomine fundatam, xenodochium in burgo, quod dicitur Camulia, a Martino et Bonofilio fundatum, aliud quoque xenodochium in capite eiusdem burgi a Petro Fastello fundatum, capellam sancti Sebastiani positam in castro, quod dicitur podium Guidonis, canonicam beatę Marię apud Vicesimum, canonicam sancti Bartholomei de Figlino, capellam sancti Petri in castro Figlini, capellam sancti Bartholomei infra [c]) Campato, capellam sancti Laurentii de Montaniana, et capellam sancti Romuli de Quercio. Obeunte vero te, nunc eiusdem loci abbate, nullus ibi qualibet subreptionis astutia seu violentia preponatur, nisi quem fratres communi consensu aut pars consilii sanioris secundum dei timorem et beati Benedicti regulam providerint eligendum. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat, prefatum monasterium . . . usibus omnimodis profutura, salva apostolicę sedis auctoritate et diocesani episcopi canonica iustitia. Si qua . . . Cunctis autem . . . inveniant. — Amen. A-m. Amen. —

(R) ANastasius catholicę ecclesię episcopus ss. (M)
— † Ego Hugo Hostiensis episcopus ss. (7)
— † Ego Guido presbiter cardinalis tit. sancti Grisogoni minister ss. (1)
† Ego Iulius presbiter cardinalis tit. sancti Marcelli ss.
† Ego Oct(avianus) presbiter cardinalis tit. sanctę Cecilie ss. (2)
† Ego Cencius presbiter cardinalis tit. sancti Laurentii in Lucina ss.
† Ego Henricus presbiter cardinalis tit. sanctorum Nerei et Achillei ss.
— † Ego Odo diaconus cardinalis sancti Georgii ad Velum aureum ss.
† Ego Guido diaconus cardinalis sancte Marie in Porticu ss.
† Ego Iacintus diaconus cardinalis sancte Marie in Cosmydyn. (5)

Dat. Romę apud [d]) sanctam Mariam Rotundam, per manum Rolandi, sancte Romanę ecclesie presbiteri cardinalis et cancellarii. VIII Kl. Novembr. Indictione prima. Incarnationis dominice anno MCLIII. Pontificatus vero domni Anastasii pp. IIII anno primo. —

---

a) it *auf Rasur* b) *auf Rasur von dunklerer Dinte* c) *auf Rasur und* iñ *von dunklerer Dinte* d) *auf Rasur von dunklerer Dinte.* — 1) *Ueber die Lage vergl. das Nachwort der Urk. vom 19 November 1128.*

Digitized by Google

Or. (Badia di Ripoli 1153 Ott. 25), im Archivio di Stato zu Florenz.

Perg. ital., br. 0,61, lang 0,805, umgeschlagen 0,043, durch 2 Löcher ging die Schnur, welche mit dem Blei verloren, Faltung der Bullen. Ringkreuz etwas stark betont, wohl von gleicher Dinte, wie die Unterschrift, die in der Raumvertheilung sehr ungeschickt eingetragen, indem vom episcopus *bis zum Monogramme 0,16 frei blieben. Umschrift mit hellerer Dinte gemacht, Datirung von Hand und Dinte des Hauptkörpers, das* R *Rolands darin mit dunklerer Dinte eingetragen. Die 3 Zeugenreihen beginnen in gleicher Höhe erst auf der dritten Zeile unter der Unterschrift, theilweise von verschiedener Hand und Dinte hergestellt. Das Kreuz vor dem Diakonen Odo steht tiefer als die Signatur und ist nicht vom gleichen Schreiber gemacht.* + Ego *des Diakonen Guido ist in ganz anderer Schriftart wie das Folgende ausgeführt.*

Nr. 118.

Anastasius IV bestätigt dem Abte Guido von Sant' Antimo (D. Chiusi) die Besitzthümer, Rechte und Privilegien seines Klosters [1]*).*

1153 October 31. Santa Maria Rotonda zu Rom.

Anastasius episcopus, servus servorum [dei], dilecto filio Guidoni, abbati monasterii sancti Antimi [2]), eiusque successoribus regulariter substituendis, IN PPM.— | Cum omnibus ęcclesiis et ęcclesiast[icis] personis debitores ex iniuncto [a]) nobis a deo apostolatus officio existamus, illis tamen propensiori studio nos convenit imminere, | quę ex antiqua institutione ad [ius et] proprietatem beati Petri spectare noscuntur. Eapropter, dilecte in domino fili, tuis iustis pos[tu]lationibus clementer annuimus, et predecessoris nostri, felicis memorie pape INNOCENTII [3]), vestigiis inherentes, monasterium beati ANTIMI, cui deo auctore preesse dinosceris, apostolice [sedis] privilegio presentis scripti pagina communimus. Statuentes, ut quecumque [bona,] quascumque possessiones in presentiarum idem monasterium iuste et canonice possidet aut in futurum concessione pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium seu aliis [ius]tis modis, prestante domino, poterit adipisci, firma tibi tuisque successoribus et illibata serventur. Ut autem iuxta normam vestrę professionis divinis obsequiis liberius vacare possitis, simili modo sancimus, ut cuiuslibet ecclesię sacerdoti nullam iurisdictionem, nullam potestatem aut auctoritatem, excepto dumtaxat Romano pontifice, in vestro monasterio liceat vendicare, adeo quidem, ut nisi ab abbate eiusdem monasterii fuerit invitatus, nec etiam missarum sollemnia ibidem audeat celebrare. Iterdicimus etiam, ut nulli episcopo licentia [pateat,] sacerdotes eius[dem] cenobii, monachos sive canonicos distringere vel [excommunicare aut divinum] eis officium prohibere, quos etiam ab omni pontificali [sinodo] liberos et absolutos manere decernimus. [Porro locum ipsum ab omni iugo quarumli]bet potestatum tam episcoporum, quam marchionum, comitum [quoque aut vicecomitum,] castaldionum, ceterorum Longobardorum omnino volumus esse quietum nullusque eorum in possessionibus, [prefato cenobio spectantibus,] iudicium aliquod placitumve tenere aut distric[tionem facere] qualibet occasione presumat, sed potius tam hęc, quam alia, quę ad ius eiusdem monasterii specta[re noscuntur, in] tua et successorum tuorum libera potestate et dispositione consistant. Concedimus insuper eidem venerabili loco decimationes aut primitias de suis omnibus, sive de preceptalibus, sive de aliis, quę ia[m sunt ipsi] monasterio acquisita, seu in antea deo propitio acquirenda. Obeunte vero te, nunc eiusdem loci abbate, vel tuorum quolibet successorum, nullus ibi qualibet subreptionis astutia seu violentia preponatu[r, nisi quem fratres] comuni consensu aut fratrum pars consilii sanioris secundum dei timorem [et beati] BENEDICTI [regulam] providerint eligendum. Electus autem a Romano pontifice consecretur. Chrisma sane, oleum sanctum, [consecrationes] altarium vel basilicarum, ordinationes etiam presbiterorùm, diaconorum aut aliorum, [tam de monachis quam] de canonicis, qui ad sacros gradus fuerint promovendi, sive a sede apostolica, sive ab aliquo catholico suscipietis episcopo q[ui, nostra [b]) fultus auc]toritate, quod postulatur indulgeat. Et, si aliquando [c]) quempiam de nostris episcopis sive d[e aliis, prout nobis] congruentius visum fuerit, ad [sacrum min]isterium celebrandum vel consecrationem aliquam exhibenda]m invitare] ad vestrum

---

a) iuncto b) rerum *Ughelli* c) do *auf Rasur mit anderer Dinte.* — 1) *Jaffé, Reg. 6733; Migne, Patr. 188 p. 994, beide Drucke ohne Zeugen. Die Urkunde ist wegen ihrer vielfach vom gewöhnlichen Gebrauche abweichenden Formeln beachtenswerth. — Vergl. die Urk. vom Mai 992.* 2) *Nach Cappelletti, Chiese XVII p. 623, gehörte sie in den alten Kreis der Diöcese von Chiusi und kam später zu Montalcino.* 3) *Nicht erhalten geblieben.*

Digitized by Google

monasterium volueritis, absque alicuius contradictione, id [ipsum facien]di habea[tis plenam a)] facultatem. Ad hęc adicientes statuimus, ut in plebe sancti Salvatoris et in plebe sancti Ioh[annis, seu] etiam in aliis ecclesiis, vestro monasterio pertinentibus, si id necessitas exegerit, baptismus debeat celeb[rari, quema]dmodum predecessorum nostrorum Iohannis quintidecimi, Iohannis tertiidecimi, Benedicti b), Stephani] septimi. Sergii, Adriani [1]) et aliorum Romanorum pontificum sanction[ibu]s noscitur institutum. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum fas sit, vestrum monas[ter]ium . . . . usibus [profutura. Si quis autem] . . . Cunctis autem . . . . inveniant. Amen. A-m. Amen. —

(R) Ego Anastasius catholicę [ecclesię] episcopus ss. (M)
† Ego Hugo Hostiensis episcopus ss. (11)
— † Ego Guido presbiter cardinalis tit. [sancti Grisogoni ss.]
† Ego Hubaldus presbiter cardinalis tit. sancte Praxedis [ss.]
† Ego Manfredus presbiter cardinalis tit. sanctę Savinę [ss.]
† Ego Aribertus presbiter cardinalis tit. sancte A[nastasie ss.]
† Ego Iulius presbiter cardinalis tit. sancti Marcelli [ss.]
† Ego Guido presbiter cardinalis tit. Pastoris ss.
† Ego Octavianus presbiter cardinalis tit. sancte Cecilie ss. (1)
† Ego Iohannes Paparo presbiter cardinalis sancti Laurentii in Damaso ss. (1)
† Ego Cencius presbiter cardinalis sancti Laurentii [in Lucina] ss.
† Ego Henricus presbiter cardinalis tit. sanctorum Nerei et Achillei ss.
— † Ego Oddo diaconus cardinalis sancti Georgii ad Velum | aureum ss.
† Ego Guido diaconus cardinalis sancte Marie in Porticu ss.
† Ego Iacintus diaconus cardinalis sancte Marie in Cosmydyn ss.
† Ego Gerardus diaconus cardinalis sanctę Marię in Via lata ss. (9)

Dat. Rome apud sanctam Mariam Rotundam, per manum R[olandi,] sancte Romanę ecclesię presbiteri cardinalis et cancellarii. II Kl. Novembris. Indic[tion]e secunda. Incarnationis dominice anno MCLIII. Pontificatus vero domni ANASTASII pp. IIII anno primo. —

Or. (Pergam. Bighi I), Abschrift des Catal. Bighi-Borghese p. 117b, im Archivio di Stato, und Cod. VI. B. 10 p. 25b, der Bibl. Pubblica zu Siena.

Perg. sehr beschädigt, ital. br. 0,555, lang 0,74, das Umgeschlagene abgeschnitten, durch 2 Löcher ging die Schnur, welche mit dem Bleisiegel verloren, Faltung der Bullen. Das Ringkreuz steht auf einer beschädigten Stelle, die Unterschrift zeigt dunklere Dinte als das Konscript, ziemlich sicher die gleiche, mit der die Datirung geschrieben. Das R *Rolands hier mit gehaltreicherer Dinte eingetragen. Alle Zeugenfirmen ausser der des Presbyters Heinrich und des Diakonen Guido mit gelbbrauner Dinte geschrieben, offenbar zum grossen Theile auch von gleicher Hand.*

Nr. 119.

Anastasius IV bestätigt dem Kanonikerkonvente von Lucca seine Gerechtsame und Besitzthümer [2]).

1153 November 26. Lateran.

Anastasius episcopus, servus servorum dei, dilectis filiis Petro, archipresbitero Lucanę ecclesię, eiusque fratribus, tam presentibus quam futuris, canonice substituendis, IN PPM. — | Quotiens illud a nobis petitur, quod rationi et honestati convenire dinoscitur, animo nos decet libenti concedere et petentium desideriis congruum impertiri suffragium. Eapropter, | dilecti in domino filii, vestris iustis petitionibus clementer annuimus, et predecessorum nostrorum, felicis memorię GELASII [3]) et EUGENII [4]), Romanorum pontificum, vestigiis inherentes, antiquas ecclesię matricis atque rationabiles consuetudines vobis vestrisque successoribus confirmamus, ut videlicet unctiones infirmorum ac sepulturę civitatis proprię, ad eandem ecclesiam pertinentes, et officium atque participatio beneficiis funerum, ad alias ecclesias pertinentium, vobis nulla clericorum calliditate aut laicorum quorumlibet ipsi ecclesię subtrahantur. Electiones autem priorum et collocationes clericorum in aliqua ecclesia infra urbem vel extra in suburbiis sine consensu episcopi et priorum, qui locopositi nominantur, matricis ecclesię non fiant, nec laicorum violentia

a) omnimodam *Ughelli* b) *in der Abschrift des Katalogs steht* Benedicti IV. — .1) *Alle diese Urkunden sind nicht erhalten.* 2) *Vergl. die Urk. vom 16 September 1150 und 16 April 1155.* 3) *Jaffé, Reg. 4896.* 4) *Urk. vom 16 September 1150.*

Digitized by Google

in aliqua ecclesiarum ulla priorum aut clericorum fiat electio, et nulla ecclesiarum episcopatus vestri preter eorum consensum alicui subiciatur ecclesię, nec publica et maiora negotia aliqua sibi ecclesiarum, ipsis invitis, arripiat aut publicas penitentias tribuat nec sententias et interdictum matricis ecclesię temptet infringere. Nulla etiam vestri episcopatus persona sine consensu episcopi vel priorum, qui locopositi nominantur, matricis ecclesię excommunicetur et, quod ab episcopo ligatum fuerit, a nemine irritum duci temptetur. Sane civitatis vestrę clerici et, qui in suburbiis sunt, solitas obedientias, videlicet in letaniis, in processionibus communibus, in festivitatibus et stationibus maioris ecclesię eidem impendant ecclesię, ut vobiscum adsint. Porro in quintę ferię nocte ante pascha nulla ecclesia secundum morem vestrę ecclesię campanas sonet neque in sabbato sancto cereum benedicat, set ad baptismum predicti clerici ex consuetudine veniant. Nulla preterea ecclesiarum missas sollemnes celebret in festivitate beati Martini et sancti Reguli et in secunda feria paschę et in processionibus quadragesimę, donec stationis solvantur conventus. Nullus etiam clericorum officium vivorum aut mortuorum, ad matricem ecclesiam pertinens, facere vel celebrare presumat. Ad hec aditientes statuimus, ut decimę matricis ecclesię ab his, qui tribuunt, non fraudentur et nulla eas clericalis persona subripiat aut diminuat. Nulli etiam episcopo liceat, aliquem matricis ecclesię canonicum officio seu beneficio sine canonico privare iudicio. Sane caritativa illa ciborum beneficia, quę ab episcopis vestris, sive presentes sive absentes fuerint, in sollemnioribus festis consuevistis accipere, vobis vestrisque posteris rata precipimus et illibata servari. Preterea quascumque possessiones, quęcumque bona eadem ecclesia in presentiarum iuste et canonice possidet, aut in futurum concessione pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium seu aliis iustis modis deo propitio poterit adipisci, firma vobis vestrisque successoribus et illibata permaneant. In quibus hec propriis duximus exprimenda vocabulis: hospitale sancti Martini cum ecclesia sancti Alexandri, ecclesiam sancti Thomę et ecclesiam sancti Christofori de Arcu; extra civitatem [a] ecclesiam de Massagrosi, ecclesiam de Fabialla, ecclesiam de Gualdo, tres ecclesias de Massamacinaria, ecclesiam de Villule, ecclesiam de Ciciana, ecclesiam beati Concordii iuxta Arsinam, ecclesiam sancti Petri de Octavo, ecclesiam de Galleno, ecclesiam sanctę Marię de Streda, ecclesiam de Valleprumaria, ecclesiam sancti Viti de Piciorana, et plebem de Sugruminio. Sepulturam quoque ipsius loci liberam esse concedimus, ut eorum devotioni et extremę voluntati, qui se illic sepeliri deliberaverint, nisi forte excommunicati sint, nullus obsistat. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat, prefatam ecclesiam . . . usibus omnimodis profutura, salva sedis apostolicę auctoritate. Si qua igitur . . . Cunctis autem . . . inveniant. Amen. — A-m. — Amen. —

(R) Ego Anastasius catholicę ecclesię episcopus ss. (M)
† Ego Ymarus Tusculanus episcopus ss. (8)
— † Ego Hubaldus presbiter cardinalis tit. sanctę Praxedis ss.
† Ego Manfredus presbiter cardinalis tit. sanctę Savinę ss. (1)
† Ego Iulius presbiter cardinalis tit. sancti Marcelli ss. (2)
† Ego Gerardus presbiter cardinalis tit. sancti Stephani in Celio monte ss.
— † Ego Oddo diaconus cardinalis sancti Georgi(i) ad Velum aureum ss.
† Ego Guido diaconus cardinalis sancte Marie in Portico [b] ss.
† Ego Iacintus diaconus cardinalis sancte Marie in Cosmydyn ss. (2)
† Ego Odo diaconus cardinalis sancti Nicholai in carcere Tulliano ss. (3)

Datum Laterani, per manum ROLANDI, sanctę Romanę ecclesie presbiteri cardinalis et cancellarii. VI Kl. Decembris. Indictione II. Incarnationis dominicę anno MCLIII. Pontificatus vero domni ANASTASII IIII anno primo. —

Or. (BB. 20) und Abschr. des Bullarium p. 43, im Archivio Capitolare zu Lucca; Abschrift G. VIII. 243 p. 114 der Bibl. Chigi zu Rom.

Or. Perg. ital., br. 0,56, lang 0,755, unten 0,025 umgeschlagen, durch zwei Löcher geht die starkfädige ursprünglich braunrosa Seidenschnur, deren Bleisiegel verloren, Faltung der Bullen. Die Konscriptschrift ist äusserst sauber, Umschrift und Unterschrift rühren von gleicher erdbrauner Dinte her, von ihr und ziemlich sicher auch mit gleicher Hand geschrieben ist die Datirung, ausser das R *Rolands, welches wie das Ringkreuz dunklere Dinte aufweist.* (R)olandi *zeigt halblange Buchstaben, nicht so lang wie* Anastasii. *Die Bischofs- und die Presbyterfirmen sind von gleicher Hand und Dinte gemacht, wohl auch die der beiden Diakonen Otto.*

a) c *auf Rasur* b) *richtiger* Porticu.

Digitized by Google

Nr. 120.

Anastasius IV nimmt die Kollegiatkirche San Martino di Pisa in apostolischen Schutz und bestätigt ihre Besitzthümer und Rechte

1153 December 2. Lateran.

Anastasius episcopus, servus servorum dei, dilectis filiis Leoni, priori ecclesię sancti Martini de Guinzica, eiusque fratribus, tam presentibus quam futuris, regularem vitam professis, IN PPM. — | Iustis religiosorum desideriis consentire ac rationabilibus eorum postulationibus clementer annuere, apostolicę sedis, cui, largiente domino, deservimus, auctoritas et fraternę caritatis | unitas nos hortatur. Eapropter, dilecti in domino filii, vestris iustis petitionibus clementer annuimus, et predecessorum nostrorum, bonę memorię INNOCENTII [1]) et LUCII [2]), summorum pontificum, vestigiis inherentes, prefatam sancti Martini ecclesiam, in qua divino mancipati estis obsequio, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus et presentis scripti privilegio communimus. In primis siquidem statuentes, ut ordo canonicus, qui secundum beati AUGUSTINI regulam ibidem noscitur institutus, perpetuis temporibus in eadem ecclesia inviolabiliter conservetur. Quecumque etiam bona, quascumque possessiones eadem ecclesia in presentiarum iuste et canonice possidet aut in futurum concessione pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium, seu aliis iustis modis deo propitio poterit adipisci, firma vobis vestrisque successoribus et illibata permaneant. In quibus hec propriis duximus exprimenda vocabulis: ecclesiam sancti Marci cum omnibus pertinentiis suis et terras atque possessiones, quas Petrus de sancto Genesio cum uxore sua eidem ecclesię pietatis intuitu obtulit. Hoc etiam adicientes, ut quicumque infra eiusdem sacri loci ambitum, suggerente diabolo, fu[rtu]m fecerit aut alicui violentiam vel rapinam intulerit, quousque vobis et ecclesię de perpetrata nequitia satisfecerit, anathematis vinculo innodetur, et quoniam etiam secundum humanas leges sacrosancta ecclesia omnibus generaliter debet esse refugium, simili modo sancimus, ut quicumque causa salutis propter aliquod commissum se ad eundem locum contulerit, donec prior et fratres ipsum ad iusticiam presentaveri(n)t, a nemine abstrahatur aut lesionem aut detrimentum aliquod patiatur. Prohibemus insuper, ut nulli umquam canonicorum post factam professionem absque libera prioris et fratrum licentia ecclesiam vestram relinquere (et) ad alium locum liceat pertransire, nec aliquis episcoporum, abbatum, priorum vel aliqua persona eum retinere presumat, set tanquam suę professionis prevaricator redire ad locum proprium compellatur. Sane laborum vestrorum, quos propriis manibus aut sumptibus colitis, sive de nutrimentis vestrorum animalium nullus omnino clericus vel laicus decimas a vobis presumat exigere. Sepulturam quoque ipsius loci liberam esse concedimus, ut eorum devotioni et extremę voluntati, qui se illic sepeliri deliberaverint, nisi forte excommunicati sint, nullus obsistat salva tamen iusticia matricis ecclesię. Clericos vero sive laicos liberos, seculariter viventes, ad conversionem suscipiendi absque alicuius contradictione facultatem liberam habeatis. Inhibemus etiam, ut nulli infra parrochiam vestram ecclesiam vel capellam absque vestro assensu construa(n)t; vos autem, si cum assensu Pisani archiepiscopi edificare volueritis, nullus prohibeat. Mansuro preterea in perpetuum decreto penitus prohibemus, ut nemini abbati, monacho vel clerico liceat, alicui parrochianorum vestrorum, vobis inconsultis, penitentiam dare, nisi forte in tanta necessitate fuerit, quod ad vos recurrere minime possit. Interdicimus etiam, ut nulli abbati vel monacho sive clerico fas sit, vobis ignorantibus parrochianorum vestrorum aliquem in infirmitate monachum facere vel vobis et ecclesię vestrę, quem spirituali cibo, dum viveret, sicut vestrum parrochianum nutristis, in morte nisi salva iusticia eiusdem ecclesię subripiendo auferre. Obeunte vero te, nunc eiusdem loci priore, vel tuorum quolibet successorum, nullus ibi qualibet surreptionis astutia seu violentia preponatur, set liceat vobis, communi consilio vel partis consilii sanioris secundum dei timorem et beati Augustini regulam absque ullius contradictione priorem eligere. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat, prefatam ecclesiam . . . minuere aut aliquibus [vexatio]nibus fatigare seu indebitas exactiones aut angarias vel pravas consuetudines inducere, set omnia integra . . . usibus omnimodis profutura, salva sedis apostolicę auctoritate et Pisani archiepiscopi canonica iusticia. Si qua igitur . . . Cunctis autem . . . inveniant. Amen. — A-m. — Amen. —

1) *Urk. vom 30 Mai 1135.* 2) *Urk. vom 10 Mai 1144.*

Digitized by Google

(M) Ego Anastasius catholicę ecclesię episcopus ss. (M)
† Ego Imarus Tusculanus episcopus ss.
† Ego Hugo Hostiensis episcopus ss. (11)
— † Ego Hubaldus presbiter cardinalis tit. sanctę Praxedis ss.
† Ego Manfredus presbiter cardinalis tit. sanctę Savinę ss.
† Ego Aribertus presbiter cardinalis tit. sanctę Anastasie ss.
† Ego Iulius presbiter cardinalis tit. sancti Marcelli ss.
† Ego Hubaldus presbiter cardinalis tit. sancte Crucis in Ierusalem ss.
† Ego Iordanis presbiter cardinalis tit. sancte Susanne et Felicitatis ss.
† Ego Octavianus presbiter cardinalis tit. sancte Cecilie ss.
† Ego Astaldus presbiter cardinalis tit. sancte Prisce ss.
† Ego Iohannes presbiter cardinalis sanctorum Iohannis et Pauli tit. Pamachii ss.
† Ego Cencius presbiter cardinalis tit. sancti Laurentii in Lucina ss.
† Ego Henricus presbiter cardinalis tit. sanctorum Nerei et Achillei ss.
† Ego Iohannes presbiter cardinalis tit. sanctorum Silvestri et Martini ss. (1)
— † Ego Odo diaconus cardinalis sancti Georgii ad Velum aureum ss.
† Ego Guido diaconus cardinalis sancte Marie in Porticu ss.
† Ego Iacintus diaconus cardinalis sancte Marie in Cosmydin ss.
† Ego Iohannes diaconus cardinalis sanctorum Sergii et Bachi ss.
† Ego Gerardus diaconus cardinalis sancte Marie in Via lata ss.
† Ego Odo diaconus cardinalis sancti Nicholai in carcere Tulliano ss. (7)

Dat. Laterani, per manum Rolandi, sanctę Romanę ecclesię, presbiteri cardinalis et cancellarii. IIII Non. Decemb. Indictione secunda. Incarnationis dominice anno MCLIII. Pontificatus vero domni ANASTASII PP. IIII anno primo. —

Or. (S. Martino) im Archivio di Stato zu Pisa, und Reg. des Catal. XXVI, im Arch. di Stato zu Florenz.

Perg. ital., br. 0,62, lang 0,905, unten 0,054 umgeschlagen, durch 2 Löcher ging die Seidenschnur, welche mit dem Bleisiegel verloren, Faltung der Bullen. Initiale, Verewigung, Monogramm und grosse Buchstaben stark verziert. Verewigung sonst Nr. 2 Prxx, *füllt 0,074. Die Schrift des Konscripts sehr sauber und schön. Amen Nr* $7x^2$, *das mittlere füllt c. 0,08. Rota Nr. 1, Durchmesser 0,053, vom Monogramm c. 0,204. Monogramm hoch 0,052, breit c. 0,04. Ringkreuz und Unterschrift gleiche Dinte und schwere Hand, Umschrift hellere Dinte, die gleiche mit der der grösste Theil der Kardinäle und die Datirung ausgeführt, wohl vom gleichen Schreiber herrührend, wie letztere, die von anderer Hand als der Hauptkörper, das* R *Rolands mit dunklerer Dinte nachgetragen. Die Zeugenfirmen zum grösseren Theile von gleicher Dinte und wohl auch vielfach von gleicher Hand. Da die* Ego *der Presbyter rechts an der Seitenlinie und die Kreuze bis zu dem Astalds dicht an der Kante stehen, so beträgt der Zwischenraum zwischen beiden c. 0,05, die anderen Presbyterkreuze stehen mehr in der Mitte, oder nahe vor dem* Ego.

Nr. 121.

Anastasius IV berichtet den Kanonikern von Pisa, dass er ihrem Erz- und sonstigen Priestern das Recht verleihe, gegen diejenigen Pisaner Pfarrangehörigen, welche gewaltsam Kanonikatsgüter inne haben, mit geistlichen Strafen vorzugehen, falls ihr Erzbischof es nicht thue.

1153 December 3. Lateran.

ANastasius episcopus, servus servorum dei, dilectis filiis canonicis Pisane ecclesie s[alutem] et apostolicam benedictionem. Etsi | commissum nobis officium pro ecclesiarum omnium statu nos [c]ogat attentius cogit[are], illis tamen specialiter | nos invigilare opo[rt]et, que beato Petro ac nobis propen[sius] adherere n[oscu]ntur. Ideoque, dilecti in domino filii, quoniam bona et possessiones ecclesie Pisanę quida[m] parrochianorum Pisani archiepiscopatu[s] violenter detinent occupatas et ea redd[er]e contradicunt, si, postquam vene[ra]bilis frater noster Pisa[ne] eccl[esie episcopus a] vobis . . . . fuerit requisitus, canonicam iustitiam de ipsis facere for[te] noluerit, tibi, fili archipresbiter, et aliis sacerdotibus vestris, canonicam in eos sententiam promulgandi licentiam damus. Statuentes, ut sententia ipsa usque ad condignam satisfactionem firmiter teneatur nec | ab aliquo presumptione aliqua viol[etu]r. — Dat. Laterani, III Non. Dec. —

Or. Nr. 490, im Archivio Capitolare zu Pisa.

Perg. ital., br. 0,172, lang 0,142, unten 0,018 umgeschlagen, Plumbirung abgerissen. Faltung der Breven. Die Urkunde hat durch Feuchtigkeit stark gelitten.

Digitized by Google

Nr. 122.

Anastasius IV nimmt die Kollegiatkirche von Colle (D. Volterra) in apostolischen Schutz und bestätigt ihre Güter und Gerechtsame, wofür sie jährlich zwölf Solidi an die Kurie zu entrichten hat [1]).

1153 December 7. Lateran.

Anastasius episcopus, servus servorum dei, dilectis filiis Rogerio, archipresbitero plebis de Elsa, eiusque fratribus, tam presentibus quam futuris, IN PPM. — | Pie postulatio voluntatis effectu debet prosequente compleri, ut fidelis devotio a) congruum b) sortiatur effectum. Eapropter, dilecti in domino filii, vestris iustis po|stulationibus clementer annuimus, et predecessorum nostrorum, felicis memorie PASCALIS, GELASII atque EUGENII, Romanorum pontificum, vestigiis inherentes, vestram beati Faustini seu beati Iohannis ecclesiam, in qua divino mancipati estis obsequio, cum plebe sua, que de Elsa dicitur, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus et presentis scripti privilegio communimus. Quam videlicet ecclesiam et plebem universam ex antiqui iuris possessione constat proprietaria ditione ad sedem apostolicam et Romanam ecclesiam pertinere. Statuimus itaque, ut quascumque possessiones, quecumque bona in presentiarum c) iuste et canonice possidetis aut in futurum concessione pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium seu etiam aliis iustis modis deo propitio poteritis adipisci, firma vobis vestrisque successoribus et illibata permaneant. In quibus hec propriis duximus exprimenda vocabulis: capellam sancti Michaelis, positam iuxta fluvium Unci, cum pertinentiis suis, capellam sancti Martialis, positam in burgo Else, cum pertinentiis suis, capellam sanctę Marię, positam in eodem burgo, cum pertinentiis suis, capellam sanctę Marię de Spongi cum pertinentiis suis, capellam sancti Salvatoris de Colle veteri cum pertinentiis suis, capellam sancti Nicholai de castro Novo colle cum pertinentiis suis, capellam sancti Blasii iuxta territorium plebis sancti Ipoliti cum pertinentiis suis, capellam sancti Andree de Strata d) cum pertinentiis suis, capellam sanctorum Phylippi et Iacobi de Quartaio cum pertinentiis suis, capellam sancti Iusti de Menzano cum pertinentiis suis, primitias et decimas populi de Senzano et de Oliveto. Precipimus ergo, ut nemini laicorum facultas sit, aliquam de capellis aut decimis, ad supradictam plebem pertinentibus, in alterius ecclesię dominium tradere. Tibi autem ac successoribus tuis, qui per Romani pontificis consensum in eadem plebe vel ecclesia archipresbiteri fuerint, obedientiam debitam confirmamus de omnibus capellis, que constitute sunt vel fuerint in parrochia, ad supradictam beati Faustini ecclesiam pertinente(s), intra quas, si oportunitas exegerit, absque contradictione cuiuslibet novas capellas vel ecclesiam edificandi vobis licentiam indulgemus. Obeunte vero te, nunc eiusdem loci archipresbitero, nullus in eadem ecclesia qualibet subreptionis astutia vel violentia preponatur, nisi quem eiusdem ecclesie clerici sibi preesse providerint et Romani pontificis assensus probaverit. Crisma, oleum sanctum, ordinationes clericorum ab episcopo, in cuius diocesi estis, accipietis, siquidem gratiam atque communionem apostolicę sedis habuerit et si ea gratis ac sine pravitate voluerit exhibere. Alioquin liceat vobis, catholicum, quem malueritis, adire antistitem et ab eo consecrationis sacramenta suscipere, qui, apostolicę sedis fultus auctoritate, que postulantur, indulgeat. Capellarum vero et plebis, si oportuerit, consecratio, non nisi precepto Romani pontificis fiat. Precipimus etiam, ne militibus liceat, parrochianorum vestrorum decimas suis usibus vendicare, set iuxta canonicas sanctiones in ius ecclesię confera(n)tur. Porro sepulturam e) eiusdem loci liberam esse decernimus, ut eorum, qui se illic sepelliri deliberaverint, devotioni et extreme voluntati, nisi forte excom(m)unicati vel f) interdicti sint, nullus obsistat. Illud autem omnimodis prohibemus et penitus interdicimus, ne clericorum res post eorum obitum aliquis audeat ecclesię vobisque subtrahere, set iuxta canonicas g) sanctiones omnia ecclesię reserventur. Nec in ecclesia ipsa vel capellis eius contra deliberationem vestram aliquis presbiterum clericosve constituat. Nemini ergo facultas sit, ecclesiam ipsam temere perturbare aut vobis helimosinas subripere, que ex mortuorum iudiciis parrochiali debentur ęcclesię, aut capellas plebis vestre invadere seu, quecumque ipsius sunt vel fuerint, quibuslibet occasionibus auferre. Ad inditium autem proprietatis huius XII nummos nobis nostris-

---

a) t *auf Oberlängen-Rasur* b) *theilweise auf Rasur* c) *Abreviatur von* rum *gestrecht auf Rasur* d) ra *durch Korrektur hergestellt* e) *zwischen* Porro *und* sepulturam *die Rasur eines* ad f) *theilweise auf Rasur* g) oni *auf Rasur.* 1) *Vergl. die Urk. vom 20 März 1149 und vom 16 April 1158.*

Digitized by Google

que successoribus annis singulis persolvetis. Si quis autem, de|creti huius tenore cognito, temere contraire temptaverit, nisi deo et ęcclesię fratribus satisfecerit, omnipotentis dei et beati Petri, apostolorum principis, indignatione plectatur [a]).

(R) Ego Anastasius catholicę ecclesię episcopus ss. (M)
† Ego Hugo Hostiensis episcopus ss. (c. 8)
— † Ego GG.(Gregorius) presbiter cardinalis tit. Calixti ss. (1)
† Ego Hubaldus presbiter cardinalis tit. sancte Praxedis ss. (1/2)
† Ego Iulius presbiter cardinalis tit. sancti Marcelli ss.
† Ego Iohannes presbiter cardinalis sanctorum Iohannis et P(auli) tit. Pamachii ss.
† Ego Hubaldus presbiter cardinalis tit. sanctę Crucis in Ierusalem ss.
† Ego Guido presbiter cardinalis tit. Pastoris ss.
† Ego Astaldus presbiter cardinalis tit. sancte Priscę ss.
† Ego Iohannes presbiter cardinalis tit. [b]) sanctorum Silvestri et Martini ss.
— † Ego Oddo diaconus cardinalis sancti Georgii ad Velum aureum ss.
† Ego Guido diaconus cardinalis sancte Marie in Porticu ss. (c. 4)
† Ego Odo diaconus cardinalis sancti Nicholai in carcere Tulliano ss.

Dat. Laterani, per manum ROlandi, sancte Romane ecclesie presbiteri cardinalis et cancellarii. VII Id. Dec. Indictione [c]) II. Incarnationis dominice anno MCLIII. Pontificatus vero domni Anastasii IIII pp. anno primo. —

Or. (Comunità di Colle, 1153 Dic. 7), im Archivio di Stato zu Florenz.

Perg. ital., br. 0,6, lang 0,705, unten 0,028 umgeschlagen, durch zwei Löcher ging die Schnur, welche mit dem Blei verloren. Faltung der Bullen. Die Verewigung der ersten Zeile füllt 0,168, Schrift des Konscripts in den Worten stark zusammengedrängt. Das ct *von* plectatur *ist 0,057 auseinander gezogen und dadurch die Zeile zum Abschlusse gebracht. Amen fehlen. Im Ringkreuze ist der Schaft nur halb fertig gemacht, die Dinte wasserig, wie weder in Um- noch Unterschrift, die von gleicher Hand herrühren könnten. Das* R *und vielleicht auch das* o *Rolands in der Datirung scheinen nachträglich eingetragen zu sein, von* Anastasii *an die Worte stark auseinander gezogen, um die Zeile zu füllen. Ein Theil der Zeugenfirmen sicher von gleicher Hand, am unverkennbarsten die Presbyter Hubald (S. Crucis), Guido und Astaldus, auch Hubald (S. Praxedis) und Julius rühren von ihr her, während die drei Diakonen je von einem anderen Schreiber ausgeführt wurden.*

Nr. 123.

Anastasius IV nimmt das Kloster Santo Stefano di Bologna in apostolischen Schutz und bestätigt seine Besitzthümer.

1153 December 7. Lateran.

Anastasius episcopus, servus servorum dei, dilectis filiis Giberto, abbati monasterii sancti Stephani Bononiensis, quod [d]) vocatur [d]) Ierusalem [1]), eiusque fratribus, tam presentibus quam futuris, regularem vitam professis, IN PPM. — | Quotiens illud a nobis petitur, quod religioni et onestati convenire dinoscitur, animo nos decet libenti concedere et petentium desideriis congruum impertiri consensum. Eapropter, | dilecti in domino filii, vestris iustis postulationibus clementer annuimus, et prefatum monasterium, in quo divino mancipati estis obsequio, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus et presentis scripti privilegio communimus. Statuentes, ut quascumque possessiones, quecumque bona idem monasterium in presentiarum iuste et canonice possidet aut in futurum concessione pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium seu aliis iustis modis, prestante domino, poterit adipisci, firma vobis vestrisque successoribus et illibata permaneant. In quibus hec propriis duximus exprimenda vocabulis: ecclesiam sancti Stephani in Claterna cum hospitio et omnibus rebus, ad [e]) ipsam [f]) pertinentibus, et medietatem decimationis ipsius plebis, ecclesias sancti Laurentii et sancte Marię de castro Varegnane, ecclesiam sancti Damiani quę est infra curtem Casalicli, ecclesiam sancti Iohannis in Galisano, ecclesiam sancti Andreę de Capite vici, ecclesiam sancte Marię de Elerario, ecclesiam sancti Iohannis de valle Lambri, ecclesiam sancti Miliani de Russi, ecclesiam sanctę Marie de Caselle, ecclesiam sanctorum Iohannis et Pauli de Panteo, ecclesias sancti Iohannis et sancte Marię de Cadaniusco, ecclesias sancti Victoris et sancti Petri de Vitaliacula, ecclesiam sancti Vitalis de Granarulo [g]), ecclesiam sancti

---

a) *In der Verbindung des* ct *theilweise Rasur* b) *übergeschrieben* c) *theilweise auf Rasur* d) *auf Rasur* e) *theilweise auf Rasur* f) *wie e,* ipsum g) *oder* Granartilo. — 1) *Abazia parochiale, fondata da S. Petronio. Cappelletti III p. 574.*

Digitized by Google

Mamas de Lopoleto, ecclesiam sancti Iohannis in Tyriario, ecclesiam destructam sancti Bartholomei, ecclesiam sancti Genesii de Duliolo, ecclesiam sancti Cassiani de Ronke, ecclesiam de Hermitario, ecclesiam de turre Poii, ecclesias sancti Laurentii et sancti Quirici de Butrio, ecclesiam sancte Marię de Castenase, ecclesiam sancte Marię de Cento, ecclesiam sancti Iohannis de Policino, ecclesiam sancti Prosperi de Panicale, ecclesiam sancti Rofilli, ecclesiam sancti Vitalis in Barbiano, ecclesiam sancti Martini in Pozatello, ecclesiam sancte Tecle, ecclesiam sancti Michaelis in Leprosito, ecclesiam sancti Thome, et ecclesiam sancti Clementis Ferrariensis. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat, supradictum monasterium temere perturbare . . . . profutura, salva diocesani episcopi canonica iustitia. Si qua igitur . . . . Cunctis autem eidem loco sua iura servantibus . . . inveniant. Amen. A-m. Amen. —

(R) Ego Anastasius catholicę ecclesię episcopus ss. (M)
† Ego Ymarus Tusculanus episcopus ss. (1)
† Ego Hugo Hostiensis episcopus ss. (9)
— † Ego GG.(Gregorius) presbiter cardinalis [a]) tit. Calixti ss.
† Ego Manfredus presbiter cardinalis tit. sanctę Savinę ss.
† Ego Aribertus presbiter cardinalis tit. sanctę Anastasię ss.
† Ego Iulius presbiter cardinalis tit. sancti Marcelli ss.
† Ego Hubaldus presbiter cardinalis tit. s[ancte Crucis] ss.
† Ego Iordanus presbiter cardinalis tit. sanctę Susannę ss. (3)
† Ego Gerardus presbiter cardinalis tit. sancti Stephani in Celio monte ss.
† Ego Henricus presbiter cardinalis tit. sanctorum Nerei et Achillei ss.
— † Ego Odo diaconus cardinalis sancti Georgii ad Velum aureum ss.
† Ego Guido diaconus cardinalis sancte Marie in Porticu ss.
† Ego Iacintus diaconus cardinalis sancte Marie in Cosmydyn ss.
† Ego Iohannes diaconus cardinalis sanctorum Sergii et Bachi ss.
† Ego Gerardus diaconus cardinalis sanctę Marię in Via lata ss.
† Ego diaconus cardinalis sancti Nicholai in carcere Tulliano ss. (5)

Dat. Laterani, per manum Rolandi, sancte Romanę ecclesię presbiteri cardinalis et cancellarii. VII Id. Decemb. Indictione secunda. Incarnationis dominice anno MCLIII. Pontificatus vero domni ANASTASII PP. IIII anno primo. —

Or. im Archivio di Stato zu Bologna.

Perg. ital., br. 0,595, lang 0,7, unten 0,038 umgeschlagen, durch 2 Löcher ging die Schnur, welche mit dem Blei verloren. Faltung der Bullen. Der Hauptkörper füllt nur 0,395. Verewigung Nr. 2 Jh Ps. Rota Nr. 1, im Durchmesser 0,061. Monogramm Gruppe 4, hoch 0,062, breit 0,033. Ringkreuz, Um- und Unterschrift dunklere Dinte als Inschrift, Ringkreuz schwerere Hand. Datirung vom Hauptkörperschreiber, R Rolands darin nachgetragen, wohl von Hand und Dinte der Umschrift. Zeugenfirmen rühren theilweise von verschiedenen Händen her. Unter der Datirung links steht die Firma des Presbyters Heinrich noch einmal eingetragen, verdeckt vom Umgeschlagenen, wohl von späterer Hand.

Nr. 124.

Anastasius IV nimmt das Hospital von Acquidotto (D. Mantova) in apostolischen Schutz und bestätigt seine Besitzthümer und Rechte, wofür es jährlich zwölf Denare an die Kurie zu entrichten hat.

1153 December 9. Lateran.

Anastasius episcopus, servus servorum dei, dilectis filiis, Iohanni Bello et aliis fratribus domus hospitalis de Aqua duce, tam presentibus quam futuris, regularem vitam professis, IN PPM. — | Religiosis desideriis dignum est facilem prebere consensum, ut fidelis devotio celerem sortiatur effectum. Eapropter, dilecti in domino filii, vestris iustis postulationibus gratum impertientes assensum, prefatum hospitale, in quo divino mancipati estis obsequio, ad exemplar predecessoris nostri, felicis memorie pape EUGenii, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus et tanquam propriam domum ipsius apostolorum principis presentis scripti pagina communimus. Statuentes, ut quascumque possessiones, quecumque bona idem hospitale in presentiarum iuste et canonice possidet aut in futurum concessione pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium seu aliis iustis modis deo propitio poterit adipisci, firma vobis vestrisque

a) cardinalis *steht zwei mal, das zweite mal durchstrichen.*

Digitized by Google

successoribus et illibata permaneant. Decimas novalium vestrorum vobis auctoritate apostolica confirmamus. In ecclesia vero, quam in eodem loco consensu et favore sedis apostolice edificastis, pauperes, qui illic confluxerint et vos, qui ad eorum officium eritis deputati, missarum solempnia et alia officia assidue audiatis. Parrochiam autem vel parrochianos ullos vobis haberenequa quam permittimus. Omnibus tam(en) Christianis, qui in ipsa ecclesia orare seu causa devotionis missarum sollempnia seu alia officia audire voluerint, liberam concedimus facultatem. Presbiter vero, qui inibi fuerit pro tempore ordinandus, a vobis et successoribus vestris eligetur, et Mantuano episcopo presentabitur, qui, postquam fuerit ei presentatus, ipsum vobis sine difficultate concedet, nisi certa et aperta causa in eo sit, que sacris canonibus contradicat. Ceterum sacramenta ecclesiastica, que debent ab episcopis elargiri et, que vobis et clericis vestris fuerint necessaria, a diocesano suscipietis episcopo, si tamen catholicus fuerit et gratiam atque communionem apostolice sedis habuerit, eaque vobis sine pravitate et exactione exhibere voluerit. Alioquin liceat vobis, catholicum, quem malueritis, adire antistitem, qui, nostra fultus auctoritate, quod postulatur, indulgeat. Ad indicium autem prerogative huius ab apostolica sede percepte censum duodecim nummorum Mediolanensis veteris monete vos et successores vestri nobis nostrisque successoribus annis singulis persolvetis. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat, prefatum locum temere . . . . usibus omnimodis profutura, salva sedis apostolice auctoritate. Si qua igitur . . . Cunctis autem . . . . inveniant. Amen. — A-m. Amen. —

(R) Ego Anastasius catholice ecclesie episcopus ss. (M)
† Ego Ymarus Tusculanus episcopus ss. (12)
— † Ego Gregorius presbiter cardinalis tit. Calixti [a]) ss.
† Ego Manfredus presbiter cardinalis tit. sancte Savine ss.
† Ego Aribertus presbiter cardinalis tit. sancte Anastasie ss.
† Ego Iulius presbiter cardinalis tit. sancti Marcelli ss.
† Ego Hubaldus presbiter cardinalis tit. sancte Crucis in Hierusalem ss.
† Ego Guido presbiter cardinalis tit. Pastoris ss. (4)
† Ego Iohannes presbiter cardinalis sanctorum Iohannis et P(auli) tit. Pamachii ss.
† Ego Cencius presbiter cardinalis tit. sancti Laurentii in Lucina ss.
— † Ego Odo diaconus cardinalis sancti Georgii ad Velum aureum ‖ ss.
† Ego Guido diaconus cardinalis sancte Marie in Porticu ss.
† Ego Iacintus diaconus cardinalis sancte Marie in Cosmydyn ss.
† Ego Iohannes diaconus cardinalis sanctorum Sergii et Bachi ss. (1)
† Ego Odo diaconus cardinalis sancti Nicholai in carcere Tulliano ss. (7)

Dat. Laterani, per manum Rolandi, presbiteri cardinalis et cancellarii. V Idus Dec. Indictione II. Incarnationis dominice anno MCLIII. Pontificatus vero domni Anastasii IIII pp. anno primo. —

Or. im Archivio di Stato zu Mailand.

Perg. ital., br. 0,516, lang 0,705, unten 0,03 umgeschlagen, durch zwei Löcher geht die bräunlichrosa starkfädige Seidenschnur, deren Bleisiegel verloren. Faltung der Bullen. Ringkreuz und Unterschrift gleiche Hand und Dinte. Die Umschrift zeigt die hellere graue Dinte mit der die Datirung ausgeführt, in welche das R *Rolands mit dunklerer eingetragen. Zeugenfirmen theilweise von verschiedener Hand und Dinte; beim Diakonen Guido scheint* † Ego *von der helleren Dinte, mit der die darüberstehende Firma Odos ausgeführt, eingetragen zu sein, das übrige zeigt etwas dunklere.*

Nr. 125.

† *Anastasius IV bestätigt dem Rector Ricius die Besitzthümer seiner Kirche, welche er in apostolischen Schutz nimmt* [1]).

1153 December 20. Lateran.

Anastasius episcopus, servus servorum dei, dilecto filio Ricio, rectori ecclesie sancti Iacobi de Almiro, eiusque successoribus canonice promovendis, IN PPM. — | Pie postulatio voluntatis effectu debet prosequente compleri, ut fidelis devotio celerem sortiatur effectum. Eapropter, dilecte in domino fili, tuis | iustis postulationibus clementer annuimus et prefatam ecclesiam sancti Iacobi, in qua divinis cultibus nosceris mancipatus,

a) Calixsti. — 1) *Jaffé, Reg. 6746a; G. Müller, Documenti delle città Toscane p. 5. Doch erst hier der Nachweis, dass die Urkunde nur als Orig.-Nachb. erhalten.*

Digitized by Google

sub beati Petri et nostra protectione suscipimus et presentis scripti privilegio communimus. Statuentes, ut quascumque possessiones, quaecumque bona eadem ecclesia in presentiarum iuste et canonice possidet, aut in futurum concessione pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium seu aliis iustis modis deo propitio poterit adipisci, firma tibi tuisque successoribus et illibata permaneant; in quibus ecclesiam sancti Nicholai cum omnibus pertinentiis suis proprio vocabulo duximus exprimendam. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat, prefatam ecclesiam aut bona ipsius temere . . . usibus omnimodis profutura, salva sedis apostolice auctoritate et diocesani episcopi canonica iusti[cia]. Si qua igitur . . . Cunctis autem . . . Amen. A-m. —

(R) Ego Anastasius catholicę ecclesię episcopus ss. (M)
— † Ego Himarus Tusculanus episcopus ss.
† Ego Ugo Ostiensis episcopus ss.
— † Ego Gregorius presbiter cardinalis tit. sancti Calixti ss.
† Ego Octavianus presbiter cardinalis tit. sanctę Cecilię ss.
† Ego Henricus presbiter cardinalis tit. sanctorum Nerei et Achillei ss.
— † Ego Oddo diaconus cardinalis sancti Georgii [ad Velum aureum] ss.
† Ego G[uido diaconus] cardinalis sanctę Ma[rię in Porticu] ss.
† Ego [Gerardus] diaconus cardinalis sancte Marię in Via lata ss.

Dat. Laterani, per manum Rolandi, sanctę Romanę ecclesię presbiteri cardinalis et cancellarii. XIII Kl. Ian. Indictione II. Incarnationis dominicę anno MCLIII. Pontificatus vero domni Anastasii pp. IIII anno primo. —

Or. Nachb. (Primaziale) im Archivio di Stato zu Pisa, und Regest im Cart. XLI des Archivio di Stato zu Florenz.

Perg. ital., br. 0,505, lang 0,53, unten nicht umgeschlagen und plumbirt, auch nie gewesen. Faltung der Bullen. Ist Prunkbulle mit deren Aeusserlichkeiten. — Die Nachbildung erkennt man an Einzelheiten der ersten Zeile und des Konscripts, die denen der Originale nicht entsprechen, ferner daran, dass Alles von gleicher Hand eingetragen, obwohl die Zeugenfirmen in manchen Buchstaben absichtlich von denen des Hauptkörpers verschieden gestaltet wurden, sie und die Datirung sind, wie es scheint, mit verdünnter Dinte geschrieben. Das R *Rolands wurde gleich mitgemacht, das Monogramm mit zwei grossen Knoten an der Schräge kommt so sonst nicht vor, Umschlag und Plumbirung fehlen. — Auch die Formulirung erregt Anstoss, so* divinis cultibus, proprio vocabulo, aut bona, *ferner nur zwei statt drei Amen,* sancti Calixti *statt blos* Calixti; *dennoch ist die Urkunde sicher nach echter Vorlage angefertigt.*

Nr. 126.

Anastasius IV bestätigt dem Konvente von San Giovanni in Laterano zu Rom die Besitzthümer und Rechte seiner Kirche [1]*).*

1153 December 30. Lateran.

Anastasius episcopus, servus servorum dei, dilectis filiis Iohanni, priori sacrosancti patriarchii basilicę Salvatoris domini, que Constantiniana vocatur, pariterque beati Iohannis baptiste et Iohannis evangeliste, eiusque fratribus canonicis, tam presentibus quam futuris, regularem vitam professis, imperpetuum. Potestatem ligandi atque solvendi tam in celis quam in terra beato Petro eiusque successoribus auctore domino principaliter traditam illis ecclesia verbis agnoscit, quibus Petrum est idem deus allocutus: Quodcumque ligaveris super terram, erit ligatum et in celo et, quodcumque solveris super terram, erit solutum et in celis [2]). Ipsi quoque et proprie firmitas et aliene fidei confirmatio eodem deo auctore prestatur, cum ad eum dicitur: Rogavi pro te, Petre, ut non deficiat fides tua, et tu aliquando conversus confirma fratres tuos [3]). Oportet igitur nos, qui, licet indigni, beati Petri residemus in loco, prout divina nobis clementia et scire et posse donaverit, prava corrigere, recta firmare et in eius ecclesia sic ad interni arbitrium iudicis disponenda disponere, ut de vultu eius iudicium nostrum prodeat et oculi nostri videant equitatem. Equum est ergo ac rationabile, ut suus unicuique honor ecclesie ac dignitas conservetur et, sicut in humani compage corporis naturalis ratio singulis quibuscumque membris ad salutem providens speciales et proprios actus edocet, nobilioribus vero suam dignitatem conservat, ita in corpore ecclesie apostolica providentia secundum sacrorum institutiones canonum universas regit ecclesias, digniores autem et famosiores in sui status prerogativa custodit. Huius itaque rationis debito

1) *Vergl. die Urk. vom 21 Juni 1138 und 19 Mai 1154.* 2) *Mathäus 16, 19.* 3) *Lucas 22, 32.*

Digitized by Google

provocati licet omnium ecclesiarum nobis sollicitudo et cura immineat, predicte tamen sancte Lateranensis ecclesie, per quam datur, ut invigilare ceteris omnibus debeamus, que specialius ac familiarius ad Romani pontificis ordinationem spectare dinoscitur, ampliori et attentiori nos convenit sudio providere. Eapropter, dilecti in domino filii, ecclesiam ipsam, in qua divino mancipati estis obsequio, ad exemplar predecessoris nostri, beate memorie Alexandri pape secundi, apostolice sedis privilegio [1]) communimus. Imprimis siquidem statuentes, ut ordo canonicus, qui secundum deum et beati Augustini regulam ibi noscitur institutus, perpetuis ibidem temporibus inviolabiliter conservetur. Preterea, quascumque possessiones, quecumque bona eadem ecclesia in presentiarum iuste et canonice possidet aut in futurum concessione pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium seu aliis iustis modis deo propitio poterit adipisci, firma vobis vestrisque successoribus et illibata permaneant. In quibus hec propriis duximus exprimenda vocabulis: medietatem omnium oblationum principalis altaris in integrum sine expendio aliquo, dationem etiam seu redditum, qui glandatricum dicitur, vel herbaticum ex vestris porcis [a]) et pecoribus, seu omnem functionem ab eodem predecessore nostro ecclesie ipsi collatam. Obeunte vero te, nunc eiusdem loci priore vel tuorum quolibet successorum, nullus ibi qualibet surreptionis astucia seu violentia preponatur, sed fratres in aliqua persona de vestro collegio, si idonea reperta fuerit, vel de alio religioso conventu prius conveniant et postmodum cum consilio, deliberatione et iudicio Romani pontificis eligant. Electus autem nulli nisi tantum ipsi Romano pontifici de obedientia vel subiectione aliqua teneatur. Liceat preterea vobis clericos e seculo fugientes vel laicos liberos, undecumque fuerint, nisi excommunicati vel interdicti sint, absque alicuius contradictione ad conversionem suscipere et, qui suscepti fuerint cum communi consilio prioris et fratrum, nulli de obedientia teneantur nisi Romano pontifici et priori eiusdem ecclesie et, si quod scriptum contra hoc nostrum privilegium aliquo tempore apparuerit, in irritum ducimus. Prohibemus autem, ut nulli fratrum post factam in eodem loco professionem, sine prioris sui licentia fas sit, de claustro discedere, discedentem vero absque com(m)uni literarum cautione nullus audeat retinere. Ad hec adicientes suggestione et voluntate fratrum nostrorum cardinalium episcoporum sancimus, ut eadem ecclesia tanquam principalis mater et domina omnino libera sit et nulli penitus nisi soli Romano pontifici sit subiecta, atque idem episcopi salubri providentia, veluti cooperatores et vicarii nostri, ipsius venerabilis basilice utilitatem et honestatem attente provideant. Illud vero, quod a memorato predecessore nostro Alexandro statutum est, maxime observari precipimus, videlicet, ut vasa seu vestes altaris et cuncta sacri ministerii ornamenta non tangantur vel proferantur seu reponantur, aut etiam qualescumque oblationes desuper altari a non sacratis deo ministris tollantur. Porro, celebrantibus ibidem episcopis sacra missarum solemnia, in clericalibus tunicis presentes sitis, cantum imponatis et ex vobis presbiterum, diaconum, subdiaconum atque accolitum semper providere curetis. Preterea minus quatuor fratribus assistentibus missa in eadem ecclesia etiam diebus privatis minime celebretur, diebus vero dominicis et in sanctorum festivitatibus, quantuscumque fuerit, plenarius vester assit conventus. Ut autem in ecclesia ipsa regularis ordinis et discipline vigor inviolabiliter, auxiliante deo, custodiatur et servetur, unumquemque predictorum cardinalium episcoporum, qui sunt ad principalis altaris servitium deputati, semel in hebdomada de observantia regule cum fratribus ipsius loci capitulum tenere et, si quid grave corrigendum fuerit, cum com(m)uni consilio prioris et fratrum per ipsos vice nostra emendari statuimus. Si qua igitur in posterum ecclesiastica secularisve persona, hanc nostre constitutionis et confirmationis paginam sciens, contra eam ausu temerario venire temptaverit, secundo tertiove commonita, si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat reamque . . . . Cunctis autem. . . Amen. Amen. Amen.

(R) Ego Anastasius catholice ecclesie episcopus ss. (M)
† Ego Ymarus Tusculanus episcopus ss.
† Ego Hugo Ostiensis episcopus ss.
† Ego Guarinus Prenestinus episcopus ss.
† Ego Gregorius presbiter cardinalis tit. Calixti ss.
† Ego Guido presbiter cardinalis tit. sancti Grisogoni ss.
† Ego Hubaldus presbiter cardinalis tit. sancte Praxedis ss.

---

a) portis. — .1) *Nicht erhalten.*

Digitized by Google

† Ego Manfredus presbiter cardinalis tit. sancte Sabine ss.
† Ego Aribertus presbiter cardinalis tit. sancte Anastasie ss.
† Ego Iulius presbiter cardinalis tit. sancti Marcelli ss.
† Ego Oddo diaconus cardinalis sancti Georgii ad Velum aureum ss.
† Ego Rodolphus diaconus cardinalis sancte Lucie in Septin(!) Solis ss.
† Ego Guido diaconus cardinalis sancte Marie in Porticu ss.
† Ego Iacintus diaconus cardinalis sancte Marie in Cosmedin ss.
† Ego Iohannes diaconus cardinalis sanctorum Sergii et Bachi ss.
† Ego Gerardus diaconus cardinalis sancte Marie in Via lata ss.
† Ego Odo diaconus cardinalis sancti Nicolai in carcere Tulliano ss.
† Ego Iordanus presbiter cardinalis tit. sancte Susanne ss.
† Ego Octavianus presbiter cardinalis tit. sancte Cecilie ss.
† Ego Astaldus presbiter cardinalis tit. sancte Prisce ss.
† Ego Gerardus presbiter cardinalis tit. sancti Stephani in Celio monte ss.
† Ego Cencius presbiter cardinalis tit. sancti Laurentii in Lucina ss.
† Ego Henricus presbiter cardinalis tit. sanctorum Nerei et Achil(l)ei ss.

Dat. Laterani, per manum Rolandi, sancte Romane ecclesie presbiteri cardinalis et cancellarii. III Cal. Ianuarii. Indictione II. Incarnationis dominice anno MCLIII. Pontificatus vero domni Anastasii pape quarti anno I.

Abschrift vom 18 Jahrh. des Bullar. Basil. Lateranensis p. 16b, im Archivio Capitolare di San Giovanni in Laterano zu Rom; und des Cod. Nr. 40 p. 121, der Bibl. Pubblica zu Lucca; Regest XIV C. 19 p. 79, in der Bibl. Nazionale zu Neapel.

Nr. 127.

Anastasius IV befiehlt dem Erzbischofe von Braga, dem Erzbischofe von Toledo als seinem Primaten zu gehorchen [1]).

(1153) — 1154 [2]).

Anastasius (episcopus), servus servorum dei, venerabili fratri, archiepiscopo Bracharensi [3]), salutem et apostolicam benedictionem. Plurimum admiramur, quod felicis memorię papę Eugenii, prędecessoris nostri, et literis et viva voce mandato suscepto [4]), venerabili fratri nostro Ioanni, archiepiscopo Toletano [5]), sicut ex literis suis nuper accepimus, obedientiam tanquam primati suo facere distulisti, ne igitur continua notandus superbia videaris, per presentia tibi scripta mandamus, quatenus, omni excusatione postposita, predicto fratri nostro, tamquam primati tuo debitam non obmittas obedientiam exhibere; alioquin etc.

Abschrift des Cod. C. 23 fol. 85b, in der Bibl. Vallicelliana zu Rom.

Nr. 128.

Anastasius IV befiehlt dem Erzbischofe von Tarragona, dem Erzbischofe von Toledo als Primaten bei Strafe zu gehorchen [6]).

(1153) — 1154.

Anastasius episcopus, servus servorum dei, venerabili fratri, archiepiscopo Tarraconensi [7]), salutem et apostolicam benedictionem. Reprehensibile est nimis et pastorali humilitati omnino contrarium etc. memorati predecessoris nostri [8]) vestigiis inherentes, per presentia tibi scripta mandamus atque prȩcipimus, quatenus ad prȩfatum fratrem nostrum, Toletanum archiepiscopum, humiliter accedas et tanquam primati tuo reverentiam et debitam obedientiam sibi exhibeas. Quod si infra XL dies post harum acceptionem adimplere neglexeris, ab usu pallii te noveris esse suspensum etc.

Abschrift des Cod. C. 23 fol. 87, der Bibl. Vallicelliana zu Rom.
Dazu ist bemerkt: In registro Anastasii IIII lib. II. *Leider sind die Abschriften des Cod. C. 23 durchweg sehr ungenügend.*

1) *Vergl. Jaffé, Reg. 6791.* 2) *Vergl. die Urk. vom 15 Mai 1154, deren Datirung auf die dieses Schriftstückes zurückwirkt.* 3) *Johannes Peculiaris, Erzbischof von Braga, 1138—1175.* 4) *Jaffé, Reg. 6150.* 5) *Johannes II, Erzbischof von Toledo, 1151—1166.* 6) *Vergl. die Urk. vom 15 Mai 1154, deren Datirung auf dieses Schriftstück zurückwirkt; und die Urk. von 1159—1160.* 7) *Bernard Tord, Erzbischof von Tarragona, 1146—1163.* 8) *Offenbar Eugen III, Jaffé, Reg. 6150.*

Digitized by Google

Nr. 129.

Anastasius IV bestätigt dem Dompropste Roland von Arezzo die Privilegien, Besitzthümer und Rechte des Kanonikerkonventes.

1154 Januar 12. Lateran.

Anastasius episcopus, servus servorum dei, dilecto filio Rolando, preposito ecclesię sancti Donati Aret[ini], eiusque successoribus canonice substituendis, IN PPM. —| In apostolicę sedis regimine divina disponente clementia constituti necesse habemus, un[iversis] ecclesiis paterna sollicitudine providere et iustis postulantium desideriis clementer annuere. Quocirca, dilecte in domino fili, ROLANDE preposite, rationabilibus tuis peti[tion]ibus benignum prebemus assensum, et predecessorum nostrorum, felicis memorię VICTORIS secundi [1]), STEPHANI noni [2]), ALEXANDRI secundi [3]), PASCALIS secundi [4]) et EUGENII tertii [5]), Romanorum pontificum, vestigiis inherentes, predictam beati Donati ecclesiam, in qua prepositi officio, largiente domino, fungeris, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus et presentis scripti privilegio communimus. Donationes quoque et concessiones, confirmationes [a]) etiam, sicut rationabiliter a [b]) bonę memorię THEOBALDO [6]), HELPERTO [7]), ALBERTO [8]), ARNALDO [9]) et CONSTANTINO [10]) episcopis tibi tuisque successoribus factę sunt et, que in privilegio venerabilis fratris nostri, Ieronimi, nunc eiusdem loci episcopi [11]), legitime continentur, auctoritate sedis apostolicę tibi tuisque successoribus confirmamus et futuris temporibus [perma]nere decernimus. Decimationes scilicet ex terra illa, quam tu et canonica sancti Donati per donationem imperatoris, regum, marchionum et aliorum dei fidelium legitime possidetis aut post hac iustis modis poteritis adipisci, ordinationem, custodiam et alia, que predecessores tui a tempore Iocundi [12]) prepositi in plebibus Aretini et Senensis comitatus canonice [c]) habuisse noscuntur, quę sunt viginti et una, quarum quatuor ad canonicam beati Donati spetialiter pertinent, cum omni iure suo, videlicet: ecclesia sancti Quirici in Osenna [13]), sancti Viti in Corsiniano, ecclesia sancti Victoris in Rapolano et sancti Iohannis in Vescona, ad hec capellam sancti Clementis in monte Cercone, capellam sancti Salvatoris in Turrę, capellam sancti Ansani in Zumuli, capellam de Fossa ceca, capellam sancti Ansani in Arbia, canonicam [d]) sancti Martini in Rivomagno, capellam sancti Blasii in Cannuce, plebem sancti Petri in Creti, plebem sanctę Christinę in Bacialla, capellam sancti Angeli, et quicquid canonica beati Donati habet in Fercione, capellam sancti Angeli in Sicheo, capellam sancti Angeli in Castilione, capellam sanctę Marię in Petrognano, capellam sancti Iacobi in Mercato, capellam sancti Donati in Pergognano, capellam sancti Laurentii in Broilo, capellam sancti Donati in monte Tino, capellam sancti Angeli de Prato, capellam sancte Agnetis in civitate Aretina, plebem sancti Stephani in Classe cum capellis et pertinentiis suis, oblationem altarium ecclesię beati Donati cum tribus partibus letaniarum, sicut in scriptis Arnaldi et Constantini, Aretinorum episcoporum, rationabiliter continetur. Preterea, quod super electione Aretinorum episcoporum et super electione archidiaconi et primicerii et confirmatione eorum in scriptis Ieronimi episcopi iuste et canonice statutum est, Aretinę ecclesie secundum consuetudinem ipsius nichilominus [e]) confirmamus. Statuentes, ut quascumque possessiones, quecumque bon[a] prefata ecclesia in presentiarum iuste et canonice possidet aut in futurum rationabilibus modis deo propitio poterit adipisci, firma tibi tuisque successoribus et illibata permaneant. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat, prefatam ecclesiam . . . usibus omnimodis profutura, salva sedis apostolicę auctoritate et Aretini episcopi canonica iusticia. Si qua igitur . . . Cunctis autem . . . inveniant. Amen. — A-m. — Amen. —

(R) Ego Anastasius catholicę ecclesię episcopus ss. (M)
† Ego Ymarus Tusculanus episcopus ss.
† Ego Hugo Hostiensis episcopus ss. (13)
— † Ego GG.(Gregorius) presbiter cardinalis tit. Calixti ss.
† Ego Guido presbiter cardinalis sancti Grisogoni ss.
† Ego Hubaldus presbiter cardinalis tit. sancte Praxedis ss.

---

a) confirmationis b) et c) a *auf Rasur* d) *das erste* n *auf Rasur* e) o *auf Rasur*. — 1) *Nicht erhalten.* 2) *Jaffé, Reg. 3318.* 3) *Urk. vom 20 September 1064.* 4) *Urk. vom 8 September 1105.* 5) *Nicht erhalten.* 6) *Theobald, Bischof von Arezzo, 1023—1036.* 7) *Elimpert II, 1081—1104.* 8) *Albert, 1013 — c. 1022.* 9) *Arnald 1051—1063.* 10) *Konstantin, 1064—1081.* 11) *Girolamo, 1144—1177.* 12) *Vergl. die Kardinalsurkunde c. 1142—1143 in Pflugk-Harttung, Iter p. 460.* 13) *Vergl. vorige Anmerkung.*

Digitized by Google

† Ego Manfredus presbiter cardinalis tit. sancte Savine ss.
† Ego Aribertus presbiter cardinalis tit. sancte Anastasie ss.
† Ego Iulius presbiter cardinalis tit. sancti Marcelli ss.
† Ego Hubaldus presbiter cardinalis tit. sancte Crucis in Ierusalem ss.
† Ego Guido presbiter cardinalis tit. Pastoris ss.
† Ego Octavianus presbiter cardinalis tit. sancte Cecilie ss. (1)
† Ego Astaldus presbiter cardinalis tit. sancte Prisce ss.
† Ego Gerardus presbiter cardinalis tit. sancti Stephani in Celio monte ss.
† Ego Iohannes presbiter cardinalis sanctorum Iohannis et P(auli) tit. Pamachii ss.
— † Ego Odo diaconus cardinalis sancti Georgii ad Velum aureum ss. (1)
† Ego GG.(Gregorius) diaconus cardinalis sancti Angeli ss. (1)
† Ego Guido diaconus cardinalis sancte Marie in Porticu ss.
† Ego Iacintus diaconus cardinalis sancte Marie in Cosmydyn ss. (10)

Dat. Laterani, per manum Rolandi, sancte Romanę ecclesie presbiteri cardinalis et cancellarii [a]). II Id. Ianuarii. Indictione secunda. Incarnationis dominice anno MCLIIII. Pontificatus vero domni Anastasii IIII PP. anno primo.

Or. im Archivio Capitolare zu Arezzo, und Abschrift XL. 6. p. 54, in der Bibl. Barberina zu Rom. Perg. ital., br. 0,56, lang 0,815, unten 0,05 umgeschlagen, durch 2 Löcher geht die rosa und gelbe Seidenschnur, deren Blei verloren. Faltung der Bullen. Im Konscripte sind die Namen der Päpste halblang, die des Propstes und der Bischöfe in kleinen Majuskeln geschrieben. Verewigung Nr. 2 stark verziert, füllt 0,12. Amen Nr. 7 x 2. Rota Nr. 1, im Durchmesser 0,05. Monogramm, Gruppe 6, hoch 0,051, breit 0,036. Das Ringkreuz zeigt eine eigene rothgelbe Dinte, die Umschrift eine graubraune, die Unterschrift eine ähnliche aber hellere, die Datirung hellere als der Hauptkörper, doch wohl gleiche Hand, das R *Rolands scheint mit eigener dunklerer Dinte eingetragen zu sein. Die Zeugenfirmen ergeben zum grösseren Theile eine gleiche schwarze Dinte und sind offenbar theilweise auch von gleicher Hand gemacht. Das* ss *Odos berührt das Monogramm, sein Interpunktionszeichen steht in demselben.*

Nr. 130.

Anastasius IV bestätigt dem Bischofe Theobald von Verona die Besitzthümer seines Hochstiftes, welches er in apostolischen Schutz nimmt.

1154 Januar 29. Lateran.

Anastasius episcopus, servus servorum dei, venerabili fratri Theobaldo, Veronensi episcopo, eiusque successoribus, canonice substituendis, IN PPM. — | In eminenti sedis apostolice specula, disponente domino, constituti fratres nostros episcopos fraterna debemus caritate diligere et ecclesiis, sibi a deo [b]) commissis, paterna sollicitudine providere. Quocirca, venerabilis in Christo frater, Theobalde episcope, tuis iustis | postulationibus clementer annuimus, et predecessoris nostri, felicis memorie pape EUGENII [1]), vestigiis inherentes, beate dei genitricis semperque virginis MARIĘ Veronensem ecclesiam, cui deo auctore preesse dinosceris, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus et presentis scripti privilegio communimus. Statuentes, ut quascumque possessiones, quecumque bona eadem ecclesia in presentiarum iuste et canonice possidet [c]) aut in futurum concessione pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium seu aliis iustis modis, prestante domino, poterit adipisci, firma tibi tuisque successoribus et illibata permaneant. In quibus hęc propriis duximus exprimenda vocabulis: monasterium sancti Zenonis, monasterium sanctorum Firmi et Rustici, monasterium sancti Nazarii cum omnibus eorum pertinentiis, ecclesias ipsius civitatis, Arcem maleficinis cum omni dominio et districto et omnibus pertinentiis suis, plebem eiusdem Arcis cum omnibus capellis suis, ius vestrum in castro quod dicitur Turris, castrum Gardę cum cunctis appenditiis suis, plebem eiusdem loci cum omnibus suis capellis, plebem de Caprino cum suis capellis, plebem de Avi cum cappellis et decimis, plebem de Bruntonico cum cappellis et decimis, plebem de Cisiano cum cappellis et decimis, plebem de Lagisio cum cappellis et decimis, plebem de Tenesi cum cappellis et decimis, plebem de Paveguli cum cappellis et decimis, plebem de Lenado cum cappellis et decimis et castello, monasterium de Maguzano cum cappellis et decimis et pertinentiis suis, curtem de Sinziani cum castro et omnibus pertinentiis suis, plebem eiusdem loci cum decimis et capellis suis, Rivatellam cum cappellis et decimis, plebem Sirmii cum cappellis et decimis, monasterium sancti Vigilii, plebem

a) ii *auf Rasur* b) do c) possides. — 1) *Jaffé, Reg. 6152.*

Digitized by Google

Puzolingi cum cappellis et decimis et pertinentiis suis, plebem sancti Zenonis de Rodeldisco cum ecclesia sancti Michaelis sita iuxta Tartarum cum decimis, et ecclesiam sancti Firmi in eodem territorio positam cum decimis, ecclesiam sancti Petri in Tartaro cum decimis, ecclesiam sancti Lazari cum decimis et curte, ecclesiam sancti Ambr(osii) de Casali alto cum pertinentiis suis, plebem de Valegio cum capellis et decimis, monasterium sancte Marię iuxta Mentium, quantum ad ius spectat parrochiale, plebem de Ponto cum cappellis et decimis et curte, plebem de Piscaria cum cappellis et decimis, piscationibus et dimidia curte, plebem sancti Andreę cum cappellis, decimis et curte, plebem Gutholingi cum capellis et decimis, plebem de Palazolo cum decimis, plebem summe Campanię cum cappellis et decimis, plebem de Greiano cum cappellis, decimis et curte, plebem de Vico Attici cum capellis et decimis, plebem de Trevinzolo cum cappellis et decimis, plebem de Bonefisio cum cappellis et decimis, plebem de Castellari, plebem de Moratica cum cappellis et decimis, ecclesiam sancti Petri in monasterio cum decimis, plebem sancti Prosdocimi cum capellis, decimis et curte usque ad veterem alveum Tartari, ecclesiam Gacii cum decimis, ecclesiam Curtis regie cum decimis et curte, ius parrochiale in plebe de Nogaria, sicut per concordiam inter te et Albertum, Nonantulanum abbatem, in presentia nostra factam determinate statutum est et scripto nostro firmatum, cum decimis, quas canonice possides in eadem villa de Nogaria et in altera villa, quę dicitur Aspum, ecclesiam Casalavum, ecclesiam Salezole, ecclesiam Ravannanę cum decimis, ecclesiam Vauferrari cum decimis, plebem Cerrete [a]) cum capellis et decimis et familia et quicquid aliud ibidem iuste possides, plebem Liniaci cum capellis, decimis et curte et cunctis pertinentiis suis, plebem Portuensem cum cappellis et decimis et curte ceterisque pertinentiis suis, curtem Buvosii cum cappellis et decimis, plebem sancti Zenonis cum capellis et decimis et curte, plebem Englarii cum cappella et decimis, et quicquid aliud ibidem iuste possides, curtem Bonadigui cum ecclesiis et decimis, ecclesiam Turracii cum decimis, ecclesiam Vile cum decimis, ecclesiam Cincti cum decimis, ecclesiam Lusie cum decimis, curtem Ripeclare cum plebe et cappellis, decimis et familiis ceterisque suis pertinentiis, plebem Coriliani cum decimis, plebem Bodo ini cum cappellis, decimis et curte, plebem Tumbe cum cappellis et decimis et curte ceterisque suis pertinentiis, villam Casę novę cum omni districto et castello veteri, plebem de Runco cum cappellis et decimis, plebem Gerbe cum cappellis et decimis, plebem insule Porcaricie cum cappellis et decimis et curte, plebem Opedani cum cappellis et decimis, curtem Scarde varię cum ecclesiis et decimis, plebem Gebeti cum cappellis et decimis, plebem Azanensis cum cappellis et decimis, plebem de Suavio cum cappellis et decimis, ecclesias de Porcili cum decimis, et quicquid ibidem iuste possides, curtem Galderii cum ecclesiis et decimis et familiis, et quicquid iuris habes in nemore, quod vocatur Sarmatia, et in silvis sitis iuxta Montem fortem et in Fuscalino cum cunctis pertinentiis eiusdem curtis, plebem Coloniole cum cappellis et decimis et familiis et dimidia curte, plebem Ilasii cum cappellis et decimis et familiis et dimidia curte, curtem Calavenę cum plebe et cappellis et decimis et familiis et ceteris suis pertinentiis, monasterium sancti Petri de Calvena, plebem de Mezano cum capellis et decimis et castello et familiis, dimidiam curtem Lavanii cum ecclesiis et decimis, curtem montis Aurei cum plebe et cappellis et decimis et omnibus suis pertinentiis, plebem de Gretiana cum cappellis et decimis et familiis, curtem Alzenagi et dimidiam partem Azagi, plebem Albuciani cum decimis et cappellis et districtu curie et familiis, plebem sancti Floriani cum cappellis et decimis et familiis, plebem de Negrario cum cappellis et decimis et familiis et dimidia parte curtis, plebem sancti Georgii cum cappellis et decimis et familiis et dimidia curte. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat, antedictam ecclesiam temere perturbare aut eius possessiones auferre vel ablatas retinere, minuere seu aliquibus vexationibus fatigare, sed illibata omnia et integra conserventur eorum, pro quorum gubernatione et sustentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura, salva in omnibus apostolicę sedis auctoritate. Si qua igitur [b]) . . . redemptoris nostri Iesu Christi [c]) . . . . inveniant. Amen. A-m. Amen. —

(R) Ego Anastasius catholicę ecclesię episcopus ss. (M)

— † Ego GG.(Gregorius) presbiter cardinalis tit. Calixti ss. (1)

† Ego Hubaldus presbiter cardinalis tit. sancte Praxedis ss. (6)

† Ego Iohannes sanctorum Iohannis et P(auli) presbiter cardinalis tit. Pamachii ss.

† Ego Cencius presbiter cardinalis tit. sancti Laurentii in Lucina ss.

a) te *aus* d *korrigirt.*

Digitized by Google

— † Ego Oddo diaconus cardinalis sancti Georgii ad Velum aureum ss.
† Ego Rodulfus diaconus cardinalis sanctę Lucię in Septa solis ss. (1)
† Ego Guido diaconus cardinalis sancte Marie in Porticu ss.
† Ego Iohannes diaconus cardinalis sanctorum Sergii et Bachi ss. (1)
† Ego Odo diaconus cardinalis sancti Nicholai in carcere Tul(l)iano ss. (5)

Dat. Laterani, per manum Rolandi, sanctę Romanę ecclesię presbiteri cardinalis et cancellarii. IIII Kl. Febr. Indictione secunda. Incarnationis dominice anno MCLIII. Pontificatus vero domni ANASTASII PP. IIII anno primo. —

Or. in der Bibl. Comunale zu Verona.

Perg. ital., br. 0,6, lang 0,81, unten 0,042 umgeschlagen, durch zwei Löcher geht die dickfädige dunkelgelbe Seidenschnur, deren Bleisiegel verloren, Faltung der Bullen. Die Schrift der ersten Zeile ziemlich breitbuchstabig. Verewigung Nr. 3 Pr⌒, stark betont, füllt 0,135. Marie *und* Eugenii *im Konscripte halblang, die Majuskeln betont oder doppellinig. Amen Nr. 7 x², das Wechselbogen-*m *ist 0,11 lang. Rota Nr. 1, Durchmesser 0,052, von der letzten Zeile 0,08, von der linken Kante 0,095, vom Monogramme 0,296. Monogramm, Gruppe 4, hoch 0,049, breit 0,029, Schräge breitstrichig, von rechts 0,118. Ueber die Dinte nichts Sicheres. Datirung vom Schreiber des Hauptkörpers,* R *Rolands darin etwas dunklere Dinte, dunkler als die des Ringkreuzes. Zeugenfirmen theilweise von gleicher Hand und Dinte; Gregor tit. Calixti ist gedrängt geschrieben, um nicht in die Rota hineinzukommen. Das* Ego *vom Diakon Rodulf vielleicht mit anderer Dinte und Hand geschrieben, als das Uebrige. Liniirung bis in das Umgeschlagene, gewöhnlich über die Seitenlinien weg.*

Nr. 131.

Anastasius IV bestätigt dem Domkapitel von Pistoia den Besitz des Hospitals von Ombroncello mit dessen Zubehör [1]).

1154 Februar 8. Lateran.

Anastasius episcopus, servus servorum dei, dilectis filiis Verno, Pistoriensis ecclesię preposito, eiusque fratribus, tam presentibus quam futuris, canonicę substituendis, IN PPM. — | Pię postulatio voluntatis effectu debet prosequente compleri, quatinus et devotionis sinceritas laudabiliter enitescat et utilitas postuluta vires indubitanter assumat. | Eapropter [a]), dilecti in domino filii, vestris iustis postulationibus clementer annuimus, et predecessorum [b]) nostrorum [c]), felicis memorię URBANI pape II [2]) et EUGENII papę III, | vestigiis inherentes, hospitalem domum de Umbroncello, quam decessores vestri studiis et impensis suis construxisse noscuntur, sub beati Petri et nostra protectione [d]) suscipimus et presentis scripti pagina communimus. Statuentes, ut quascumque possessiones, quecumque bona predicta domus in presentiarum iuste et canonice possidet aut in futurum concessione pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium seu aliis iustis modis deo propitio poterit adipisci, firma ei et illibata permaneant. In quibus hec duximus propriis exprimenda vocabulis: decimarum, quę vobis a populo dantur, pars decima, et laborum vestrorum decimę, quemadmodum ab eisdem predecessoribus vestris unanimiter statutum est. Preterea eiusdem tenoris privilegium ceteris quoque per vestrum episcopatum sitis hospitalibus indulgemus, ei videlicet, quod iuxta villam Carratam edificatum est, ei quod iuxta Caprariam oppidum, ei quod in prato quod dicitur Episcopi, ei quod iuxta locum qui dicitur Crux Brandeliana, ei quoque, quod in Brisceto predecessorum vestrorum studiis impensisque edificatum est. Quod nimirum predicto vestro xenodochio de Umbroncello, quemadmodum a memoratis [e]) predecessoribus [f]) nostris statutum est, perpetuis temporibus subiectum esse decernimus. Quia vero extra urbes hec hospitales domus consistunt, huius privilegio decreto statuimus, ut intra unum stadium nemo iuxta eas aliquem capere, predari aut hostiliter disturbare presumat. Quarum omnium ordinationes ac dispositiones vobis vestrisque successoribus duximus committendas, ut eorum, qui in vobis religiosiores fuerint, voluntate communi, communicato etiam fratrum Vallisumbrosiane consilio, consensu quoque vestri episcopi, si catholicus fuerit et religiosus, adhibito, rectores eisdem domibus preponantur, qui secundum deum earum curam habere et pauperibus eo convenientibus sollicite ministrare procurent. Decernimus ergo, ne ulli omnino hominum liceat, easdem domos temere perturbare aut in eisdem aliquem capere aut eis subditas possessiones auferre, minuere vel temerariis vexationibus fatigare. Sed omnia integra conserventur

a) Eap *auf Rasur* b) um *auf Rasur* c) rorum *auf Rasur* d) i *auf Rasur* e) is *auf Rasur* f) i.us *auf Rasur.* — — .1) *Vergl. die Urk. vom 11 December 1151 und 19 November 1174. Vom gleichen Tage ist Jaffé, Reg. 6773.* 2) *Vergl. Pflugk-Harttung, Iter Italicum p. 205 Nr. 213.*

Digitized by Google

eorum, pro quorum gubernatione ac sustentatione concessa sunt, usibus eorumque saluti, qui obtulerint, profutura. Sane si quis in crastinum archiepiscopus, episcopus, imperator aut rex, princeps aut dux, comes aut vicecomes, aut iudex, aut persona quelibet, magna vel parva, potens vel impotens, huius nostri privilegii paginam sciens, contra eam temere venire temptaverit, secundo tertiove commonita, si non satisfactione congrua emendaverit, a Christi et ecclesię corpore eam auctoritate potestatis apostolicę segregamus. Hi autem, qui ob dei proximique dilectionem et sedis apostolicę reverentiam predictas domos suis bonis ditare et exaltare curaverint, dei apostolorumque eius benedictione et peccatorum remissione donentur. Qua adiuti ad vitam perveniant sempiternam. Amen. — A-m. Amen. —

(R) Ego ANASTASIUS catholicę ecclesię episcopus ss. (M)
— † Ego GG.(Gregorius) presbiter cardinalis tit. Calixti ss.
† Ego Buido [a]) presbiter cardinalis tit. sancti Grisogoni ss.
† Ego Hubaldus presbiter cardinalis tit. sancte Praxedis ss.
† Ego Manfredus presbiter cardinalis tit. Savinę sanctę (!) ss. (2)
† Ego Wido presbiter cardinalis tit. Pastoris ss.
† Ego Iohannes presbiter cardinalis sanctorum Iohannis et P(auli) tit. Pamachii ss.
† Ego Cencius presbiter cardinalis tit. sancti Laurentii in Lucina ss. (2)
† Ego Henricus presbiter cardinalis tit. sanctorum Nerei et Achillei ss.
— † Ego Otto diaconus cardinalis sancti Georgii ad Velum aureum ss. (3)
† Ego Guido diaconus cardinalis sancte Marie in Porticu ss. (2)
† Ego Odo diaconus cardinalis sancti Nicholai in carcere Tulliano ss. (4)

Dat. Laterani, per manum ROlandi, sanctę Romanę ecclesię presbiteri cardinalis et cancellarii. VI Id. Febr. Indictione II. Incarnationis dominice anno MCLIII. Pontificatus vero domni Anastasii pp. IIII anno I. —

Or. (? Capitolo di Pistoja 1153 Febb. 8), im Archivio di Stato zu Florenz.

Perg. ital., br. 0,51, lang 0,71, unten 0,036 umgeschlagen, durch 3 Löcher in gerader Linie ging die Schnur, welche mit dem Bleisiegel verloren ist. Faltung der Bullen. Initiale mit Wellenverzierung, Verewigung Nr. 3 Jog Ps, füllt 0,13. Majuskeln im Konscripte nicht stark hervorgehoben. Amen Nr. 7 x 2, das Gegenbogen-m 0,056 breit. Rota Nr. 1, Durchmesser 0,056, von der letzten Zeile 0,007, von der linken Kante 0,13, vom Monogramm 0,178. Monogramm, Gruppe 4, hoch 0,041, breit 0,031, von der rechten Kante 0,11. Datirung von anderer Dinte als der Hauptkörper, obgleich wohl von derselben Hand, das R *Rolands kann nachgetragen sein. — Das Aeussere der Urkunde weist einiges Ungewöhnliche auf. Für Originalität spricht: die hellere Dinte der Umschrift (vielleicht mit der der Datirung gemacht, von anderer Ringkreuz und Unterschrift), die Durchführung der Datumzeile, die Eintragung der Zeugenfirmen, wobei die einzelnen grossentheils mit verschiedener Dinte geschrieben sind, einzelne auch von verschiedenen Händen, etc. Ungewöhnlich ist das sehr dicke Ringkreuz (noch wesentlich schwerer als auf der anderen Urkunde für Pistoia vom gleichen Tage), die päpstliche Unterschrift, namentlich wegen der Gitterbuchstaben des Namens, ziemlich sicher wurde sie vom Hauptkörperschreiber ausgeführt, die drei Löcher der Plumbirung, die Schrift des Hauptkörpers setzt die* f-*Schnörkel unsicher an, die päpstlichen Namen sind unruhig eingetragen. Innerchartisch ist namentlich der ungewöhnliche Schluss des Konscripts zu beachten und dergl. Trotz alledem scheint ein wirkliches Original von ungewöhnlichem Schreiber vorzuliegen; würde ein Nachbildner es nach der anderen von demselben Tage angefertigt haben, würde es sich dieser sicher angeschlossen haben, nicht so selbständig verfahren sein, ohne eigentlich unkanzleimässig zu werden.*

Nr. 132.

Anastasius IV bestätigt dem Bischofe Hugo von Angoulême Besitzthümer seines Hochstiftes, welches er in apostolischen Schutz nimmt [1]).

1154 Februar 13. Lateran.

Anastasius episcopus, servus servorum dei, venerabili fratri Hugoni, Engolismensi episcopo, eiusque successoribus canonice substituendis, in perpetuum. Effectum iusta postulantibus indulgere, et vigor equitatis et ordo exigit rationis, presertim, quando petentium voluntatem et pietas adiuvat et veritas non relinquit. Eapropter, venerabilis in Christo frater, Ugo episcope, tuis iustis postulationibus clementer annuimus, et commissam tibi Engolismensen ecclesiam sub beati Petri et nostra protectione suscipimus et presentis scripti privilegio communimus. Statuentes, ut quascumque possessiones, quecumque bona eadem ęcclesia in presentiarum iuste et canonice possidet, aut in futurum concessione pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium seu aliis iustis modis, prestante domino, poterit adipisci, firma tibi tuisque successoribus

a) *Das* b *ist deutlich, offenbar statt* G *verschrieben.* — 1) *Vergl. die Urk. vom 8 März 1142.*

Digitized by Google

et illibata permaneant. In quibus hec propriis duximus exprimenda vocabulis: ecclesiam beate Marie de Aent cum decima, ecclesiam de Brenac et ecclesiam de Borno. Concordiam vero, que de ecclesia beati Simphoriani de Maonac inter canonicos Engolismensis ecclesie et canonicos de Salis per bone memorie Lambertum, antecessorem tuum, et Guillelmum Petragoricensem [1]) et Guillelmum Xanctonensem [2]) quondam episcopos, rationabiliter facta est, ratam et inconvulsam manere sanctimus. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat, supradictam ecclesiam temere perturbare aut eius possessiones auferre vel ablatas retinere, minuere seu aliquibus vexationibus fatigare, sed illibata omnia et integra serventur eorum, pro quorum gubernatione et sustentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura, salva nimirum apostolice sedis auctoritate. Si qua in futurum . . . Cunctis autem . . . inveniant. Amen. A-m. Amen.

(R) Ego Anastasius catholice ecclesie episcopus ss. (M)
† Ego Ymarus Tusculanus episcopus ss.
† Ego Hugo Hostiensis episcopus ss.
† Ego Gregorius presbiter cardinalis tit. Calixti ss.
† Ego Guido presbiter cardinalis tit. sancti Grisogoni ss.
† Ego Hubaldus presbiter cardinalis tit. sancte Praxedis ss.
† Ego Manfredus presbiter cardinalis tit. sancte Savine ss.
† Ego Guido presbiter cardinalis tit. Pastoris ss.
† Ego Octavianus presbiter cardinalis tit. sancte Cecilie ss.
† Ego Gerardus presbiter cardinalis tit. sancti Stephani in Celio monte ss.
† Ego Iohannes presbiter cardinalis tit. sanctorum Silvestri et Martini ss.
† Ego Odo diaconus cardinalis sancti Georgii ad Velum aureum ss.
† Ego Rodulfus diaconus cardinalis sancte Lucie in Septa solis ss.

Dat. Laterani, per manum Rolandi, sancte Romane ecclesie presbiteri cardinalis et cancellarii. Idus Febr. Indictione secunda. Incarnationis dominice anno MCLIII. Pontificatus vero domni Anastasii pape IIII anno primo.

Abschrift vom 12 Jahrh. des Cod. Ottob. 687 p. 12, in der Bibl. Vaticana zu Rom.

Nr. 133.

Anastasius IV bestätigt dem Abte Hatto von Sesto (D. Lucca) den Vergleich mit dem Bischofe Gregor von Lucca wegen des Schlosses Montecalvoli.

1154 Februar 14. Lateran.

ANastasius episcopus, servus servorum dei, dilecto filio Attoni, Sextensi abbati, salutem et apostolicam benedictionem. Que a filiis | nostris, ęcclesiarum prelatis, pro pacis bono et ęcclesiarum quiete concordia vel iudicio acta esse cognoscimus, ut | nulla possint in posterum refragatione confringi vel turbari, apostolice sedis auctoritate volumus confirmari et in sua stabilitate firmiter custodiri. Concordiam igitur sive sententiam, qua dilecti filii nostri Martinus, abbas sancti Savini, Lamfrancus, prior sancti Fridiani, super controversia, que inter te et venerabilem fratrem nostrum Gregorium [3]), Lucanum episcopum, de castro montis Calvuli [4]) et expensis, ibi factis, de XL libris Lucensium denariorum, a quibusdam monachis Sextensis monasterii episcopo Benedicto datis, de medietate terrarum et fructuum, quę fuerunt Rainerii, filii Binie, de duobus molendinis, quos Sextensis abbas in fluvio Iussciane habuit, de tribus portibus in aquis, ibi propinquis existentibus, et de lucro inde percepto, atque aliis querimoniis, nostra freti auctoritate promulgarunt et scripti sui pagina per manum scriniarii edita roborarunt, nos auctoritate sedis apostolice confirmamus, et quemadmodum in ipso autentico scripto rationabili providentia distinctum est, ratam et inconvulsam perpetuis temporibus permanere decernimus. Nulli ergo omnino hominum fas sit, huius nostre confirmationis paginam temerario ausu infringere seu modis quibuslibet perturbare. Si quis igitur id attemptare presumpserit et, secundo tertiove commonitus, nisi presumptionem suam congrua satisfactione cor|rexerit, reus indignationis apostolice teneatur et ecclesiastice ultionis animadversione multetur. — Dat. | Laterani, XVII Kl. Mart.

---

1) *Périgueux.* 2) *Saintes.* 3) *Gregor, Bischof von Lucca, 1146—1163.* 4) *Montecalvoli, com. in Toscana, prov. di Firenze, circ. di S. Miniato. Di Montecalvoli è memoria sino dal 738, in cui il vescovo di Lucca, che vi aveva giurisdizione, consacrò la chiesa di S. Giorgio. Amati, Dizionario V p. 310.*

Digitized by Google

Or. im Archivio di Stato zu Mailand.

Perg. ital., br. 0,192, lang 0,2, unten 0,018 umgeschlagen, durch zwei Löcher geht die hellrosa starkfädige Seidenschnur, deren Bleisiegel verloren, Faltung der Breven. Die vier Datirungsworte sind über den ganzen Raum der letzten Zeile vertheilt.

Nr. 134.

Anastasius IV bestätigt dem Bischofe Anselm von Asti die Besitzthümer und Rechte seines Hochstiftes, welches er in apostolischen Schutz nimmt [1]*).*

1154 März 5. Lateran.

Perg. ital., br. 0,62, lang 0,81, unten 0,04 umgeschlagen, durch 2 Löcher geht die rosa Seidenschnur, woran das Bleisiegel hängt, Faltung der Bullen. In der ersten Zeile zwischen dei *und* dilectis *kein Interpunktionszeichen, dafür aber vor und hinter* Hugoni, *hinter* canonicis *und* substituendis *drei Doppelüber- und drei Doppelunterpunkte in Säulenform. Die Worte in der ersten Zeile gut und gleichmässig getrennt. Ringkreuz, Um- und Unterschrift scheinen von gleicher Dinte herzurühren. Die Datirung ist ziemlich sicher von anderer Hand als der Hauptkörper geschrieben, das* R *Rolands darin nachgetragen. Alle Zeugenfirmen sind mit der nämlichen schwarzen Dinte ausgeführt, zum grössten Theile auch von gleicher Hand.*

Nr. 144.

Anastasius IV berichtet Klerus und Volk von Nonantola (D. Modena), er habe Albert zum Abte ihres Klosters geweiht und gebiete, dass sie ihm gehorsam seien [1]).

1154 Mai 30. Lateran.

Anastasius episcopus, servus servorum dei, dilectis filiis, monachis, clericis et vasallis Nonantulani monasterii, et universo populo Nonantulano, salutem et apostolicam benedictionem. Dilectum filium nostrum A(lbertum), abbatem vestrum [2]), ad sedem apostolicam consecrandum accessit [a]), ex consueta benignitate suscepimus et eum tanquam devotum Romane ecclesie filium honoranter satis honeste et benigne tractavimus, quem auctore domino consecratum cum gratia sedis apostolice remittentes vobis attentius commendamus, mandantes [b]) et in vera obedientia precipientes, ut eum tanquam vestrum abbatem et rectorem animarum vestrarum honeste recipiatis et ei debitam in omnibus obedientiam impendatis. Vobis autem, eiusdem monasterii vasallis et Nonantulano populo, per apostolica scripta mandamus, ut omnem illam fidelitatem, quam suis predecessoribus exhibere soletis, ei, cum ab ipso requisiti fueritis, impendere modis omnibus studeatis, res ipsius monasterii defendere ac manutenere curetis, quatenus et bone actionis fructum ab omnipotenti domino percipere et gratiam sedis apostolice vobis mereamini conservare. — Dat. Laterani, III Kl. Iunii.

Zwei Abschriften vom 17 Jahrh. (eine Einzelkopie im Abschriftenbündel, eine in Jura Diversa fol. 102), im Archivio della mensa abaziale zu Nonantola, und Abschrift vom 17 Jahrh. des Cartolario di Nonantola p. 50, im Archivio di Stato zu Modena.

Tiraboschi, Storia di Nonantola I p. 121 sagt von unserer Urkunde: Breve . . . che conservasi nell' Archivio Vaticano, scrive (Anastasio) etc. . . ha data IV Kal. Iun.; *was den 29 Mai ergeben würde, wenn anders es kein Duplikat ist.*

Nr. 145.

Anastasius IV bestätigt dem Prior Rudolf von Camaldoli die diesem günstige Entscheidung eines Streites zwischen ihm und dem Kloster Santa Fiora (D. Arezzo) wegen der Villa Montione [3]).

1154 Mai 30. Lateran.

Anastasius episcopus, servus servorum dei, dilectis filiis Rodulfo, Camaldulensi priori, eiusque fratribus, tam presentibus quam futuris, regularem vitam professis,

a) *lies:* accessum *oder* qui . . . accessit *oder dergl.* b) mandamus. — 1) *Vergl. Tiraboschi, Storia di Nonantola I p. 121, II p. 265.* 2) *Albert II, Abt von Nonantola, 1154—1178.* 3) *Die Abschrift dieser Urk. verdanke ich Herrn Ubaldo Pasqui zu Arezzo.*

Digitized by Google

IN PPM. — Sicut equum est et officio religioso conveniens, ea, quę in controversiam deducuntur, iudicio vel concordia terminare, ita siquidem consideratio expostulat equitatis, ut, cum rationabiliter fuerint terminata, ad memoriam eorum habendam scripture serie muniantur, quatenus in scripto inveniat secutura posteritas, quid perpetuis debeat temporibus observare. Eapropter, dilecti in domino filii, qualiter controversia, quę supra integra villa de Montione [1]) cum curte sua inter vos et monachos sanctę Flore vertebatur, in presentia dilectorum filiorum nostrorum Cencii, Portuensis episcopi, Rolandi, presbiteri et cancellarii, et Oddonis, diaconi cardinalium, assistentibus illis Gregorio de Primicerio, Aichario et Gregorio Corano iudicibus, ex mandato nostro fuerit ventilata et in nostra presentia ordine iudiciario terminata, presentibus litteris precepimus annotari. Primo siquidem pars monasterii sancte Flore affirmabat: nullam esse venditionem, quia sollemnitate iuris subnixa non erat, et ideo rei vendicationem intendebat; secundo asserebat, quod villa de Montione ad monasterium sancte Flore ex imperiali domo processerat; tertio vero, quod instrumentum venditionis non consensu maioris partis monachorum fuerat roboratum; preterea quarto loco ponebant villam ipsam ultra duplum pretii, quod monachi sanctę Flore inde acceperant, valuisse. Porro ad confirmationem prime assertionis advocati monasterii sanctę Flore conabantur ostendere, quod res mobiles essent in monasterio et alie res mediocres, immobiles videlicet, quę propter urgens debitum possent sine minori dispendio ipsius monasterii vendi et iuste alienari. Per contrarium autem pars prioris et fratrum Camaldulensium contra primum capitulum certis rationibus respondebat: quod venditio illa sufficienter auctoritate iuris esset munita, et quod res mobiles tunc non fuissent in monasterio sanctę Flore, quę ad tantum ⟨b⟩onus debiti vel ad maiorem partem exonerandam possent sufficere. Res quoque immobiles non habebant monachi predicti monasterii, quas ita convenienter ad solvendum debitum possent distrahere. Addens, quod nimium es(t) alienum, urgebat idem cenobium, et quod in utilitatem ipsius pecunia, quam Camaldulenses fratres solverant, sit conversa. Ad quod sane probandum instrumentum publicum et munimenta plurima protulerunt, quibus erat fides omnimoda adhibenda, et sic comprehensi sunt advocati sanctę Flore, non verum in primo capitulo, sed potius mendacium astruisse. Profecto advocati predictorum Camaldulensium fratrum secundum et tertium capitulum evidentissimis rationibus destruebant, donationem illam de imperiali domo processisse negantes, monachos etiam sanctę Flore per subscriptiones eorum consensisse probabant. Erat enim instrumentum ipsum maiori parte fratrum subscriptionibus roboratum. In secundo vero et tertio et quarto capitulo reperti sunt illi, qui pro monasterio sanctę Flore contendebant, penitus in probationibus defecisse et tam prenominati cardinales, quam iudices, qui a nobis ad audiendam causam delegati sunt, cognoverunt, allegatiónes et attestationes eorundem advocatorum ad faciendam fidem supradictis capitulis pondere caruisse, immo Camaldulenses rationabiliter in contrarium probasse. Unde predicti filii nostri, cardinales et iudices, qui ad causam audiendam fuerant delegati, quibusdam prudentibus legisperitis sibi ascitis, utriusque partis allegationes subtiliter indagantes et Camaldulensium fratrum allegationes cognoscentes penitus prevalere, ex mandato nostro in nostra presentia prefatus Gregorius, primicerius, archarius, iudex diffinitiva sententia Guidonem, Camaldulensem yconomum [2]), ab impetitione Ildebrandi, yconomi sancte Flore, super integra villa de Montione cum sua curte absolvit. Nos ergo eandem sententiam auctoritate sedis apostolice confirmamus et supradicto Ildebrando yconomo et universo conventui sancte Flore super hac causa perpetuum silentium imponentes, sententiam ipsam ratam et inconvulsam decernimus permanere. Nulli ergo omnino hominum liceat, hanc nostre confirmationis paginam temerario ausu infringere seu ipsis modis aliquibus contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli, apostolorum eius, incurrat et a sacratissimo corpore ac sanguine dei et domini, redemptoris nostri Iesu Christi, alienus fiat, atque in extremo examine, nisi reatum suum condigna satisfactione correxerit, districte ultioni subiaceat. Conservantes vero ipsam beatorum apostolorum Petri et Pauli ac nostram benedictionem et gratiam consequantur. Amen. Amen. Amen.

(R) Ego Anastasius catholicę ecclesię episcopus ss. (M)
† Ego Ymarus Tusculanus episcopus ss.
† Ego Cencius Portuensis episcopus ss.

1) *Montione, Frazione del com. di Arezzo.* 2) *Vergl. Acta I p. 463.*

Digitized by Google

† Ego Gregorius presbiter cardinalis tit. Calixti ss.
† Ego Guido presbiter cardinalis tit. sancti Grisogoni ss.
† Ego Hubaldus presbiter cardinalis tit. sancte Praxedis ss.
† Ego Manfredus presbiter cardinalis sancte Savine ss.
† Ego Iulius presbiter cardinalis tit. sancti Marcelli ss.
† Ego Bernardus presbiter cardinalis tit. sancti Clementis ss.
† Ego Iordanus presbiter cardinalis tit. sanctarum Susanne et Felicitatis ss.
† Ego Octavianus presbiter cardinalis tit. sancte Cecilie ss.
† Ego Astaldus presbiter cardinalis tit. sancte Prisce ss.
† Ego Henricus presbiter cardinalis tit. sanctorum Nerei et Achillei ss.
† Ego Iohannes presbiter cardinalis tit. sanctorum Silvestri et Martini ss.
† Ego Guido diaconus cardinalis sancte Marie in Porticu ss.
† Ego Iohannes diaconus cardinalis sanctorum Sergii et Bachi ss.
† Ego Odo diaconus cardinalis sancti Nicholai in carcere Tulliano ss.

Dat. Laterani, per manum Rolandi, sancte Romane ęcclesię presbiteri cardinalis et cancellarii. III Kl. Iunii. Indictione secunda. Incarnationis dominice anno MCLIIII. Pontificatus vero domni Anastasii pape IIII anno primo.

Or. (SS. Fiora e Lucilla), im Archivio Capitolare zu Arezzo.
Siegel fehlt.

Nr. 146.

Anastasius IV bestätigt der römischem Rechte unterstellten Kollegiatkirche San Frediano di Lucca ihre Besitzthümer und Rechte [1]).

1154 Juni 11. Lateran.

Anastasius episcopus, servus servorum dei, dilectis filiis Lanfranco, priori sancti Fridiani, eiusque fratribus, tam presentibus quam futuris, regularem vitam professis, IN PPM. — | Officii nostri nos hortatur auctoritas, pro ecclesiarum statu satagere et earum quieti et tranquillitati salubriter, in quantum possumus, auxiliante domino, providere. Dignum namque et honestati conveniens esse dino|scitur, ut, qui ad ecclesiarum regimen deo auctore assumpti sumus, eas et a pravorum incursibus defensemus et religiosa loca, maxime, que beati Petri iuris existunt et ad Romanam specialiter spectant ecclesiam, sedis apostolice patrocinio muniamus. Et quoniam, dilecti in domino filii, devotionem vestram in dei timore atque servitio laudabiliter fervere cognoscimus, canonicum ordinem, quem in beati Fridiani ecclesia, inspirante domino, professi estis, et libertatem, a predecessoribus nostris sanctę recordationis Paschale, Gelasio, Calixto, Honorio, INnocentio [a]), Celestino et EUgenio, Romanis pontificibus, vobis collatam presentis scripti pagina⟨m⟩ confirmamus. Statuentes, ut quascumque possessiones, quecumque bona ex dono vel concessione episcoporum Lucanę ecclesię, largitione regum vel principum seu aliorum dei fidelium, in presentiarum iuste et canonice possidetis aut in futurum rationabilibus modis, prestante domino, poteritis adipisci, firma vobis vestrisque successoribus et illabata permaneant. In quibus hęc propriis duximus exprimenda vocabulis: in loco scilicet, qui Mutilianus dicitur, ecclesiam sanctorum martirum Ypoliti et Cassiani cum omnibus ad ipsam pertinentibus, in loco Senę ecclesiam beati Martini et hospitale cum omnibus ad eandem ecclesiam pertinentibus, ecclesiam sancti Salvatoris de Mostoio, quę infra muros Lucanę civitatis sita est, cum omnibus ad eam pertinentibus, ecclesiam sancti Iohannis, quę sita est in capite suburbii, cum hospitali suo et ceteris suis pertinentiis, ecclesiam sancti Salvatoris, quę est constructa in comitatu Ferrariensi et a bonę memorię Landulfo, Ferrariensi episcopo [2]), et nobili femina Imiza et filio eius Casotto olim vobis concessa esse dinoscitur, cum omnibus, que nunc possidet et in futurum rationabiliter, prestante domino, poterit adipisci, omnem quoque decimationem totius allodii eiusdem ecclesię, et ecclesiam sancti Syri cum omnibus ad ipsam pertinentibus, sicut a venerabili fratre nostro Griffone, episcopo Ferrariensi [3]), ei canonice concesse sunt, villam vero Salariam, quę a predecessore nostro, beatę memorię papa [b]) Innocentio, eidem ecclesię sancti

a) I *aus* C *korrigirt* b) pape. — .1) *Vergl. die Urk. vom 26 Mai 1124 und Jaffé, Reg. 6581 (Kop. s. XIV im Arch. di Stato zu Lucca).* 2) *Landulf, Bischof von Ferrara, 1104—1138.* 3) *Grifo, Bischof von Ferrara, 1139—1150.*

Digitized by Google

Salvatoris concessa est, cum omnibus suis pertinentiis, decimas etiam de fundo Lovelleti ad eandem ecclesiam pertinentes, sicut integre habebantur a Casotto, quando refutavit eas in manu Landulfi, Ferrariensis episcopi [1]), Murla cum omnibus suis pertinentiis, ac quicquid habetis Lungithe et Guindelfo sive Collomari, nec non, qui dicitur Parmuniano sive Coldisacco, ecclesiam sancti Pauli, quę est inter villam Oventani et Altum passum, cum omnibus ad ipsum locum pertinentibus, in campis, terris, vineis, pratis, pascuis, silvis, molendinis, montibus, vallibus, planitiebus, paludibus, piscationibus, cultis et incultis, hospitale de Cavena prope burgum sancti Genesii situm, cum omnibus suis pertinentiis. Porro decimas ab omnibus ecclesię vestrę parochianis citra personarum omnium infestationes vobis vestrisque successoribus, in eadem religione persistentibus, accipere et in usus canonicos dispensare concedimus et presentis decreti sanctione stabilimus. Equum enim est, ut quibus spiritualia seminatis, eorum carnalia cum apostolo metatis. Obeunte vero te, nunc eiusdem loci priore, vel tuorum quolibet successorum, nullus ibi qualibet surreptionis astutia vel violentia preponatur, nisi quem fratres communi consensu vel fratrum pars consilii sanioris, secundum dei timorem vel de suo vel de alieno, si expedierit, disciplinę regularis collegio providerint eligendum; salva Lucani episcopi canonica reverentia, si quidem catholicus fuerit et gratiam atque communionem apostolicę sedis habuerit, a quo nimirum crisma, oleum sanctum, consecrationes altarium seu basilicarum, ordinationes clericorum accipietis, si ea gratis et sine pravitate voluerit exhibere; alioquin liceat vobis, a quocumque malueritis catholico episcopo, eadem sacramenta suscipere, qui, apostolice sedis fultus auctoritate, quod postulatur, indulgeat. Nec eidem episcopo liceat, locum ipsum aut fratres habitantes ibidem pro nostrarum concessionum emulatione excommunicare vel interdicere, nisi pro certis culpis, quas (i)idem fratres, canonice admoniti, emendare contempserunt. Baptismi usum in sabbato sancto pentecosten [a]) a preteritis temporibus habituri [b]), ita vestre ecclesie in perpetuum confirmamus, ut nullis possit emulationibus vel insidiis prohiberi. Sane autem, si canonici sancti Martini iuxta antiquam consuetudinem ad ecclesiam sancti Fridiani in die sabbati sancti [c]) pentecosten pro baptismo celebrando venire noluerint, nichilominus eodem die baptismi celebrandi licentiam habeatis. Nulli autem secularium potestatum infra vestri cenobii claustrum liceat hospitari, ne fratrum regularium quies huiusmodi presumptione turbetur. Nulla quietem vestram processionum aut letaniarum vel sepulturarum extra vestram parochiam contra vestram consuetudinem perturbet indictio. Parochianos vestros, nisi forte publico crimine teneantur, nullus, invitis vobis et inconsultis, excommunicare aut ad penitentiam presumat admittere. Nullum vestrorum parrochianorum cuiquam monachorum aliorumve clericorum liceat urgere vel mortuum sepelire nec etiam ei penitentiam dare absque vestro consensu, set vos hęc omnia preter alicuius infestationem huius sanctę sedis freti auctoritate peragite. Oleum, crisma, quę vestra antiqua consuetudine habet ecclesia, maioris ecclesię clerici hac vobis occasione non auferant neque clericos vestros ordinare prohibeant. Liceat quoque vobis, clericos de seculo fugientes post petitam ab episcopis suis licentiam ad conversionem suscipere et in vestro collegio retinere. Prohibemus etiam, ut nullus umquam canonicorum post factam inibi professionem absque libera prioris et fratrum licentia, quandiu canonicus ibi ordo servabitur, ecclesiam deserere et ad alium eiusdem vel alterius ordinis locum audeat pertransire. Ad hęc adicimus, ut nulli hominum fas sit, in vestra parochia absque prioris et fratrum assensu atque coniventia ecclesiam edificare vel hospitale construere. Iudicium sane, quod eiusdem loci prior de aliquo ipsorum fratrum communi vel sanioris partis consilio rationabiliter fecerit, nulli retractare vel immutare liceat, salva nimirum in omnibus apostolice sedis auctoritate et reverentia. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat, prefatam ecclesiam . . . usibus omnimodis profutura. Si qua igitur . . . Conservantibus autem . . . inveniant. Amen. A-m. Amen. —

(R) Ego Anastasius catholicę ecclesię episcopus ss. (M)
† Ego Ymarus Tusculanus episcopus ss.
† Ego Hugo Ostiensis episcopus ss.
† Ego Cencius Portuensis et sancte Rufinę episcopus ss. (8)
— † Ego Gregorius presbiter cardinalis tit. Calixti ss.
† Ego Guido presbiter cardinalis tit. sancti Grisogoni ss. (1)
† Ego Manfredus presbiter cardinalis tit. sancte Savine ss.

1) *Ob in Ordnung?* pentecosten *als Genitif?* b) *besser* habiturum c) sancto *vergl. Anm. a.* — .1) *Landulf, Bischof von Ferrara, 1104—1138.*

Digitized by Google

† Ego Iulius presbiter cardinalis tit. sancti Marcelli ss.
† Ego Guido presbiter cardinalis tit. Pastoris ss.
† Ego Iordanus presbiter cardinalis tit. sanctarum Susannę et Felicitatis ss.
† Ego Octavianus presbiter cardinalis tit. sancte Cecilie ss.
† Ego Gerardus presbiter cardinalis tit. sancti Stephani in Celio monte ss.
† Ego Henricus presbiter cardinalis tit. sanctorum Nerei et Achillei ss.
† Ego Iohannes presbiter cardinalis tit. sanctorum Silvestri et Martini ss.
— † Ego Guido diaconus cardinalis sancte Marie in Porticu ss. (2)
† Ego Odo diaconus cardinalis sancti Nicholai in carcere Tulliano ss. (7)

Dat. Laterani, per manum Rolandi, sanctę Romanę ecclesię presbiteri cardinalis et cancellarii. III Idus Iunii. Indictione II. Incarnationis dominice anno MCLIIII. Pontificatus vero domni Anastasii pp. IIII anno primo. —

Or. (S. Frediano 11 Giugno 1154), im Archivio di Stato zu Lucca.

Perg. ital., br. 0,62, lang 0,83, unten 0,033 umgeschlagen, durch zwei Löcher geht die bräunlichgelbe und weisse Seidenschnur, woran das Bleisiegel modern neu verknotet hängt. Faltung der Bullen. Die Verewigung füllt 0,16. Die Unterschrift scheint von der Dinte des Hauptkörpers herzurühren, Ringkreuz dunklere, Umschrift hellere Dinte. Die Datirung ist mit hellerer Dinte als der Hauptkörper geschrieben, vielleicht mit der der Umschrift, das R *Rolands darin zeigt dunklere Dinte, andere als das Ringkreuz. Die Presbyterfirmen von der nämlichen sattdunklen Dinte, sind meistens auch wohl von ein und derselben Hand geschrieben, Gerard wurde nachträglich zwischen Octavian und Heinrich eingeschoben. Die Bischöfe und der Diakon Guido weisen hellere Dinte auf.*

Nr. 147.

Anastasius IV nimmt das Hospital Cantaro bei Albano in apostolischen Schutz und bestätigt ihm seine Besitzthümer, wofür es jährlich ein Pfund Wachs an die Kurie zu entrichten hat.

1154 September 15. Lateran.

Anastasius episcopus, servus servorum dei, dilectis filiis Iohanni Crasso, priori hospitalis de Cantaro, Iohanni presbitero, Ade et Nicolao, clericis eiusdem hospitalis, aliisque fratribus, tam presentibus quam futuris, IN PPM. — | Sicut religiosum est et officio pietatis adiunctum, ad peregrinorum pauperumque receptionem convenientia loca construere, ita quidem vigor ammonet rationis, ad con|servationem eorum diligenter intendere ac, ne pravorum incursibus utilitates depereant, indigentium vigilanti studio providere. Ex precepto autem felicis memorię pape Celestini, predecessoris nostri, dilecte in domino fili Iohannnes Crasse, in via publica ante Cantarum iuxta civitatem Albanensem, in allodio beati Petri hospitalem domum ad receptionem pauperum solaciumque peregrinorum expensis propriis construxisti et ad incrementum ipsius studiosius elaboras. Quoniam igitur idem hospitale, quo melius ab infestatione ipsius pravorum temeritas arceatur, nostro postulastis privilegio communiri, nos consideratione nostri officii et pię intentionis vestrę studio provocati, petitionibus vestris clementer annuimus, et ad exemplar predecessorum nostrorum felicis memorię LUCII et EUGENII, Romanorum pontificum, locum ipsum, ab omni gravamine seu exactione cuiuslibet personę liberum, sub beati Petri, cuius iuris esse dinoscitur, et nostra protectione suscipimus, et presentis scripti patrocinio communimus. Statuentes, ut quascumque possessiones, quecumque bona idem locus in presentiarum iuste et legitime possidet aut in futurum rationabilibus modis deo propitio poterit adipisci, firma vobis vestrisque successoribus et per vos eidem hospitali et Christi pauperibus et illibata permaneant. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat, prefatum locum temere perturbare aut eius possessiones auferre vel ablatas retinere, minuere aut aliquibus vexationibus fatigare, sed omnia integra conserventur eorum, pro quorum gubernatione et sustentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura. Ad indicium autem, quod idem locus beati Petri iuris sit, libra una cerę de ipso hospitali nobis nostrisque successoribus annis singulis persolvatur. Si qua igitur . . . Cunctis autem . . . inveniant. Amen. A-m. Amen. —

(R) Ego Anastasius catholicę ecclesię episcopus ss. (M)
† Ego Cencius Portuensis et sancte Rufine episcopus ss.
† Ego GG.(Gregorius) Sabinensis episcopus ss. (2)
— † Ego Guido presbiter cardinalis tit. sancti Grisogoni ss. (1)

Digitized by Google

† Ego Octavianus presbiter cardinalis tit. sancte Cecilie ss.
— † Ego Guido diaconus cardinalis sancte Marie in Porticu ss.
† Ego Iohannes diaconus cardinalis sanctorum Sergii et Bachi ss. (2)

Dat. Laterani, per manum Rolandi, sanctę Romanę ecclesię presbiteri cardinalis et cancellarii. XVII Kl. Octobris. Indictione III. Incarnationis dominicę anno MCLIIII. Pontificatus vero domni Anastasii IIII pp. anno II.

Or. im Archivio della Trinità zu La Cava.

Perg. ital., br. 0,45, lang 0,49, unten 0,03 umgeschlagen, durch 2 Löcher ging die Schnur, welche mit dem Blei verloren. Faltung der Bullen. Ringkreuz und Unterschrift von gleicher, Umschrift von etwas hellerer Dinte. Die Datirung rührt vom Hauptkörperschreiber her, das R *Rolands scheint darin nachgetragen zu sein. Zeugenfirmen theilweise wohl von gleicher Hand.*

Nr. 148.

Anastasius IV bestätigt dem Abte Otto von Cielo d'Oro di Pavia die Besitzthümer und Rechte seines Klosters, und verleiht ihm persönlich bischöfliche Insignien.

1154 October 15. Lateran.

Anastasius episcopus, servus servorum dei, dilecto filio Ottoni, abbati monasterii sancti Petri, quod dicitur Celum aureum, eiusque successoribus regulariter substituendis, IN PPM. — Apostolice sedis auctoritate debitoque compellimur, pro universarum ecclesiarum statu satagere et earum quieti, que specialius eidem sedi adherent et tanquam iure proprio subiecte sunt, auxiliante domino, providere. Eapropter, dilecte in domino fili, Otto abbas, tuis iustis postulationibus a) clementer annuimus, et predecessorum nostrorum felicis memorie Paschalis, Calixti, Innocentii, Eugenii, Romanorum (pontificum), inherendo vestigiis, beati Petri, apostolorum principis, monasterium, cui deo auctore presides, quod utique beati Augustini, doctoris egregii, corporali presentia illustratur, presenti(s) scripti privilegio communimus. Statuimus enim, ut quecumque bona, quecumque predia, urbana sive rustica, culta vel inculta, quecumque possessiones in villis, silvis, pratis, coloniis, servis, ancillis seu aldionibus in ecclesiis et b) decimis omnium ubique terrarum, rusticorum, donnicatorum et familiarum, sive primiciis ad vestrum cenobium concessione pontificum, largicione regum vel principum, oblatione fidelium seu aliis iustis modis in presentiarum pertinent aut c) in futurum, largiente domino, idem monasterium iuste poterit adipisci, firma tibi tuisque successoribus et illibata permaneant. Obeunte vero te, nunc eiusdem loci abbate, vel tuorum quolibet successorum, nullus ibi qualibet surreptionis astucia seu violencia preponatur, nisi quem fratres communi consensu vel fratrum pars consilii sanioris secundum dei timorem et beati Benedicti regulam providerint eligendum; electus autem ad Romanum pontificem consecrandus accedat. Crisma, oleum sanctum, consecrationes altarium seu basilicarum, ordinationes monachorum seu canonicorum vestrorum, qui ad sacros ordines fuerint promovendi, a quocumque malueritis, catholico suscipiatis episcopo, siquidem gratiam sedis apostolice habuerit. Missas quoque publicas in eodem monasterio celebrari aut stationem aut synodum vel ordinationem aliquam preter abbatis voluntatem ab episcopo quolibet fieri prohibemus. Ad hec presenti capitulo adicientes, dalmatice, mitre, sandaliorum nec non cirothecarum usum et inter itinerandum insigne tintinabuli tibi tuisque successoribus et in sepedicto monasterio baptismum in paschali sollempnitate per subiectos vobis clericos fieri iuxta predecessorum nostrorum statuta concedimus. Sicque ab omni iugo seu ditione cuiuscumque persone vestrum cenobium liberum permanere sanccimus, ut soli sancte Romane et apostolice ecclesie subditum habeatur d). Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat, prenominatum monasterium temere perturbare aut eius possessiones auferre vel ablatas retinere, minuere aut aliquibus vexationibus fatigare, sed omnia integra conserventur eorum, pro quorum gubernatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura, salva in omnibus apostolice sedis auctoritate. Si qua igitur in futurum ecclesiastica secularisve persona, hanc nostre constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire temptaverit, secundo tertiove commonita, si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo corpore ac sanguine dei et domini,

a) petitionibus *Reg. Parvum* b) in c) et *Parv.* d) hortatur.

Digitized by Google

redemptoris nostri Iesu Christi, aliena fiat, atque in extremo examine districte ultioni subiaceat. Cunctis autem, eidem loco iusta servantibus, sit pax domini nostri Iesu Christi, quatinus et hic fructum bone actionis percipiant et apud districtum iudicem premia eterne pacis inveniant. Amen. Am. Am.

(R) Ego Anastasius catholice [a]) ecclesie episcopus ss. (M)
† Ego Cencius Portuensis et sancte Rufine episcopus ss.
† Ego Gregorius Sabinensis episcopus ss.
† Ego Guido presbiter cardinalis tit. sancti Grisogoni ss.
† Ego Manfredus presbiter cardinalis tit. sancte Savine ss.
† Ego Iulius presbiter cardinalis tit. sancti Marcelli ss.
† Ego Hubaldus presbiter cardinalis tit. sancte Crucis in Ierusalem ss.
† Ego Octavianus presbiter cardinalis tit. sancte Cecilie ss.
† Ego Astaldus presbiter cardinalis tit. sancte Prisce ss.
† Ego Iohannes presbiter cardinalis sanctorum Iohannis et Pauli tit. Pamachii ss.
† Ego Iohannes presbiter cardinalis tit. sanctorum Silvestri et Martini ss.
† Ego Guido diaconus cardinalis sancte Marie in Porticu ss.
† Ego Iohannes diaconus cardinalis sanctorum Sergii et Bacchi ss.

Dat. Laterani, per manum Rolandi, sancte Romane ecclesie presbiteri cardinalis et cancellarii. Idus Octobr. Indictione III. Incarnationis dominice anno MCLIII. Pontificatus vero domni ANASTASII pp. IIII anno II.

Abschrift vom 13 Jahrh. des Registrum Magnum p. 266, Parvum p. 186, im Archivio Municipale zu Piacenza.

Nr. 149.

Anastasius IV nimmt das Kloster Colomba (D. Piacenza) in apostolischen Schutz und bestätigt ihm seine Besitzthümer [1]).

1154 November 16. Lateran.

Anastasius episcopus, servus servorum dei, dilectis in Christo filiis Petro, abbati monasterii sanctę Marię, siti in loco, qui Columba dicitur et Carrectum an[tiquitus voca]batur, quique in Placentino episcopatu situs est, eiusque fratribus, tam presentibus quam futuris, regularem vitam professis, IN PPM. — | Religiosis desideriis dignum est facilem prebere consensum, ut fidelis devotio celerem sortiatur effectum. Eapropter, dilecti in domino filii, vestris iustis postulationibus clementer annuimus et prefa|tum monasterium, in quo divino mancipati estis obsequio, ad exemplar predecessoris nostri, felicis memorie pape EUGenii [2]) sub beati Petri et nostra protectione suscipimus et presentis scripti privilegio communimus. Statuentes, ut quascumque possessiones, quecumque bona idem monasterium in presentiarum iuste et canonice possidet aut in futurum concessione pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium seu aliis iustis modis deo propitio poterit adipisci, firma vobis vestrisque successoribus et illibata permaneant. In quibus hęc propriis duximus exprimenda vocabulis: locum, qui vocatur Budrium, cum pertinentiis suis, in loco, qui dicitur domus Lascus, octo iugera terrę et duas perticas, et quicquid ecclesia sancti Domnini habebat in Gazelasio, omnes terras illas, quas illustris vir Pelavicinus marchio una cum uxore et filiis suis et Conradus Cavalcabovem marchio cum sua ux[ore, et] vasalli ipsorum marchionum, et ecclesia sanctę Marię de Castell[ione], et ecclesia de Florentiola, et nobilis signifer Placentinę civitatis, et Malcorredus vicedominus, et Fulco advocatus, et Bonizo de Anditio, et Ar[de]ngus vicedominus, et Grimerus et Baiamons vicecomites, et Gislentio et Bernardus et Iohannes et Calvus, fratres filii Salvii Arditionis, et Malus parens, et Rainaldus surdus, et Malacria, et filii Rainerii, nobiles predictę civitatis, seu omnes alii boni viri, qui eidem loco devotionis intuitu vel venditionis seu concambii atque commutationis contulerunt, quas nimirum eiusdem loci fratribus quietas et liberas iure perpetuo permanere et ab omni seculari exactione remotas fore sancimus. Et quoniam communem vitam agentes de aliorum helemosinis ac beneficentia debent vivere, constituimus, ut de laboribus, quos fratres ipsius monasterii propriis manibus aut sumptibus

---

a) apostolice *Parv.* — .1) *Vergl. die Urk. vom 12 Juli 1144 und Jaffé, Reg. 5580. — Zu grossem Danke fühle ich mich dem Herrn Abbate Barbieri für sein förderndes Entgegenkommen in Parma verpflichtet.* 2) *Jaffé, Reg. 6156, beachtenswerth, dass nicht auch Lucius II und Innocenz II genannt sind (vergl. Anm. 1).*

Digitized by Google

excolunt, atque de animalibus, quę nutriunt, nullus ab eis decimas exigere nec suscipere audeat. Decernimus etiam, ut a loco, qui dicitur Barastalla, usque Seolum, et a Seolo usque Florentiolam, et a Florentiola usque Butrium, et a Butrio usque ad sanctum Andream, et a sancto Andrea usque ad predictum Barastallam, quos terminos a venerabili fratre nostro Arduino episcopo nec non clero et populo Placentino specialiter designatos atque a Lothario dei gratia tertio, Romanorum imperatore augusto, confirmatos fore cognoscimus, nulla ecclesia quolibet tempore construatur nullaque secularis habitatio prorsus fiat; quicquid etiam prefatus episcopus de terris, ad ius sui episcopatus pertinentibus, fratrum suorum consilio iuste vobis concessit et scripto suo firmavit, confirmamus. Confinia quoque, quę predictus Pelavicinus marchio una cum uxore sua de terris sui iuris pro remedio animarum suarum prefato monasterio de Columba concesserunt et suis propriis manibus posuerunt et scripti sui munimine roborarunt, nos quoque auctoritate apostolica roboramus et, ne quis ea mutare vel transferre presumat, prohibemus, videlicet, sicut rivus de Pontiore transit usque in viam, quę [va]d[it] ad Seolum, et sicut ipsa confinia posita sunt desuper salecetum usque ad viam, quę vadit ad Castellionem, et sicut eadem [via] vadit desuper Caudam de Luxerdo usque in Rivum veterem, et sicut ipse rivus [vadit] usque ad Budrachum, et sicut ipsum Budrachum vadit usque [ad] canale de Burgundione, et sicut ipsum canale vadit us[que ad clusam] eiusdem Burgundionis, et sicut rivus de Fraseneto vadit ab ipsa clusa usque ad predictum locum de Pontiore. Nulli ergo hominum fas sit, prefatum monasterium temere perturbare, [aut eius] possessiones auferre vel ablatas retinere, minuere seu quibuslibet molestiis fatigare, set omnia integra conserven[tur, u]sibus fratrum, ibidem domino famulantium, omnimodis profutur[a, salva] sedis apostolicę auctoritate et diocesani episcopi canonica iustitia. Si qua igitur . . . . si non satisfactione . . . . Conservantes . . . . | consequantur. Amen. A-m. Amen.

(R) Ego Anastasius catholicę ecclesię episcopus ss. (M)
† Ego Imarus Tusculanus episcopus ss.
† Ego Nicolaus Albanensis episcopus ss.
† Ego Hugo Hostiensis episcopus ss.
† Ego Cencius Portuensis et sancte Rufinę episcopus ss. (6)
— † Ego Guido presbiter cardinalis tit. sancti Grisogoni ss.
† Ego Manfredus presbiter cardinalis tit. sancte Sabine ss.
† Ego Iulius presbiter cardinalis tit. sancti Marcelli ss. (1)
† Ego Bernardus presbiter cardinalis tit. sancti Clementis ss.
† Ego Iohannes presbiter cardinalis sanctorum Iohannis et P(auli) tit. Pamachii ss. (1)
† Ego Henricus presbiter cardinalis tit. sanctorum Nerei et Achillei ss.
— † Ego Guido diaconus cardinalis sancte Marie in Porticu ss. (1).
† Ego Odo diaconus cardinalis sancti Nicolai in carcere Tulliani(!) ss. (6)

Dat. Laterani, per manum Rolandi, sancte Romanę ecclesię presbiteri cardinalis et cancellarii. XVI(?) Kl. Decembris. Indictione III. Incarnationis dominice [anno MCLIIII. Pontificatus vero] domni Anastasii IIII pp. anno II.

Or. in der Biblioteca Reale zu Parma.

Perg. ital., br. 0,58, lang 0,64, unten 0,032 umgeschlagen, durch zwei Löcher ging die Schnur, welche mit dem Bleisiegel verloren. Faltung der Bullen. Die Schrift ist durch Feuchtigkeit stark verblichen und verloschen. Initiale aus einfachen betonten Strichen bestehend. Verewigung dünnstrichig Nr. 5, füllt 0,09, Amen Nr. 7 x 2. Von Majuskeln namentlich D(ecernimus) *und* N(ulli ergo) *hervorgehoben. Ueber Ringkreuz etc. nichts Sicheres. Rota Nr. 1, Durchmesser 0,051, von der letzten Zeile 0,006, von links 0,11, vom Monogramm 0,229. Monogramm, Gruppe Nr. 4, von rechts 0,153. Ob das* R *Rolands in der Datirung nachgetragen, nicht zu sagen. Unter den Zeugenfirmen wohl die letzten beiden Presbyter von der Hand und Dinte der Datirung und hinter einander gedrängt eingetragen.*

Nr. 150.

Anastasius IV nimmt das Kloster Santa Trinità di Saccargia (D. Ploaghe in Sardinien) in apostolischen Schutz und bestätigt dessen Besitzthümer und Rechte.

1154 November 19. Lateran.

Anastasius episcopus, servus ser[vorum dei, di]lectis filiis Gregorio, ab[bati venerabilis?] monasterii sancte Tri[nitatis de S]acharia eiusque remdemtoribus (!), a

Digitized by Google

Camaldulens[i] . . . . . IN PPM. Religiosis desideriis dignum est facile(m) prebere assensum, quatinus et devotionis sinceritas laudabiliter enitescat et utilitas postulata vires indubitanter assumat. Eapropter, dilecti in domino filii, vestris iustis postulationibus clementer annuimus et prefatum monasterium, in quo divino estis obsequio mancipati, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus et presentis scripti privilegio communimus. Statuentes, ut quascumque possessiones, quecumque bona in presentiarum iuste et canonice idem monasterium possidet aut in futurum concessione pontificum, largitione regum vel principum, oblationei fidelum seu aliis iustis modis, prestante domino, poterit adipisci, vobis vestrisque successoribus firma et illibata permaneant. Huic quoque decreto adicimus, ne umquam tu, fili abbas, vel successores tui absque Camaldulensis prioris licentia ad episcopale officium presumatis accedere, ne forte bona eiusdem monasterii, servorum dei usibus deputata, hac occasione aliquod exterminium patiantur. Proibemus etiam, ne archiepiscopo aut episcopo licentia pateat, absque iam dicti prioris concessione monacos inde tollendi et ad aliud officium promovendi aut aliqua de causa invito eodem priore vel abbate eiusdem cenobii quemlibet de fr[atri]bus ipsius loci ad aliam ecclesiam transferendi. Si quis sane fratrum eiusdem loci ad regimen alterius ecclesie fuerit assumptus, in monasterio ipso nullas ulterius habeat potestate(s), nisi quales p[red]e[cess]ores sui inibi habuerunt, qui prefuerunt ecclesiis ad quas fuerit ipse translatus. Obeunte vero te, nunc eiusdem loci abbate, vel tuorum quolibet successorum, nullis ibi qu[alibet] subreptionis astutia [a]) seu violentia preponatur, nisi quem prior Camaldulensis secundum dei timorem elegerit ordinandumque previderit. Liceat etiam tibi tuisque successoribus atque fratr[ibus, c]lericos cuiuscumque ordinis, de quolibet episcopatu ad vos transire [b]) volentes, cum rebus suis propriis ad conversione(m) suscipere et absque aliquorum contradictione episcoporum vel aliarum personarum mo[na]ch(ic)um habitum iuxta sanctorum patrum regulas ei tradere. Nichilominus etiam ipsius loci fratribus sit facultas, tam monacos quam conversos, clericos vel laicos, liberos aut servos, eidem m[ona]sterio subditos, iudicare absque prohibitione vel molestia cuiuslibet ecclesiastice aut secularis etiam potestatis. Porro ordinationes monacorum vel clericorum, qui ad sacros gradus fuerint promovendi, a quocumque malueritis catholico suscipietis episcopo. Nullusque episcoporum abbates aut monachos vel clericos, in iam dicto monasterio vel ecclesiis sibi subditis constitutos, presumat excommunicatione aut interdicto subicere aut qualibet occasione suspendere, nisi forte abbas vel prelatus, qui pro tempore fuerit, in eo . . . . . delinquent . . . . . uerit [c]) et in eorum regulari [inve?]stigatione defecerit. Preterea decimas vel primitias rerum, vestro monasterio pertinentium, et omnia, que a fratre nostro Azone, bone memorie Turritano archiepiscopo [1]), eidem loco concessa sunt et scripti sui pagina confirmata aut ab eius successoribus in posterum concedenda sunt, nos quoque vobis auctoritate apostolica confirmamus. Li[ceat]-que(?) omni[bus], quibuscumque placuerit, tam in vita, quam in morte, monasterio vestro suas oblationes offere, testamenta facere et corpora inibi sepelire. Statuimus insuper, ut (?) nullus episcopus(?) in eodem monasterio missas audeat celebrare, nisi forte (ab) abbate vel fratribus ipsius loci fuerit invitatus. Ad hec firmiter interdicimus, ut de m . . . . . quam . uo . . quamque (?) tempore prefa⟨c⟩tum monasterium a regimine vel gubernatione Camaldulensis prioris temptet subtrahere vel auferre, eius quoque d . .s [d]) eiusdem monasterii pertinentes, unde (?) . . . . . entior. Ecclesiam sancti Symeonis et ecclesiam sancti Iohannis in Contra, ecclesiam sancte Marie in Altasar, ecclesiam sancte Marie in Ocra(?), ecclesiam sancti Georgii de Ovio, ecclesiam de . . . nari cum omnibus earum pertinentiis, nichilominus vobis auctoritate apostolica confirmamus. Prohibemus etiam, ut de reb[us] monasterii vestri, quas per quadringenta an[nos] iuste et canonice possidetis, nullus umquam vobis iniuriam seu molestia(m) audeat i[nfer]re. Decernimus ergo, ut nulli imperatori seu r[egi], nulli episcoporum aut curatorum, nulli prorsus aliqua dignit[ate] predi⟨c⟩ta(e personae) fas sit, idem monasterium temere perturbare aut eius possessiones auferre v[el ab]latas retinere, minuere seu quibuslibet vexationibus fatigare, sed omnia integre conserv[entur eorum], pro quorum gubernatione et sustentatione concessa sunt, usibus profutura. Sancimus etiam, ut ordo monasticus, qui secundum norma(m) fratrum Camaldulensium in eodem monasterio nosc[itur instituisse,] ibidem per-

a) astitutia b) trancire c) *etwa:* [castigandis] delinquent[ibus negligens f] d) *zu ergänzen:* d[omo]s *oder* d[ecima]s, *wohl ersteres.* — 1) *Atto I c. 1112 — c. 1116, Atto II c. 1147 — x, Erzbischöfe von Sassari, früher Torres (auf Sardinien).*

Digitized by Google

petuis futuris temporibus firmiter observetur. Si qua ... Cunctis autem ... inveniant. Amen. Amen. Amen.

(R) Ego Anastasius catholice ecclesie episcopus ss.
† Ego Ymarus (Tusculanus) episcopus ss.
† Ego Nicolaus Albanus episcopus ss.
† Ego Iulius presbiter cardinalis tit. sancti Marcelli ss.
† Ego Odo diaconus cardinalis sancti Nicolai in carcere Tulliano ss.
† Ego Guido diaconus cardinalis sancte Marie in Porticu ss.
† Ego Iohannes diaconus cardinalis sanctorum Sergii et Bachi ss.

Dat. Laterani, per manum Rolandi, sancte Romane ecclesie presbiteri cardinalis et cancellarii. XIII Kl. Decemb. Indictione III. Incarnationis dominice anno ⟨domini⟩ MCLIIII. Pontificatus vero domni Anastasii pape IIII anno secundo.

Kopialurkunde des 13 Jahrh., sehr zerstört, (Camaldoli, 1154 Marzo 20), im Archivio di Stato zu Florenz.

Nr. 151.

Hadrian IV nimmt das Kloster Falerone (D. Fermo) in apostolischen Schutz und bestätigt seine Besitzthümer und Rechte.

1155 Januar 12. S. Peter von Rom.

Adrianus episcopus, servus servorum dei, dilectis filiis Petro, abbati monasterii Fallerensis [1]), eiusque fratribus, tam presentibus quam futuris, regularem vitam professis, in perpetuum. Iustis religiosorum desideriis consentire ac rationabilibus eorum postulationibus clementer annuere, apostolicę sedis, cui largiente domino deservimus, auctoritatis et fraterne caritatis unitas nos hortatur. Quocirca, dilecti in domino filii, vestris iustis postulationibus clementer annuimus, et prefatum monasterium, in quo divino mancipati estis obsequio, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus, et presentis scripti privilegio communimus. Statuentes, ut quęcumque bona, quascumque possessiones idem monasterium in presentiarum iuste et canonice possidet aut in futurum concessione pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium seu aliis iustis modis, prestante domino, poterit adipisci, firma vobis vestrisque successoribus et illibata permaneant. In quibus hec propriis duximus exprimenda vocabulis: locum Fallere cum appendiciis suis, locum, in quo quondam fuit ecclesia sancti Gratiliani, cum appendiciis suis, vineas de Terrano, et locum sancti Iohannis de Toram cum appendiciis suis, terram de Closura, terram, quę est a Fulta rivi de Marignano usque ad Vadum salicis, et a rivo sancti Gratiliani, sicut dividit terra sancti Leonis, usque ad viam de Casali, et tendit ad vallem de Madgnono, grangiam quoque de fonte Sambuci, et terram, quam dedit vobis sancte memorie papa Eugenius cum consensu Oddonis Frangentispanem et Petri Latri et Stephani, qui Francius vocatur, et Theodore, a via del Sais, que vadit ad silvam Rolandi et a summitate montis Carbonarii, sicut pendet versus grangiam, usque ad puteos et usque ad predictam sylvam Rolandi, ecclesiam etiam sancti Martini cum appendiciis suis, et ecclesiam sancti Salvatoris cum appendiciis suis, preterea speluncam de Calcannano vobis nihilominus confirmamus. Statuimus etiam et presentis decreti assertione firmamus, ut monasterium vestrum ab omni exactione laicarum personarum in perpetuum liberum maneat, et nullus a vobis audeat qualibet violentia aliquid extorquere. Sane laborum vestrorum de terris, quas a Romana ecclesia possidetis, quas etiam propriis manibus aut sumptibus colitis, nullus a vobis decimas presumat exigere. Prohibemus insuper, ut nullus fugitivum vestrum, sive sit monachus vel conversus, sine vestra licentia recipere audeat seu receptum, postquam a vobis fuerit requisitus, occasione aliqua retinere. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat, prefatum monasterium ausu temerario perturbare aut eius possessiones auferre vel ablatas retinere, minuere seu quibuslibet vexationibus fatigare, sed illibata omnia et integra conserventur eorum, pro quorum gubernatione et substentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura, salva sedis apostolice auctoritate. Si qua igitur ... Cunctis autem .... inveniant. Amen.

1) *Falerone war ein alter Bischofssitz gewesen, vergl. Cappelletti, Chiese III p. 660; G. Colucci, Sulle antiche città Falera et Tignio. Fermo 1777.*

Digitized by Google

(R) Ego Adrianus catholicę ecclesię episcopus ss. (M)
† Ego Imarus Tusculanus episcopus ss.
† Ego Hugo Hostiensis episcopus ss.
† Ego Guido presbiter cardinalis tit. sancti Grisogoni ss.
† Ego Hubaldus presbiter cardinalis tit. sancte Praxedis ss.
† Ego Manfredus presbiter cardinalis tit. sancte Savine ss.
† Ego Aribertus presbiter cardinalis tit. sanctę Anastasie ss.
† Ego Iulius presbiter cardinalis tit. sancti Marcelli ss.
† Ego Astaldus presbiter cardinalis tit. sancte Priscę ss.
† Ego Iohannes presbiter cardinalis tit. sanctorum Iohannis et P. Pamachii (!) ss.
† Ego Henricus presbiter cardinalis tit. sanctorum Nerei et Achillei ss.
† Ego Iohannes presbiter cardinalis tit. sanctorum Silvestri et Martini ss.
† Ego Guido diaconus cardinalis sancte Marie in Porticu ss.
† Ego Iohannes diaconus cardinalis sanctorum Sergii et Bachi ss.
† Ego Ildebrandus sancti Eustachii diaconus cardinalis ss.
† Ego Odo diaconus cardinalis sancti Nicolai in carcere Tulliano ss.

Dat. Rome apud sanctum Petrum, per manum Rolandi, sancte Romane ecclesie presbiteri cardinalis et cancellarii. II Idus Ianuarii. Indictione III. Incarnacionis dominice anno MCLIIII. Pontificatus vero domni Adriani pape IIII anno primo.

Abschriften des Cod. Vat. 4043, 6196 fol. 111, 8043 (ohne Seitenzahl), in der Bibl. Vaticana zu Rom.

Nr. 152.

Hadrian IV nimmt das Kloster San Ponziano di Lucca in apostolischen Schutz und bestätigt seine Besitzthümer und Rechte.

1155 Januar 21. S. Peter von Rom.

Adrianus episcopus, servus servorum dei, dilectis filiis Henrico, abbati monasterii sancti Pontiani, quod secus Lucanam civitatem situm est, eiusque fratribus, tam presentibus quam futuris, regularem vitam professis, in perpetuum. Religiosam vitam heligentibus apostolicum convenit adesse presidium et contra secularium virorum incursus nostrum patrocinium impertiri, ne forte cuiuslibet temeritatis incursus aut eos a proposito revocet aut robur, quod absit, sacre religionis infringat. Eapropter, dilecte in domino fili, Henrice abbas, tuis iustis postulationibus clementer annuimus, et predecessorum nostrorum, felicis recordationis Leonis VIIII [1]), Pascalis II [2]) et Eugenii III [3]), Romanorum pontificum, vestigiis inherentes, prefatum beati Pontiani monasterium, cui deo auctore presides, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus et presentis scripti privilegio communimus. Statuentes, ut quascumque possessiones, quecumque bona idem monasterium in presentiarum iuste et canonice possidet, aut in futurum concessione pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium seu aliis iustis modis, prestante domino, poterit adipisci, firma vobis vestrisque successoribus et illibata permaneant. In quibus hec propriis duximus exprimenda vocabulis: monasterium sancti Cassiani de Carisia cum omnibus pertinentiis suis, capellam sancti Pontiani sitam in plebe Pini, capellam sancti Petri de Libiano, capellam sancti Germani de Giziano, capellam sancti Romani sitam in civitate Lucana, capellam sancti Gimininiani, capellam sancti Genesii, capellam sancte Marie in terra Classum, capellam sancti Benedicti in palatio, capellam sancte Marie de Carignano, capellam sancti Andree de Buslangno, capellam sancti Blagii [a]) de Rasignano, capellam sancti Iusti de Marlia, capellam sancti Salvatoris de Vaccole, capellam sancti Cassiani de Guamo, et capellam sancti Blasii de Oldepissio. Obeunte vero te, nunc eiusdem loci abbate, vel tuorum quolibet successorum nullus ibi qualibet subreptionis astutia seu violentia preponatur, nisi quem fratres communi consensu vel fratrum pars consilii sanioris vel de suo vel de alieno, si oportuerit, collegio secundum dei timorem et beati Benedicti regulam elegerint. Electus autem a diocesano episcopo benedictionis ordinationem accipiat, siquidem gratis et catholice voluerit exhibere; alioquin ad Romanum pontificem vel ad quem maluerit catholicum episcopum consecrandus accedat. Ad hec adicimus, ut eos, qui pia devotione

a) *Wohl* Blasii. — 1) *Urk. vom 11 Juli 1050.* 2) *Urk. vom 27 April 1104.* 3) *Urk. vom 24 December 1146 (Bibl. Pubbl. Regesta Nr. 1).*

Digitized by Google

et amore celestis patrie mundo abrenuntiantes, ibidem ad monasticam vitam legaliter se conferre voluerint, sine omni contradictione cuiuslibet persone regulariter recipiendi facultatem liberam habeatis. Sepulturam quoque eiusdem monasterii liberam esse concedimus, ut eorum devotioni et extreme voluntati, qui se illic sepelliri deliberaverint, nisi forte excommunicati vel interdicti sint, nullus obsistat, salva in testamentis canonica iustitia parrochialis ecclesie. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat, idem monasterium . . . omnimodis profutura, salva sedis apostolice auctoritate et in supradictis ecclesiis diocesanorum episcoporum canonica iustitia. Si qua igitur . . . Cunctis autem . . . inveniant. Amen. Amen. Amen.

(R) Ego Adrianus catholice ecclesie episcopus ss. (M)
Ego Imarus Tusculanus episcopus ss.
Ego Hugo Ostiensis episcopus ss.
Ego Gregorius Sabinensis episcopus ss.
— Ego Guido presbiter cardinalis (tit.) sancti Grisochoni ss.
Ego Hubaldus presbiter cardinalis tit. sancte Praxedis ss.
Ego Manfredus presbiter cardinalis tit. sancte Savine ss.
Ego Aribertus presbiter cardinalis tit. sancte Anastasie ss.
Ego Guido presbiter cardinalis tit. Pastoris ss.
Ego Gerardus presbiter cardinalis tit. sancti Stefani in Celio monte ss.
Ego Iohannes presbiter cardinalis tit. sanctorum Silvestri et Martini ss.
— Ego Guido diaconus cardinalis sancte Marie in Porticu ss.
Ego Iohannes diaconus cardinalis sanctorum Sergii et Bachi ss.
Ego Ildebrandus diaconus cardinalis sancti Eustachii iuxta templum Agrippe ss.
Ego Odo diaconus cardinalis sancti Nicolay in carcere Tulliano ss.

Datum Rome apud sanctum Petrum, per manum Rolandi, sancte Romane ecclesie presbiteri cardinalis et cancellarii. XII Kl. Februarii. Indictione III. Incarnationis dominice anno MCLIIII. Pontificatus vero domni Adriani IIII pape anno primo.

Abschrift G. VIII. 243 p. 117, der Bibl. Chigiana zu Rom; Regest. Nr. 1, in der Bibl. Pubblica zu Lucca. (Ex autentico exemplari.)

Nr. 153.

Hadrian IV bestätigt dem Kanonikerkonvente von Lucca seine Gerechtsame und Besitzthümer [1]).

1155 April 16. S. Peter von Rom.

Adrianus episcopus, servus servorum dei, dilectis filiis Petro, archipresbitero Lucanę ecclesię, eiusque fratribus, tam presentibus quam futuris, canonice substituendis, IN PPM. — | Effectum iusta postulantibus indulgere, et vigor equitatis et ordo exigit rationis, presertim, quando petentium voluntatem et pietas adiuvat et veritas non relinquit. Quocirca, dilecti in domino | filii, vestris iustis postulationibus clementer annuimus et predecessorum nostrorum, felicis memorię GELASII [2]), EUGENII [3]) et ANASTASII [4]), Romanorum pontificum, vestigiis inherentes, antiquas ecclesię matricis atque rationabiles consuetudines vobis vestrisque successoribus confirmamus, ut videlicet unctiones infirmorum ac sepulturę civitatis proprie, ad eandem ecclesiam pertinentes, et officium atque participatio beneficii funerum, ad alias ecclesias pertinentium, vobis nulla clericorum calliditate aut laicorum quorumlibet ipsi ecclesię subtrahantur. Electiones autem priorum et collocationes clericorum in aliqua ecclesia infra urbem vel extra in suburbiis sine consensu episcopi et priorum, qui locopositi nominantur matricis ecclesię, non fiant nec laicorum violentia in aliqua ecclesiarum ulla priorum aut clericorum fiat electio, et nulla ecclesiarum episcopatus vestri preter eorum consensu(m) alicui subiciatur ecclesię, nec publica et maiora negotia aliqua sibi ecclesiarum, ipsis invitis, arripiat aut publicas penitentias tribuat nec sententias et interdictum matricis ecclesię temptet infringere. Nulla etiam vestri episcopatus persona sine consensu episcopi vel priorum, qui locopositi nominantur matricis ecclesię, excommunicetur et, quod ab episcopo aut a vobis ligatum fuerit, a nemine irritum duci temptetur. Sane civitatis vestrę clerici

1) *Vergl. die Urk. vom 26 November 1153 und vom 23 März 1173. Or. im Arch. Capitolare zu Lucca.* 2) *Jaffé, Reg. 4896.* 3) *Urk. vom 16 September 1150.* 4) *Urk. vom 26 November 1153.*

Digitized by Google

et, qui in suburbiis sunt, solitas obedientias, videlicet ad crisma conficiendum, baptisma celebrandum, in letaniis, in processionibus communibus, in festivitatibus et stationibus maioris ecclesię eidem impendant ecclesię, ut vobiscum adsint. Porro in quintę ferię noctę ante pascha nulla ecclesia secundum morem vestre ecclesię campanas sonet neque in sabbato sancto cereum benedicat, set ad baptismum predicti clerici ex consuetudine veniant. Nulla preterea ecclesiarum missas sollempnes celebret in festivitate beati Martini et sancti Reguli et secunda feria paschę et in processionibus quadragesimę, donec stationis solvantur conventus. Nullus etiam clericorum officium vivorum aut mortuorum, ad matricem ecclesiam pertinens, facere vel celebrare presumat. Ad hęc adicientes statuimus, ut decimę matricis ecclesię ab his, qui tribuunt, non fraudentur, et nulla eas clericalis persona subripiat aut diminuat. Nulli etiam episcopo liceat, aliquem matricis ecclesię canonicum officio seu beneficio sine canonico privare iudicio. Sane caritativa ciborum beneficia, que ab episcopis vestris, sive presentes sive absentes fuerint, vel ab aliis clericis de civitate Lucana et eius burgis in sollemnioribus festis consuevistis accipere, sicut in refectorio fratrum sancti Fridiani, quos non minus aliquibus eiusdem civitatis clericis religiosos fore credimus, actenus suscepistis, sic tam in eorundem fratrum refectorio, quam in refectorio sancti Pontiani et aliarum ecclesiarum exiberi et vobis vestrisque posteris rata precipimus et illibata servari. Preterea, quascumque possessiones, quecumque bona eadem ecclesia in presentiarum iuste et canonice possidet, aut in futurum concessione pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium seu aliis iustis modis deo propitio poterit adipisci, firma vobis vestrisque successoribus et illibata permaneant. In quibus hec propriis duximus exprimenda vocabulis: hospitale sancti Martini cum ecclesia sancti Alexandri, ecclesiam sancti Stephani de curtae sancti Martini, ecclesiam sancti Christofori, quicquid habetis in ecclesia sancti Iusti, ecclesiam sancti Thomę; extra civitatem ecclesiam de Massagrosi, ecclesiam de Gualdo, ecclesiam de Fabialla, ecclesiam de valle Prumaria, tres ecclesias de Massamacinaria, ecclesiam de Villule, ecclesiam de Ciciana, ecclesiam sancti Concordii iuxta Arsinam, ecclesiam sancti Petri de Octavo, ecclesiam de Galleno in plebe de Cerreto, ecclesiam sanctę Marię de Streda, et ecclesiam de Corliano, ecclesiam de Nechia, ecclesiam sancti Viti de Picciorano, et plebem de Sugruminio cum omnibus capellis suis; item in civitate ecclesiam sancti Anastasii, decimas reddituum, qui de Lucana curia episcopo proveniunt. Sepulturam quoque ipsius loci liberam esse concedimus, ut eorum devotioni et extremę voluntati, qui se illic sepeliri deliberaverint, nisi forte excommunicati vel interdicti sint, nullus obsistat. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat, prefatam ecclesiam . . . omnimodis profutura, salva sedis apostolicę auctoritate. Si qua igitur . . . Cunctis autem . . . inveniant. Amen. — A-m. Amen. —

(R) Ego Adrianus catholicę ecclesię episcopus ss. (M)
† Ego Ymarus Tusculanus episcopus ss.
† Ego Cencius Portuensis et sancte Rufine episcopus ss.
† Ego Gregorius Sabinensis episcopus ss. (10)
— Ego Guido presbiter cardinalis tit. sancti Grisogoni ss.
Ego Hubaldus presbiter cardinalis tit. sanctę Praxedis ss.
Ego Manfredus presbiter cardinalis tit. sanctę Savinę ss.
Ego Aribertus presbiter cardinalis tit. sanctę Anastasię ss.
Ego Iulius presbiter cardinalis tit. sancti Marcelli ss. (2)
Ego Octavianus presbiter cardinalis tit. sanctę Cecilię ss.
† Ego Astaldus presbiter cardinalis tit. sanctę Priscę ss. (3)
† Ego Iohannes presbiter cardinalis tit. sanctorum Silvestri et Martini ss.
— † Ego Oddo diaconus cardinalis sancti Georgii ad Velum aureum ss.
† Ego Rodulfus diaconus cardinalis sanctę Lucię in Septa solis ss.
† Ego Guido diaconus cardinalis sanctę Marię in Porticu ss.
† Ego Iohannes diaconus cardinalis sanctorum Sergii et Bachi ss.
† Ego Gerardus diaconus cardinalis sanctę Marię in Via lata ss.
† Ego Odo diaconus cardinalis sancti Nicholai in carcere Tulliano ss. (7)

Datum Rome apud sanctum Petrum, per manum Rolandi, sanctę Romanę ecclesię presbiteri cardinalis et cancellarii. XVI Kal. Maii. Indictione III. Incarnationis dominicę anno MCLV. Pontificatus vero domni Adriani quarti PP. anno primo. —

Or. (BB. Nr. 6) und Abschrift des Bullarium p. 136, im Archivio Capitolare zu Lucca; Abschrift G. VIII. 243 p. 120, der Bibl. Chigiana zu Rom.

Digitized by Google

Or. Perg. ital., br. 0,61, lang 0,78, unten 0,035 umgeschlagen, durch zwei Löcher geht die rothbraune Seidenschnur, woran das Bleisiegel hängt. Faltung der Bullen. Ringkreuz und Unterschrift dunkele Dinte für sich, Umschrift hellere Dinte, vielleicht die des Hauptkörpers. Die Datirung rührt vom Hauptkörperschreiber her, das R *Rolands mit dunklerer Dinte eingetragen. Die Zeugenfirmen zeigen fast alle die nämliche graue Dinte.*

Nr. 154.

Hadrian IV bestätigt dem Konvente von San Giovanni in Laterano zu Rom die Besitzthümer seiner Kirche [1]*).*

1155 April 19. Lateran.

Adrianus episcopus, servus servorum dei, dilectis filiis Iohanni, priori Lateranensis ecclesie, eiusque fratribus, tam presentibus quam futuris, regularem vitam professis, in perpetuum. Quanto Lateranensis ecclesia ex antiqua institutione amplioris dignitatis esse dinoscitur, tanto magis eam in maiori reverentia decet haberi et ad ipsius incrementum, tam spiritualiter quam temporaliter, a nobis et aliis dei fidelibus studium et operam dari. Nec dubium, quod, si religiosorum petitionibus paterna benignitate annuimus, nostris oportunitatibus salvatorem omnium dominum nostrum Iesum Christum clementem procul dubio reperimus. Eapropter, dilecti in domino filii, vestris iustis petitionibus benignum accomodantes assensum, ad exemplar predecessoris nostri, Anastasii IV pape, ecclesiam sancti Gregorii in Marcio [2]) cum palatio, in quo ipsa ecclesia sita est, cum domibus, casalinis, ortis, canapinis, criptis, parietinis et cum omnibus pertinentiis suis vobis vestrisque successoribus auctoritate apostolica confirmamus, nec non et molendinum in Capite laci cum terra vestra, quam vobis restituit, ecclesiam sancti Iohannis ad Fontes et oblationem ipsius altaris vel ecclesiae in integrum, nec non ecclesiam sancti Iohannis evangeliste, ecclesiam sancte Crucis, ecclesiam sancti Venantii, ecclesiam sanctarum Rufine et Secunde cum omnibus ad se pertinentibus. Preterea concedimus et confirmamus vobis totam et integram parochiam, ad eandem basilicam Salvatoris pertinentem, ad instar predecessorum nostrorum, felicis memorie Paschalis [3]) secundi et Calixti [4]), Romanorum pontificum, sicut suis privilegiis designaverunt. Ex dono felicis memorie, predecessoris nostri pape Lucii [5]), ecclesiam sancti Iohannis ante portam Latinam cum capellis et omnibus ad se pertinentibus, et hospitale infra portam sancti Iohannis cum omnibus pertinentiis suis, ecclesiam sancti Bartholomei cum pertinentiis suis, ecclesiam sancti Danielis, ecclesiam sancte Marie collis Scipii cum pertinentiis suis, suburbium, quod est circa Constantinianam basilicam in Stabello iuxta sacrum palatium cum domibus, quas ibi habetis, domos, quas habetis in Forma, domos quas habetis in Pistrino, domos, quas habetis in Cancello, domos, quas habetis in Via maiori, castrum vallis Montonis cum ecclesiis et omnibus ad ipsum castrum pertinentibus, castrum Metellanici cum ecclesiis et omnibus ad ipsum pertinentibus, etiam confirmamus vobis ea, que habetis a Guarino in Portu tam in mobilibus quam in immobilibus. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat, prefatam ecclesiam . . . usibus omnimodis profutura. Si qua igitur . . . Cunctis autem . . . inveniant. Amen. Amen. Amen.

(R) Ego Adrianus catholice ecclesie episcopus ss. (M)
† Ego Imarus Tusculanus episcopus ss.
† Ego Guarinus Praenestinensis ecclesie episcopus ss.
† Ego Hugo Ostiensis episcopus ss.
† Ego Gregorius presbiter cardinalis tit. Calixti ss.
† Ego Guido presbiter cardinalis tit. sancti Grisogoni ss.
† Ego Hubaldus presbiter cardinalis tit. sancte Praxedis ss.
† Ego Aribertus presbiter cardinalis tit. sancte Anastasie ss.
† Ego Iulius presbiter cardinalis tit. sancti Marcelli ss.
† Ego Guido presbiter cardinalis tit. Pastoris ss.
† Ego Bernardus presbiter cardinalis tit. sancti Clementis ss.
† Ego Octavianus presbiter cardinalis tit. sancte Cecilie ss.
† Ego Oddo diaconus cardinalis sancti Georgii ad Velum aureum ss.
† Ego Rodulphus diaconus cardinalis sancte Lucie in Septa solis ss.

1) *Vergl. die Urk. vom 10 August 1179.* 2) *Urk. vom 19 Mai 1154.* 3) *Urk. vom 27 December 1105.* 4) *Urk. vom 25 Mai 1122.* 5) *Urk. vom 31 Januar 1145.*

Digitized by Google

† Ego Guido diaconus cardinalis sancte Marie in Porticu ss.
† Ego Iohannes diaconus cardinalis sanctorum Sergii et Bachi ss.
† Ego Odo diaconus cardinalis sancti Nicolai in carcere Tulliano ss.

Dat. Laterani, per manum Rolandi, sancte Romane ecclesie presbiteri cardinalis et cancellarii. XIII Kl. Madii. Indictione III. Incarnationis dominice anno MCLV. Pontificatus vero domni Adriani pp. IV anno primo.

Abschrift vom 17 Jahrh. des Bullar. Basil. Lateranensis p. 22b, vom 14 Jahrh., des Copiarium 75 p. 23b (ohne Datum), im Archivio Capitolare di San Giovanni in Laterano zu Rom.
In der Abschrift vom 18 Jahrh. steht vermerkt: Collata cum orig.

Nr. 155.

Hadrian IV entscheidet zu Gunsten der Kanoniker von Rimini gegen die Mönche von San Gaudenzo (D. Rimini) über das Begräbnis Petrus Pierleonis [1]).

1155 Mai 6. S. Peter von Rom.

ADRIANUS episcopus, servus servorum dei, dilectis filiis, canonicis Ariminensis ęcclesię, salutem et apostolicam benedictionem. Pro controversia, quę inter vos et dilectos filios nostros B. abbatem et monachos sancti Gaudentii agitabatur super ultima voluntate Petri Leonis, utraque pars nostro se conspectui presentavit et rationes et allegationes suas in presentia nostra et fratrum nostrorum per disertos advocatos sufficienter exposuit, super quibus cum fratribus nostris diu contulimus. Visis igitur in predicta controversia meritis utriusque partis et plenarie cognitis, precipue cum meritum causa ex parte monachorum pondere careret, voluntatem ultimam predicti Leonis ratam permanere et corpus eius vobis reddendum, consilio fratrum nostrorum communicato, decernimus. Precipientes etiam, ut predictus abbas et monachi non audeant, de cetero mittere falcem in alienam messem, nec presumant alios, nisi qui se illic devotionis intuitu in ultima voluntate sepeliri deliberaverint, ad sepulturam recipere, salva tamen in his iustitia matricis ecclesie. — Dat. Rome apud sanctum Petrum, II Non. Maii.

Or. im Archivio Capitolare zu Rimini.
Perg. ital., br. 0,22, lang 0,23, unten c. 0,03 umgeschlagen, durch zwei Löcher geht die gelbe Seidenschnur, woran das Bleisiegel, Faltung der Breven.

Nr. 156.

Hadrian IV bestätigt dem Abte Bertram von San Marino (D. Pavia) die Besitzthümer seines Klosters, welches er in apostolischen Schutz nimmt, wofür jährlich ein Byzanzier an die Kurie zu entrichten ist.

1155 Juli 4. Territorium von Tivoli, Ponte Lucano.

Adrianus episcopus, servus servorum dei, dilecto filio Bertraimo, sancti Marini abbati, eiusque successoribus regulariter substituendis, IN PPM. — | Religiosam vitam eligentibus apostolicum convenit adesse presidium, ne forte cuiuslibet temeritatis incursus aut eos a proposito revocet aut robur, quod absit, sacre religionis infringat. Eapropter, | dilecte in domino fili Ber(traime), tuis iustis postulationibus gratum impertientes assensum, prefatum monasterium, quod [a]) ad ius et proprietatem beati Petri spectare dinoscitur, sub eiusdem beati Petri et nostra protectione suscipimus et presentis scripti privilegio communi[mus]. Statuentes, ut quascumque possessiones, quecumque bona idem monasterium in presentiarum iuste et canonice possidet, aut in futurum concessione pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium seu aliis iustis modis deo propitio poterit adipisci, firma tibi tuisque successoribus et illibata permaneant. In quibus hęc propriis duximus exprimenda vocabulis: terram de Sala, terram de Vovera, terram Octabiani, et cellam unam, terram de Vestarino, terram de Souriasco, terram de Valle, terram de Pecoriria [b]), terram de Caselle, terram de Liuri, et tertiam partem de Lemenne per montana et planum, quicquid in duabus ripis Ticini eadem ęcclesia

a) o *auf Rasur* b) ir *auf Rasur.* 1) *Abschrift und Bemerkungen verdanke ich Herrn Can. Gaetano Nicolini zu Rimini.*

Digitized by Google

iuste et canonice possidet, terram de Menasio, et terram de Fara. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat, supradictum monasterium, . . . usibus omnimodis profutura, salva sedis apostolice auctoritate a). Ad indicium autem huius, a sede apostolica b) percepte libertatis, unum bizantium tam tu, quam successores tui, nobis nostrisque successoribus annis singulis persolvetis. Si qua igitur . . . Cunctis autem . . . inveniant. Amen. A-m. Amen. —

(R) Ego Adrianus catholicę ecclesię episcopus ss. (M)
† Ego Cencius Portuensis et sancte Rufinę episcopus ss.
† Ego Gregorius Sabinensis episcopus ss. (7)
— † Ego Guido presbiter cardinalis tit. sancti Grisogoni ss.
† Ego Manfredus presbiter cardinalis tit. sanctę Savinę ss.
† Ego Iulius presbiter cardinalis tit. sancti Marcelli ss.
† Ego Bernardus presbiter cardinalis tit. sancti Clementis ss. (2)
† Ego Girardus presbiter cardinalis tit. sancti Stephani in Celio monte ss. (2)
— † Ego Guido diaconus cardinalis sancte Marie in Porticu ss.
† Ego Iohannes diaconus cardinalis sanctorum Sergii et Bachi ss.
† Ego Gerardus diaconus cardinalis sanctę Marię in Via lata ss.
† Ego Odo diaconus cardinalis sancti Nicholai in carcere T[ulliano] ss.

Dat. in territorio Tiburtino apud pontem Lucanum, per manum Rolandi, sancte Romane aecclesie presbiteri cardinalis c) et c) cancellarii c). IIII Non. Iulii. Indictione tertia. Incarnationis dominice anno MCLV. Pontificatus vero domni Adriani pp. IIII anno primo. —

Or. im Archivio di Stato zu Mailand.

Perg. ital., br. 0,535, lang 0,55, unten 0,04 umgeschlagen, durch zwei Löcher geht die gelbe, weisse und stahlblaue Seidenschnur, deren Blei verloren. Faltung der Bullen. Ringkreuz und Unterschrift von gleicher Hand und Dinte, Umschrift fehlt, der Innenkreis ist ohne Zirkel ziemlich ungleichmässig und theilweise auf Rasur ausgeführt. Datirung von anderer Hand und Dinte als der Hauptkörper, das R *Rolands könnte darin nachgetragen sein. Die Zeugenfirmen grösstentheils von der nämlichen Hand und wohl auch gleicher Dinte ausgeführt.*

Nr. 157.

Hadrian IV berichtet dem Bischofe von Angoulême, er werde in seinem Streite mit dem Kloster Roncenay wegen Font Cobrone keine Entscheidung bis zu den Octaven S. Martins treffen, er solle sich bis dahin selbst oder durch einen Bevollmächtigten gestellen [1]).

1155 August 12. Viterbo.

Adrianus episcopus, servus servorum dei, venerabili fratri, Engolismensi episcopo [2]), salutem et apostolicam benedictionem. Sicut ex relatione latoris presentium manifeste cognovimus, priorem et monacos de Ruciniaco pro controversia, que super quadam ecclesia, que dicitur fons Cobrona, et super gravaminibus, que tibi irracionabiliter inferantur, inter te et eos noscitur agitari, in proximis octavis sancti Martini ad sedem apostolicam appellasti. Nos autem, quia iura tua in nullo tibi minui volumus vel auferri, presentium auctoritate statuimus, ut res in eo statu, in quo antequam appellatum esset, permansisse dinoscitur, perseveret. Interim vero, si predictos adversarios tuos aut eorum nuncios ad nos venire contigerit, nullum a nobis responsum ante predictum terminum reportabunt. Tua ergo intererit, in constituto tempore super eadem causa per te vel per responsalem tuum, recepturum et exhibiturum iusticiam, nostro te conspectui presentare. — Dat. Viterbi, II Idus Augusti.

Abschrift vom 12 Jahrh. des Cod. Ottob. 687 p. 12, in der Bibl. Vaticana zu Rom.

---

a) *Zwischen* auctoritate *und* Ad *Rasur von 0,155, worin gestanden hat* et diocesani episcopi canonica iustitia. Si qua. *Wenigstens* Si qua *muss gleich wegradirt sein, weil das* A *von* Ad *auf dieser Rasur steht* b) *Dahinter Rasur eines* m c) *auf Rasur.* — .1) *Vergl. die Urk. vom 11 September 1155.* 2) *Hugo de la Rochefoucauld, Bischof von Angoulême, c. 1148 — c. 1159.*

Digitized by Google

Nr. 158.

Hadrian IV berichtet dem Bischofe von Angoulême, dass der Bischof von Limoges und der Abt von Solignac (D. Limoges) sich in dem Streite zwischen dem Prior von Roncenay und Ar(nold) de Grado wegen der Kirche von Font Cobrone als Schiedsrichter zu Gunsten des ersteren geurtheilt haben; er beauftragt ihn, den Prior mit der Kirche zu belehnen [1].

1155 September 11. Viterbo.

Adrianus episcopus, servus servorum dei, venerabili fratri, Engolismensi episcopo [2], salutem et apostolicam benedictionem. Controversiam, que inter dilectum filium nostrum, priorem de Ronciniaco, et Ar(noldo?) de Gradu super ęcclesia de fonte Cobrone retroactis temporibus vertebatur, venerabili fratri nostro Lemovicensi episcopo [3] et abbati Sollemniacensi [4] commisimus audiendam et, appellatione remota, fine debito terminandam. Utraque vero parte in eorum presentia constituta, cum in ipsius examinatione negocii prior testes vellet idoneos et sufficientes producere, memoratus Ar(noldus?) ad nostram audientiam appellavit, sed iam dicti iudices, utriusque partis racionibus auditis et cognitis, testibus quoque, sicut ex litteris eorundem iudicum manifeste comperimus, diligenter examinatis et cum iuramento susceptis, predicto priori ęcclesię investituram adiudicarunt. Ceterum, quia idem prior nondum est de ipsa ecclesia investitus, fraternitati tue per apostolica scripta mandamus, quatinus infra XX dies post susceptionem presentium litterarum ipsum priorem de prefata ecclesia, postposita omni occasione, investias. Si vero presbiter, qui in eadem est ęcclesia constitutus, duxerit contumaciter reluctandus, eum ab officio sacerdotali suspendas et in ipsa ecclesia divina officia interdicas. — Dat. Viterbi, III Idus Septembris.

Abschrift vom 12 Jahrh. des Cod. Ottob. 687 p. 12, in der Bibl. Vaticana zu Rom.

Das Jahr dieser Urkunde ist nicht sicher, sie könnte nach dem mir bis jetzt vorliegenden Materiale auch 1158 gehören.

Nr. 159.

Hadrian IV bestätigt dem Bischofe Lothar von Anagni die Besitzthümer seiner Kirche, welche er in apostolischen Schutz nimmt [5].

1155 September 30. Ferentino.

Adrianus episcopus, servus servorum dei, venerabili fratri Lotario, Anagnino episcopo, eiusque successoribus canonice promovendis, IN PPM. — | In eminenti apostolicę sedis specula, disponente domino, constituti, fratres nostros episcopos, tam vicinos quam longe positos, diligere et ecclesiis, quibus domino milita|re noscuntur, suam debemus iustitiam conservare. Eapropter, venerabilis in Christo frater episcope, tuis iustis postulationibus clementer annuimus, et beatę dei genitricis semperque virginis Marię Anagninam ecclesiam, cui deo auctore preesse dinosceris, ad exemplar predecessorum nostrorum, felicis memorie URBANI [6], PASCHALIS et CALIXTI [7] secundi, Ro[ma]norum pontificum, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus et presentis scripti privilegio communimus. Statuentes, ut quascumque possessiones, quecumque bona eadem ecclesia in presentiarum iuste et canonice possidet aut in futurum rationabilibus modis deo propitio poterit adipisci, firma tibi tuisque successoribus et illibata permaneant. In quibus hęc propriis duximus exprimenda vocabulis: ipsam videlicet Anagninę [a] civitatem, oppidum Anticulum, Porcianum, Acutum, Pilleum, Pullianum, Vicummorricinum, Carpinetam, Recinetam, Prunium, Montemlongum, Gorgam, Villam magnam, Sculculam, Vitalinum, Murolum et Montem de gravi. Trevensem quoque ecclesiam tibi tuorumque successorum iuri, sicut a nostris antecessoribus statutum est, perpetua firmatione contradimus cum omnibus, que ad eam pertinere iuste videntur, municipiis, id est Vallepetrarum, Filittino, Genne, Colle altulo, monte Antolino, monte Porcario. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat, prefatam ecclesiam . . .

---

a) *Richtiger:* Anagninam. — 1) *Vergl. die Urk. vom 12 August 1155.* 2) *Hugo de la Rochefoucauld, Bischof von Angoulême, c. 1148 — c. 1159.* 3) *Gerald de Cher, Bischof von Limoges, c. 1142—1177.* 4) *Gerald IV, Abt von Solignac, bis 1157.* 5) *Vergl. die Urk. vom 24 September 1161.* 6) *Urk. vom 23 August 1088.* 7) *Dass übrigens in der langen Zwischenzeit von Calixt II bis auf Hadrian IV päpstliche Privilegien erfolgt sind, ergiebt sich z. B. aus F. Sforza, Istoria d'Anagni p. 107: Celestino II, benche poco vivesse nel pontificato, mostrò non dimeno la sua propensione verso questa chiesa e personalmente visitandola(!), le concesse alcun' esenzioni (ex Bulla).*

Digitized by Google

usibus omnimodis profutura, salva sedis apostolice auctoritate. Si qua igitur . . Cunctis autem . . . inveniant. Amen. A-m. Amen.

(R) Ego Adrianus catholicę ęcclesię episcopus ss. (M)
† Ego Ymarus Tusculanensis episcopus ss.
† Ego Centius Portuensis et sancte Rufine episcopus ss. (4)
— † Ego Guido presbiter cardinalis tit. sancti Grisogoni(s) ss.
† Ego GUIdo presbiter cardinalis tit. Pastoris ss.
† Ego Hubaldus presbiter cardinalis tit. sancte Crucis in Ierusalem ss.
† Ego Bernardus presbiter cardinalis tit. sancti Clementis ss. (1)
† Ego Girardus presbiter cardinalis tit. sancti Stefani [a]) in Celio monte ss.
— † Ego Otto diaconus cardinalis sancti Georgii ad Velum aureum ss.
† Ego Iohannes diaconus cardinalis sanctorum Sergii et Bachi ss.
† Ego Odo diaconus cardinalis sancti Nicholai in carcere Tulliano ss. (3)

Dat. Ferentini, per manum Rolandi, sanctę Romane ecclesie presbiteri cardinalis et cancellarii. II Kl. Octobr. Indictione IIII. Incarnationis dominice anno MCLV. Pontificatus vero domni Adriani pape IIII anno primo. —

Or. und Abschrift des Bullarium saec. XIV p. 48, im Archivio Capitolare zu Anagni, des Cod. Vat. Nr. 6196 p. 8b, in der Bibl. Vaticana zu Rom.

Or., Perg. ital., br. 0,58, lang 0,54, unten 0,035 umgeschlagen, Faltung der Bullen. Durch zwei Löcher geht die dünnfädige lila, rosa und grünlichgelbe Seidenschnur, deren Blei verloren. Ringkreuz und päpstliche Unterschrift könnten von gleicher Hand und Dinte herrühren, Umschrift hellere Dinte. Guidos (S. Grisogoni) Name könnte später eingefügt sein, er steht links von der Rota. Von Odo (S. Nicolai) ist + Ego *wohl mit dunklerer Dinte gemacht. Das* R *Rolands ist in die Datirung nachgetragen.*

Nr. 160.

Hadrian IV beauftragt die Bischöfe Rainer I von Siena und Gregor von Lucca durch wiederholtes Schreiben, den Streit zwischen dem Domkapitel von Pisa und dem Kloster San Russore (D. Pisa) wegen eines Theils von Tomuli endgültig beizulegen [1]).

1155 December 20. Benevent.

Adrianus episcopus, servus servorum dei, venerabilibus fratribus, R(anerio) [b]) [2]) Senensi et G(regorio) Lucano [3]) episcopis, salutem | et apostolicam benedictionem. Controversiam illam, que in[ter] dilectos filios nostros, canonicos Pisane ecclesie, | et abbatem atque monachos sancti Ruxorii super illa parte Tumuli, quam (i)idem monachi, sicut canonici asserunt, iniuste detine[nt] occupatam, agitur, ideo prudentie vestre discutiendam terminandamque commisimus, ut lis inter eos diutius ventilata, mediante iustitia, sopiretur. Vos autem, cum de causa ipsa plenarie, sicut ab utraque parte nobis dicitur, cognoveritis, eandem causam nullatenus terminastis, sed adhuc utraque pars pro eadem controversia cogitur laborare. Ut ergo inter supradictos filios nostros, canonicos et monachos, nulla de cetero materia controversandi remaneat, iterato vobis per apostolica scripta precipiendo mandamus, quatinus inter eos, si potest, pacifice componatis. Quod si componere inter eos nequaquam poteritis et de causa nondum f[or]sitan plenarie cogno[vi]stis, diligentius cognoscatis atque, omni obstaculo dilationis remoto, infra quadraginta dierum spatium post susceptionem presentium litterarum controversiam ipsam studeatis ordine [iudici]ario terminare. — Dat. Beneventi, XIII Kl. Ian.

Or. Nr. 510, im Archivio Capitolare zu Pisa.

Perg. ital., br. 0,172, lang 0,162, unten 0,02 umgeschlagen, durch zwei Löcher ging die Schnur, welche mit dem Bleisiegel verloren, Faltung der Breven. Die Urkunde hat durch Feuchtigkeit stark gelitten.

Nr. 161.

Hadrian IV bestätigt dem Abte von San Bartolomeo di Pavia die Besitzthümer seines Klosters, welches er in apostolischen Schutz nimmt.

1156 März 10. Benevent.

Adrianus episcopus, servus servorum dei, dilecto filio Siro, abbati monasterii sancti Bartolomei, quod in Papiensi civitate situm est, eiusque successoribus regulariter

---

a) Stefani *auf Rasur* b) *vielleicht mit anderer Dinte eingetragen.* 1) *Vergl. die Urk. vom 29 Januar 1151.* 2) *Ranerius I, Bischof von Siena, 1128—1166.* 3) *Gregor, Bischof von Lucca, 1116—1163.*

Digitized by Google

intrantibus, in perpetuum. Quotiens illud a nobis petitur, quod religioni et honestati dinoscitur convenire, animo nos decet libenti concedere et petentium desideriis congruum suffragium impertiri. Eapropter, dilecte in domino fili, vestris iustis postulationibus benigno concurrentes assensu, monasterium beati Bartolomei, in quo divino mancipati estis obsequio, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus et presentis scripti privilegio communimus. Statuentes, ut quascumque possessiones, quecumque bona eadem ecclesia in presentiarum iuste et canonice possidet aut in futurum concessione pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium seu aliis iustis modis, prestante deo, poterit adipisci, firma vobis vestrisque successoribus et illibata permaneant. In quibus hec propriis duximus [a]) vocabulis exprimenda: in Placentina civitate ecclesiam sancte Agate, curte(m) campi Rolandi cum ecclesia sancti Laurentii, curtem Parpanensis cum ecclesiis sancti Viti et sancti Fidelis, curtem Salutiole cum ecclesiis sancti Bartholomei et sancti Secundi et sancti Petri in valle Crispasi, ecclesia(m) sancti Georgii et curtem Valgombarit, curtem Molinelli cum ecclesia sancte Crucis, in Nissiaco ecclesiam sancte Marie, in Tabularia ecclesiam sancte Marie, et omnes alias possessiones, que sunt disperse, circumquaque hodie possidetis. Sane de laboribus novalium vestrorum, quos propriis manibus aut sumptibus colitis, sive de nutrimentis vestrorum animalium nullus a vobis decimas presumat exigere. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat, eandem ecclesiam . . . usibus omnimodis profutura, salva quidem apostolice sedis auctoritate et diocesanorum episcoporum in supradictis capellis canonica iustitia. Si qua vero . . . Cunctis autem . . . inveniant. Amen.

Dat. Beneventi, per manum Rolandi, sancte Romane ecclesie presbiteri cardinalis et cancellarii. VI Idus Martii. Indictione IIII. Incarnationis dominice anno MCLV. Pontificatus vero domni Adriani pape IIII anno secundo.

Kopialurkunde des 15 Jahrh., im Archivio di Stato zu Mailand.

Nr. 162.

Hadrian IV nimmt die Kollegiatkirchen von Santa Maria di Galdo Mazocca und Santa Maria di Fojano di Val Fortore (D. Benevent) in apostolischen Schutz und bestätigt ihre Besitzthümer und Rechte [1]).

1156 April 14. Benevent.

Adrianus episcopus, servus servorum dei, dilectis filiis Iohanni, priori ecclesie sancte Marie de Gualdo [2]) Mazocca, eiusque fratribus, tam presentibus quam futuris, regularem vitam professis, IN PPM. — | Desiderium, quod ad religionis propositum et animarum salutem pertinere monstratur, auctore deo sine aliqua est dilatione complendum. Eapropter, dilecti | in domino filii, vestris iustis postulationibus clementer annuimus, et prefatam ecclesiam et aliam ecclesiam beate Marie de territorio Foiani [3]), in quibus divino mancipati estis obsequio, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus et presentis scripti privilegio communimus. In primis siquidem statuentes, ut in ecclesia de Gualdo Mazocca ordo monasticus secundum deum [b]) et beati Benedicti regulam, in alia vero ecclesia de territorio Foiani ordo canonicus secundum dei timorem et beati Augustini regulam perpetuis temporibus inviolabiliter observetur. Preterea, quascumque possessiones, quecumque bona in presentiarum iuste et canonice possidetis aut in futurum concessione pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium, seu aliis rationabilibus modis, prestante domino, poteritis adipisci, firma vobis vestrisque successoribus et illibata permaneant. Ita tamen, ut in civitatibus, castellis seu villis terras aut vineas non liceat vobis accipere, ut remoti ab hominum strepitu contemplationi divine liberius vacare valeatis et altissimo quietius deservire. Obeuntibus vero eorumdem locorum prioribus aut eorum quolibet successore, nullus ibi qualibet surreptionis astutia seu violentia preponatur, nisi quem fratres communi consensu [c]) seu pars consilii sanioris sibi regulariter previderint eligendum ita, ut consilio fratrum utriusque ecclesie prior [d]), tam in una, quam in altera ecclesia eligatur. Crisma vero, oleum sanctum, consecrationes altarium seu basilicarum, ordinationes monachorum vel clericorum

a) dicemus b) um *auf Rasur* c) ens *auf Rasur* d) *hinter* r *Rasur.* .1) *Vergl. die Urk. vom 26 März 1183.* 2) *Galdo, Circondario della prov. di Benevento, nel Napolitano.* 3) *Fajano di Val Fortore, Comm. nel Napolitano, prov. di Benevento, circond. di San Bartolomeo in Galdo.*

Digitized by Google

vestrorum, qui ad sacros ordines fuerint promovendi, et cetera ecclesiastica sacramenta, a diocesano suscipietis episcopo, si quidem catholicus fuerit et gratiam atque communionem apostolice sedis habuerit et ea gratis et absque aliqua pravitate vobis voluerit exhibere, alioquin liceat vobis, catholicum, quemcumque malueritis, adire antistitem, qui nimirum, nostra fultus auctoritate, quod postulatur, indulgeat. Sane novalium vestrorum, que propriis manibus aut sumptibus colitis, seu de nutrimentis vestrorum animalium nullus a vobis decimas presumat exigere. Preterea liceat vobis, clericos, e seculo fugientes, vel laicos, liberos et absolutos, absque alicuius contradictione ad conversionem suscipere. Libertatem etiam vobis concedimus, ut nichil aliud, quam duas libras cere annis singulis Beneventano archiepiscopo solvere compellamini. Adicientes, ut de labore manuum vestrarum victum querere debeatis. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat, prefatas ecclesias . . . usibus profutura, salva nimirum sedis apostolice auctoritate. Si qua igitur . . . subiaceat. Cunctis autem . . . inveniant. Amen. A-m. Amen. —

(R) Ego Adrianus catholicę ecclesie episcopus ss. (M)
† Ego Guido presbiter cardinalis tit. sancti Grisogoni ss.
† Ego Hubaldus presbiter cardinalis tit. sancte Praxedis ss.
† Ego Iulius presbiter cardinalis tit. sancti Marcelli ss. (3)
† Ego Iohannes sanctorum Iohannis et P(auli) presbiter cardinalis tit. Pamachii ss.
— † Ego Odo diaconus cardinalis sancti Georgii ad Velum aureum ss.
† Ego Guido diaconus cardinalis sancte Marie in Porticu ss.
† Ego Iohannes diaconus cardinalis sanctorum Sergii et Bachi ss. (4)

Dat. Beneventi, per manum Rolandi, sanctę Romane ecclesię presbiteri cardinalis et cancellarii. XVIII Kl. Madii. Indictione IIII. Incarnationis dominice anno MCLVI. Pontificatus vero domni ADRIANI PP. IIII anno secundo.

Or. (Pergam. di Curia eccl. I), im Archivio di Stato zu Neapel.

Perg. ital., br. 0,625, lang 0,62, unten 0,025 umgeschlagen, durch 2 Löcher ging die Schnur, welche mit dem Blei verloren. Faltung der Bullen. Schrift des Hauptkörpers verblichen. Ringkreuz und Unterschrift von gleicher Dinte, Umschrift fehlt. Datirung vom Hauptkörperschreiber, R *Rolands darin nachgetragen. Die Zeugenfirmen rühren grösstentheils von der nämlichen Hand und Dinte her.*

Nr. 163.

Hadrian IV bestätigt dem Bischofe Oberto von Cremona die Besitzthümer und Rechte seiner Kirche [1]*).*

1156 Mai 11. Benevent.

Adrianus episcopus, servus servorum dei, venerabili fratri Oberto, Cremonensi episcopo [2]), atque successoribus canonice substituendis, IN PPM. — Apostolice sedis auctoritas et fraternę caritatis unio nos hortatur et ammonet, fratres nostros episcopos debita caritate diligere et eorum iustis postulationibus benignum prebere assensum. Eapropter, venerabilis in Christo frater, Oberte episcope, tuis iustis postulationibus gratum impertientes assensum, ad perpetuam sancte Cremonensis ecclesię firmitatem possessiones et bona omnia, que in presentiarum eadem ęcclesia iuste et canonice possidet seu in futurum, largiente domino, rationabiliter acquisierit, ad instar predecessoris nostri, felicis memorie pape Lucie [3]), apostolica auctoritate firmamus. Inter que omnia hec propriis visa sunt nominibus exprimenda: quicquid scilicet curature [a]) telonei atque ripatici et portatici de Cremonensi civitate ad publicam fructionem pertinuit, tam de ipsius civitatis comitatu, quam de parte curtis Sexpilas, nec non ripas et piscarias a Vulpariolo usque in caput Adue cum molendinis et cum uniuscuiusque navis solito censu, sicut continetur in precepto et in noticiis tuis, seu cum persolutione omnium navium, causa mercandi Cremonam adeuntium, tam Veneticorum quam ceterorum navium, et cum curatura omnium negotiorum, que fiunt in predicta ripa, districtionem civitatis infra et extra per V miliariorum spatia, altare sancti Ymerii, canonicam et de terris, quas canonici soliti sunt suscipere de manu episcopi per benefitium, equos, tractus,

a) *Lucius II:* curatura. — 1) *Vergl. Jaffé, Reg. 6934 mit Mai 10; Repertorio diplom. Cremon. p. 41 Nr. 336.* 2) *Vergl. über ihn Sanclementius, Series episcoporum Cremonensium p. 80 sq.* 3) *Jaffé, Reg. 6035. Aeltere Güterbestätigungen in Sanclementius, Series episcoporum Cremonensium p. 242 u. A.*

Digitized by Google

operas(!), districtus, legationes, hostes, itinera, todrum et cetera, que in prefato precepto continentur, et de abbate et monasterio sancti Laurentii, sicut iuste continetur in privilegiis tuis et in preceptis imperatorum, ecclesias insuper sancti Salvatoris et sancti Martini de Morengo, sancti Andree de Brugnano, sancte Marię de Rumano, et ęcclesias de Farinate, de Vailate et sancti Stephani de Aufoningo, de Fontanella, de castro Sancini, de sancto Bassiano, de sancto Petro in Curte, de sancto Iohanne in Castro veteri, de sancto Michaelę in Burgo, de sancto Syro, de Questro, de Alfiano, de Lacu obscuro, de Scandolaria, de Calvatone, de castro Rivariolo, de Via cava, de sancta Maria, de Commessaio, de Dusno, de Corrigia viridi, de Pangoneta, de Ciconiaria, de ecclesia sancte Margarite, de Citanova, salvo statuto censu monasterii sancti Petri, in ęcclesia sancti Pauli de Citanova ius episcopale, sicut per fratrum nostrorum iuditium ex mandato predecessoris nostri bone memorie Celestini pape statutum est; omnes etiam plebes cum capellis et baptismales ęcclesias cum earum pertinentiis, quas in presenti quiete et canonice possides; de omnibus ęcclesiis, que sunt in tuo episcopatu, obedientiam, synodalia et cetera, secundum debitam consuetudinem ęcclesiarum Cremonensis episcopii; curtem etiam, que Barrianum dicitur, et Maleum, Crottam, Montodanum, Rivaltellam, Monterionem, Iovisaltam, Fornovum, Sencinum, Platenam atque Mocianicam cum castris et villis eorumque pertinentiis, castrum de Rivizingo cum omni sua integritate, et partem in curtibus Gabiano, Vidolasco, Terciolasco, Publica intus et extra, seu etiam in Azanello, Fontanello, et quecumque prudentie tue studio prenominate ecclesię iuste acquisita vel acquirenda sunt, presenti apostolice sanctionis nostre pagina corroboramus. Investituras quoque feodorum in tuo episcopatu, a presbiteris, archipresbiteris seu abbatibus tuis factas de bonis ęcclesiarum absque tuo tuorumque predecessorum consilio vel consensu, irritas esse sancimus et, ne deinceps huiusmodi investiture fiant, omnimodo prohibemus. Concordiam vero illam, quam inter te et maioris ecclesię Cremonenses canonicos predecessor noster papa Calixtus bone memorie fecit [1]) et tam ipse, quam sancte memorie pape Lutius scripto firmavit, ratam manere censemus, ut videlicet nullus in maiori ęcclesia constituatur canonicus preter assensum et voluntatem episcopi, qui, sicut ecclesię caput est, ita voluntas eius et ratio debet precedere. Canonici episcopo obedientiam in manu eius promittant et teneant. Ad mensam [a]) canonicorum, quando cum canonicis com(m)ederit, cum uno clerico et uno serviente vel cum duobus clericis veniat et tanquam episcopus honoretur. De altario sancti Ymerii omnem oblationem recipiat preter edenda, que ad pedem altaris offeruntur, et ea ad usum canonicorum reserventur, et preter medietatem cere et incensi, que ibi offeruntur, que ad ecclesię servitium reserventur. Archidiaconum, cantorem et alias personas episcopus consensu canonicorum constituat. Ęcclesiam sancti Michaelis et predia et possessiones, quas episcopus per idoneos testes proprie ad episcopium pertinere probaverit, quiete pacificeque obtineat. Et quia canonici domum, in qua olim habitaverant, ad ampliendam ęcclesiam concesserunt, domum, in qua modo habitant, licet iuris episcopi fuerit, pro concordia tamen et caritate deinceps ad communis vite usum et cohabitationem retineant et hospites, quando voluerint, in ea recipiant, salva nimirum in omnibus auctoritate sancte Romane ecclesię. Si qua [b]) igitur in futurum ecclesiasticę secularisve persona, hanc nostre constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire temptaverit . . . Cunctis autem . . . inveniant. Amen. Am. Amen.

(R) Ego Adrianus catholice ecclesię episcopus ss. (M)
† Ego Guido presbiter cardinalis tit. sancti Grisogoni ss.
† Ego Hubaldus presbiter cardinalis tit. sancte Praxedis ss.
† Ego Iulius presbiter cardinalis tit. sancti Marcelli ss.
† Ego Hubaldus presbiter cardinalis tit. sancte Crucis in Ierusalem ss.
† Ego Bernardus presbiter cardinalis tit. sancti Clementis ss.
† Ego Octavianus presbiter cardinalis tit. sancte Cecilie ss.
† Ego Gerardus presbiter cardinalis tit. sancti Stephani in Celio monte ss.
† Ego Iohannes presbiter cardinalis tit. sanctorum Ioannis et Pauli ss.
— † Ego Oddo diaconus cardinalis sancti Georgii ad Velum aureum ss.
† Ego Guido diaconus cardinalis sancte Marie in Porticu ss.

Dat. Beneventi, per manum Rolandi, sancte Romane ecclesię presbiteri cardinalis

---

a) mensem b) quas. — 1) *Jaffé, Reg.* 6174.

Digitized by Google

et cancellarii. V Idus Maii. Indictione IIII. Incarnationis dominice anno MCLVI. Pontificatus vero domni Adriani pape IIII anno II.

Abschrift vom Ende des 12 Jahrh. des Cod. Sicardi p. 84, 85, im Privatbesitze des Sign. Dr. F. Robolotti, aufbewahrt im Palazzo Ponzone zu Cremona.

Nr. 164.

Hadrian IV bestätigt der Kollegiatkirche von Sant' Eustorgio di Milano den Besitz des Hospitals in der Vorstadt von Porta Ticinese.

1156 Juni 7. Benevent.

ADRIANUS episcopus, servus servorum dei, dilectis filiis Guirredo [a]), preposito ecclesie beati Eustorgii, eiusque | fratribus salutem et apostolicam benedictionem. Quotiens illud a nobis petitur, quod rationi et honestati conve|nire dinoscitur, animo nos decet libenti concedere et petentium desideriis congruum impertiri suffragium. Eapropter, dilecti in domino filii, petitioni vestre debita benignitate gratum impertientes assensum, ordinationem, dispositionem, regimen, dominium et amministrationem hospitalis, quod in suburbio porte Ticinensis ad honorem dei et pauperum sustentationem constructum est, quemadmodum a bone memorie Robaldo, Mediolanensi archiepiscopo, canonice vobis concessum est et scripto suo firmatum, vobis presentis scripti pagina [b]) confirmamus. Prohibentes, ut nullus omnino hominum vos super hac nostra confirmatione temere perturbare presumat aut eiusdem hospitalis bona vel possessiones auferre, retinere, minuere seu quibuslibet molestiis fatigare. Quod si quis temerario ausu attemptare presumpserit, secundo tertiove commonitus, si non reatum suum congrua satisfactione correxerit, indignationem omnipotentis dei et beatorum Petri | et Pauli, apostolorum eius, se noverit incursurum. — Dat. Beneventi, VII | Idus Iunii.

Or. im Archivio di Stato zu Mailand.

Perg. ital., br. 0,207, lang 0,18, unten 0,024 umgeschlagen, durch zwei Löcher geht die dunkel und hellrosa Seidenschnur, deren Bleisiegel verloren. Faltung der Breven. In der letzten Zeile steht Id' *ganz links,* Iunii *ganz rechts an die Kante gerückt.*

Nr. 165.

Hadrian IV ertheilt dem Domkapitel von Pisa eine ausführliche Beilegung seines Streites mit den Mönchen von San Russore (D. Pisa) wegen eines Theiles von Tomuli [1]).

1156 Juni 9. Benevent.

ADRIANUS episcopus, servus servorum dei, dilectis filiis, LEONI archipresbitero et universis canonicis Pisane ecclesie, salutem et apostolicam benedictionem. Sicut equum est et officio religioso conveniens, ut orte inter viros ecclesia|sticos controversie iuditio vel concordia terminentur, ita quidem equitatis vigor et ordo exigit rationis, ut, cum fuerint terminate, firmentur et ad posterorum memoriam scripture pagina muniantur, ut | habeat secutura posteritas, quid de rerum gestarum teneat veritate, et in disceptationem denuo negotia illa non veniant, que per providentiam studiumque maiorum finem congruum acceperunt. Inde siquidem est, quod [c]) controversiam illam, que [su]per quadam parte Tumuli, que est a fossa nova usque ad Arnum, et a fossa Cutii usque ad mare, inter vos et filios nostros, VITALEM [d]) abbatem ac monachos ecclesie sancti Ruxorii, dinoscitur agitata [e]), ad iuditium [aposto]latus nostri perlatam, concorditer eam curavimus terminare [e]). Cum enim tempore bone memorie Balduini, quondam archiepiscopi vestri [2]), quedam pars ipsius tumuli, que est a fossa Salaria usque ad Arnum, in controversiam devenisset, ipse contra vos in causa ipsa sententiam protulit, a qua sententia vos ad audientiam predecessoris nostri pape INNOCENTII appellastis et appellationem ipsam

a) *Ueber dem ersten* r *Rasur einer Oberlänge, offenbar eines* f b) *dahinter Rasur eines* m c) *Alexander III, 1170 April 24:* quod qualiter controversia illa que (*von* qualiter *an auf Rasur*) d) *Alex. III: Lücke für Abtnamen freigelassen, die nicht ausgefüllt* e) *Alex. III:* in presentia bone memorie predecessoris nostri Adriani pape co[ncordia] fuerit terminata presentibus litteris duximus inserendum. Cuius siquidem [conco]rdie tenor hic est: Cum enim. — .1) *Vergl. Jaffé, Reg. 6939 und die Urkunden vom 24 April 1170, vom 20 December 1155 und von 1156—1159.* 2) *Balduin, Erzbischof von Pisa, 1137—1145.*

Digitized by Google

in eius fuistis presentia prosecuti. Ipse [vero?] noluit de appellatione cognoscere, sed eandem causam ad arch[iepisco]pum eundem remisit [1]). Qui nimirum ab ea sententia, quam protulerat, non recessit, unde postmodum eam idem antecessor noster et successores eius, CELESTINUS [1]) et LUCIUS [1]), Romanorum pontifices, confirmarunt. Postmodum vero [f]elicis memorie papa EUGENIUS, antecessor noster et successor eorum, qui ab adolescentia in eadem ecclesia conversatus causam plenius noverat, partem vestram gra[va]tam intelligens, eandem causam ad conquestionem vestram voluit retractare. Dissuadentibus autem fratribus et abbate iuditio stare nolente, dividendum potius inter vos per medium, quod in contentionem devenerat, quam sententi[e] a) prefati archiepiscopi per iuditiariam sententiam obviandum elegit, atque [v]olens utilitati monasterii providere, in duas partes rem litigosam pro pacis bono divisit [2]), quam post tempus eius divisionem predecessor noster papa ANASTASIUS [1]) confirmavit. Subsequenter b) autem temporibus nostris prefato abbate super eadem re in audientia nostra c) deponente querelam et a predicto predecessore d) pape EUGENIO se asseverante gravatum et vobis e contrario partem vestram affirmantibus aggravatam et rem iuditio postulantibus diffiniri, nos e) causam ipsam de predicta parte, quam monachi tenebant et vos petebatis, venerabilibus f) fratribus nostris .R(anerio) Senensi et .G(regorio) Lucano episcopis [3]) commisimus terminand[a]m. Qui, convenientes in unum, tam vos, quam supradictum abbatem ante suam presentiam convocarunt. Visis autem partium instrumentis et testibus diligenter examinatis atque susceptis et cunctis, quę ad decisionem ca[use] necessaria videbantur ea, qua oportuit, subtilitate discussis, cum tandem ad promulgationem sententie ventum esset, in danda sententia unanime convenerunt. Quocirca, utraque parte nostro g) postmodum conspectui presentata, discordiam iudicum et merita totius controversie ex ipsorum scriptis et partium attestationibus et relatione cognovimus h). Unde nos i) rationes hinc inde subtiliter indagantes k), ut expensis partium et laboribus parceretur, partes de [com]positione facienda diligentius curavimus ammonere l). Qui consilio [am]monitioni nostre m) acquiescentes et voluntarie discedentes a lite, talem inter se transactionem concordiamque in presentia nostra n) et fratrum nostrorum, mediantibus d[ile]ctis filiis nostris, Iulio o) tit. sancti Marcelli, Bernardo tit. sancti Clementis, Henrico o) tit. sanctorum Nerei et Achillei et Iohanne p) tit. sanctorum Silvestri et Martini, presbiteris cardinalibus, fecerunt. Cum enim et vos totam illam partem tumuli, que est (a) fossa Nova usque ad Arnum et a fossa Cutii usque ad mare, [vestra]m esse [affirmaretis], et monachi e contrario totam suam esse q) contenderent, inter vos et predictum sancti Ruxorii abbatem pro se ac fratribus ipsius concord[iter?] est statutum, [ut] monasterium sancti Ruxorii portionis illius, q[ue(?)] superius est expressa, videlicet a fossa Nova usque ad Arnum et a fossa Cutii usque ad mare mediam partem, in qua ipsum monasterium situm est, iure proprietatis obtineat, pro alia vero medietate, cuius proprietas ad vos [perti]net, quam abbas et monachi a vobis accipientes recognoscunt, viginti solidi Lucensis monete et unum cereum duarum librarum in assumptione beate MARIE vobis vestrisque successoribus annuatim exsolvant, et de reliqua parte, que est a fossa Salaria usque ad fossam Novam, nullam contra vos aut successores vestros moveant ulterius questionem. Instrumentis autem omnibus, quę pro alterutra r) parte comparaverunt vel processu⟨m⟩ temporis comparebunt, pro parte scilicet monachorum Zenobii [4]) et Attoni(s) [5]), Pisanorum quondam episcoporum, de locatione .Gerardi vero et Daiberti, de donatione et sententia s) Balduini atque privilegiis Romanorum pontificum, quę ipsam videbantur sententiam confirmare, pro parte autem vestra Romanorum imperatorum et regum Henrici videlicet, Lottarii, Conradi atque comitisse Matildis et bone memorie Calixti [6]) pape de donatione et confirmatione et cunctis aliis, quę super eisdem partibus aliquid pro parte vestra seu monachorum, tam de proprietate, quam de possessione continere videntur, tam vos, quam monachi sic

---

a) *So Alex. III* b) *Alex. III:* Subsequenter autem temporibus predicti Adriani prefato (a *auf Rasur*) abbate super c) *Alex. III:* sua d) *Alex. III:* predecessore nostro e) *fehlt in Alex.* f) *Alex:* venerabili fratre nostro .R. Senensi et bone memorie G quondam Lucano episcopo terminandam commisit g) *Alex:* ipsius Adriani h) *Alex:* cognovit i) nos *fehlt in Alex.* k) *Alex:* investigans l) *Alex:* studuit ammonere. Quo utique . . . sue m) *Alex:* eiusdem antecessoris nostri Adriani et cardinalium mediantibus venerabili fratre nostro B(ernardo) Portu[ensi episcopo] tunc cardinalis tit. sancti Clementis et bone recordationis Iulio tunc . . . et Henrico n) o *auf Rasur* o) *hinter* o *Rasur* p) e *auf Rasur* q) *das zweite* e *auf Rasur* r) *Alex:* ab utraque s) sententie. — .1) *Nichts davon erhalten.* 2) *Vergl. die Urk. vom 29 Januar 1151.* 3) *Vergl. die Urk vom 20 December 1155.* 4) *Zenobius, Erzbischof von Pisa, 930—954.* 5) *Azzo I, Erzbischof von Pisa, 1015—1031.* 6) *Nicht erhalten.*

Digitized by Google

spontanea voluntate renuntiastis, ut eorundem instrumentorum occasione transactio ista nullo tempore debeat infirmari. Et, si canonici adversus hanc transactionem ullo tempore venerunt, ex tunc ipsi censum constitutum amittant, atque monasterium terram, super qua lis mota est, libere teneat. Si vero monachi adversus transactionem istam aliquo tempore venire temptaverint, ex tunc canonici totam illam terram, | super qua controversia mota fuerit, libere [et quiet]e habeant.

(R) Ego Adrianus catholicę ęcclesię episcopus ss. (M)
— † Ego Guido presbiter cardinalis tit. sancti Grisogoni ss.
† Ego Hubaldus presbiter cardinalis tit. sancte Praxedis ss.
† Ego Iulius presbiter cardinalis tit. sancti Marcelli ss.
† Ego Hubaldus presbiter cardinalis tit. sancte Crucis in Ierusalem ss.
† Ego Bernardus presbiter cardinalis tit. sancti Cl[ementis] ss.
† Ego Octavianus presbiter cardinalis tit. sancte Cecilie ss.
† Ego Gerardus presbiter cardinalis tit. sancti Stephani in Celio monte ss.
† Ego Iohannes presbiter cardinalis sanctorum Iohannis et Pauli tit. Pamachii ss.
† Ego Henricus presbiter cardinalis tit. sanctorum Nerei et Achillei ss.
† Ego Iohannes presbiter cardinalis tit. sanctorum Silvestri et Martini ss.
— † Ego Odo diaconus cardinalis sancti Ge‖orgii ad Velum aureum ss.
† Ego Guido diaconus cardinalis sancte Marie in Porticu ss.
† Ego Odo diaconus cardinalis sancti Nicholai in carcere Tulliano ss. (7)

Dat. Beneventi, per manum Rolandi, sancte Romane ecclesie presbiteri cardinalis et cancellarii. V Id. Iun. Indictione IIII. Incarnationis dominice anno MCLVI. Pontificatus vero domni ADRIANI PP. IIII anno secundo. —

Or. (Prunk-Mittelbulle) Nr. 591 (oder 599), im Archivio Capitolare zu Pisa.

Perg. ital., br. 0,59, lang 0,725, unten 0,03 umgeschlagen, durch zwei Löcher ging die Schnur, welche mit dem Bleisiegel verloren. Faltung der Bullen. Nur Adrianus *in der ersten Zeile in gestreckten Buchstaben, mit verzierter Initale, das Uebrige in grosser Brevenschrift ausgeführt. Blos das den Kontext einleitende* S *doppellinig, sonst keine Majuskeln betont, mehrere Namen sind in halblangen Buchstaben geschrieben. Die Stellung des Hauptkörpers ist die der Bullen, von der linken Kante 0,054, von der rechten 0,05; oben wurde ein schmälerer Rand gelassen, er misst bis zur ersten Linie nur 0,036, die Initiale reicht hier fast bis an die Kante. Die letzte Zeile schliesst im ersten Drittel. Amen fehlen. Liniirung und Unterfertigungen sind ganz denen der Bullen entsprechend. Ringkreuz und Unterschrift von gleicher dunkler Dinte. Datirung wohl vom Hauptkörperschreiber, doch in Bullenschrift, ob* R *Rolands nachgetragen, unbestimmbar. Die Zeugenfirmen sind zum grossen Theile von der nämlichen Hand und Dinte, sicher die ersten 4 Presbyter. Durch Feuchtigkeit hat die Urkunde gelitten.*

Nr. 166.

Hadrian IV nimmt die Domkirche von Vercelli in apostolischen Schutz und bestätigt ihre Besitzthümer und Rechte.

1156 December 27. Lateran.

Adrianus episcopus, servus servorum dei, dilectis filiis Petro, archidiacono Vercellino, preposito eorumque fratribus, canonicis Vercellensis ecclesie, tam presentibus quam futuris, canonice substituendis, IN PPM. — Effectum iusta postulantibus indulgere, et vigor equitatis et ordo exigit rationis, presertim quando petentium voluntatem et pietas adiuvat et veritas non relinquit. Quocirca, dilecti in domino filii, vestris iustis postulationibus clementer annuimus et beati Eusebii ecclesiam, in qua divino mancipati estis obsequio, predecessorum nostrorum, felicis memorie Innocencii [1]), Celestini [2]) et Eugenii [3]), Romanorum pontificum, vestigiis inherentes, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus et presentis scripti privilegio communimus. Statuentes, ut quascumque possessiones, quecumque bona eadem ecclesia in presentiarum iuste et canonice possidet aut in futurum concessione pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium seu aliis iustis modis, prestante domino, poterit adipisci, firma vobis vestrisque successoribus et illibata permaneant. In quibus hec propriis duximus exprimenda vocabulis: ecclesiam sancti Germani in Ledignana cum decimis et pertinenciis suis, ecclesiam sancti Stephani in [a]) Roncharolio cum decimis et pertinenciis suis, ecclesiam sanctorum Quiricii et Iulite in Ociningo cum decimis et pertinenciis suis, ecclesiam

---

a) *Andere Kopie* de. — 1) *Jaffé, Reg. 5852.* 2) *Urk. vom 1 Januar 1144.* 3) *Urk. vom 17 April 1146.*

Digitized by Google

sancte Marie in a) Lariciaco cum decimis et pertinenciis suis, ecclesiam sancti Salvatoris in Casale Ruso b) cum decimis et pertinenciis suis, ecclesiam sancti Clementis in Montonario cum decimis et pertinentiis suis, ecclesiam sancti Mauricii in Deciana cum decimis et pertinenciis suis, ecclesiam sancti Nazarii in Quinto cum decimis et pertinenciis suis, ecclesiam sancte Cecilie in Carratiana c) cum decimis et pertinenciis suis, decimam Pratarolii, curtem Carisiane cum fundo et omni integritate et districto suo, montem Galiani, Uliacum, utrimque Montonarium cum integritate et districto suo, quartam partem Ucuroni d), ecclesiam sancti Christofori cum dimidia parte curtis Caracetum, portum Sarvi, portum Scicide, quo itur ad Bulgarum, Campalonum, dimidiam curtem Carritiane e). Sancimus etiam, ut, si quis beneficiatus in ecclesia vestra decesserit, benefitium ipsius ad fratres communiter habitantes cum integritate deveniat; persona tamen, que illud obtineat, canonice substituta. Sanctorum quoque patrum auctoritatem sequentes sancimus, ut ecclesiastica negotia sine communi fratrum aut sanioris partis consilio ab episcopo non tractentur et, ut nullus aliter in eadem ecclesia canonicus ordinetur nec cuiuslibet ecclesiastici officii administratio alicui committatur. Precipimus etiam, ut benefitia, que specialiter a singulis haberi consueverant, ad communem usum et utilitatem redigantur et communiter habeantur. Preterea antiquas et rationabiles consuetudines ipsius ecclesie ratas manere censemus. Presenti etiam decreto sancimus, ut nemini liceat, aliquem parrochianorum vestrorum ad sepulturam recipere, nisi salva matricis ecclesie tam in testamentis quam in ceteris canonica iustitia, quam iuxta sacrorum canonum instituta vobis ex integro volumus assignari. Decimas insuper, tam vestri plebatus quam novalium in illis locis, in quibus aliarum terrarum decimas consuevistis accipere, quas a quadraginta retro annis inconcusse et pacifice habuistis; annuum quoque censum, sex videlicet librarum, quem abbas sancti Stephani vobis tenetur exsolvere, vobis nichilominus confirmamus. Statuimus preterea, ut nullus de collegio vestro auctoritate sua comune vestrum audeat perturbare et, ut nulla laica persona decimas a vobis exigere aliqua ratione presumat. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat, supradictam ecclesiam temere . . . usibus omnimodis profutura, salva in omnibus apostolice sedis auctoritate et episcopi vestri canonica iustitia. Si qua igitur . . . Cunctis autem . . . inveniant. Amen. Amen.

(R) Ego Adrianus catholice ecclesie episcopus ss. (M)
† Ego Gregorius Sabinensis episcopus ss.
— † Ego Hubaldus presbiter cardinalis tit. sancte Praxedis ss.
† Ego Manfredus presbiter cardinalis tit. sancte Savine ss.
† Ego Bernardus presbiter cardinalis tit. sancti [Clementis] ss.
† Ego Octavianus f) presbiter cardinalis tit. sancte Cecilie ss.
† Ego Astaldus presbiter cardinalis tit. sancte Prisce ss.
† Ego Girardus presbiter cardinalis tit. sancti Stephani in Celio monte ss.
† Ego Iohannes presbiter cardinalis sanctorum Iohannis et Pauli tit. Pamachii ss.
† Ego Iohannes presbiter cardinalis tit. sancti Silvestri g) ss.
— † Ego Odo diaconus cardinalis sancti Georgii ad Velum aureum ss.
† Ego Guido diaconus cardinalis sancte Marie in Porticu ss.
† Ego Iohannes diaconus cardinalis sanctorum Sergii et Bachi ss.
† Ego Ildebrandus diaconus cardinalis sancti Eustachii ss.
† Ego Odo diaconus cardinalis sancti Nicolai in carcere Tulliano ss.
† Ego Arditio diaconus cardinalis sancti Theodori ss.

Dat. Laterani, per manum Rolandi, sancte Romane ecclesie presbiteri cardinalis et cancellarii. VI Kl. Ian. Indictione V. Incarnationis dominice anno MCLVI. Pontificatus vero domni Adriani pape IIII anno tertio.

Drei beglaubigte Kopialurkunden des 15 Jahrh., im Archivio Capitolare zu Vercelli.

---

a) *Andere Kop.* de b) *andere Kop.* Casali Rubeo c) *andere Kop.* Cariziana d) *andere Kop.* Ucucioni e) *andere Kop.* Cariziane f) *andere Kop. unrichtig* Ottonus g) *andere Kop. unrichtig* sanctorum Petri *etc.*

Digitized by Google

Nr. 167.

Hadrian IV nimmt das Kloster San Pietro e Paolo di Rimini in apostolischen Schutz und bestätigt ihm seine Besitzthümer und Rechte.

1157 März 1. Lateran.

Adrianus episcopus, servus servorum dei, dilectis filiis Andree, abbati monasterii beatorum apostolorum Petri et Pauli iuxta pontem Marmoreum Ariminensis civitatis siti, eiusque fratribus tam presentibus quam futuris, regularem vitam professis, IN PPM. — | Quoniam sine verę cultu religionis nec caritatis unitas potest subsistere nec deo gratum exhiberi servitium, expedit apostolice auctoritati, religiosas personas | diligere et earum loca sedis apostolice patrocinio communire. Quocirca, dilecti in domino filii, vestris iustis postulationibus gratum impertientes assensum, prefatum monasterium, quod beati Petri iuris existit et in quo divino mancipati estis obsequio, ad exemplar predecessoris nostri, bone memorie pape Innocentii, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus et presentis scripti privilegio communimus. Statuentes, ut quascumque possessiones, quecumque bona idem monasterium in presentiarum iuste et legitime possidet aut in futurum concessione pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium seu aliis iustis modis deo [prop]itio poterit adipisci, firma vobis vestrisque successoribus et illibata permaneant. In quibus hec propriis duximus exprimenda vocabulis: plebem sancti Martini de Burdunclo cum capella sua et terris, silvis et omnibus pertinentiis suis, curtem sancti Paterniani in eadem plebe cum omnibus suis appenditiis, tres arcus de ponte Marmoreo cum terris, casis et turribus, terram quoque sanctę Romanę ecclesię, que est posita iuxta ipsum pontem, et habet a primo latere pontem ipsum, a secundo latere montem de Furca, a tertio mare, a quarto terram Artinacam cum flumine, quod inde currere consuevit, ecclesiam sanctę Marię in Curte cum mansis et mansionibus, quę posita est in Posterula ducum, decimas quoque omnium terrarum vestrarum, sicut a predecessoribus nostris vobis concessę sunt et scriptis eorum firmatę. Obeunte vero te, nunc eiusdem loci abbate, vel tuorum quolibet successorum, nullus ibi qualibet surreptionis astutia seu violentia preponatur, nisi quem fratres communi consensu vel pars consilii sanioris secundum dei timorem et beati Benedicti regulam providerint eligendum. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum [a]) nec episcopo liceat, locum ipsum temere perturbare, gravare aut bona sive possessiones ipsius auferre vel ablatas retinere, minuere seu quibuslibet indebitis vexationibus vel molestiis fatigare, set omnia integra conserventur eorum, pro quorum gubernatione et sustentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura. Ad indicium autem, quod idem locus beati Petri iuris existat, duodecim denarios Luccensis monetę nobis nostrisque successoribus annis singulis persolvetis. Si qua igitur . . . Cunctis autem . . . inveniant. Amen. A-m. Amen.

(R) Ego Adrianus catholicę ecclesię episcopus ss. (M)
† Ego Cencius Portuensis et sancte Rufine [episcopus] ss.
† Ego Gr(egorius) Sabinensis episcopus ss. (c. 5)
— † Ego Hubaldus presbiter cardinalis tit. sancte Praxedis ss.
† Ego Manfredus presbiter cardinalis tit. sanctę Savinę ss. (c. 4)
† Ego Serardus [b]) presbiter cardinalis tit. sancti [c]) Stefani in Celio monte ss.
— † Ego Odo diaconus cardinalis sancti Georgii ad Velum aur[eum ss.]
† Ego Rodulfus diaconus cardinalis sancte Lucie in Septa soli[s ss.] (1)
† Ego Iacintus diaconus cardinalis sancte Marie in Cosmydyn [ss.] (2)
† Ego Arditio diaconus cardinalis sancti Theodori [ss.] (1)

Dat. Laterani, per manum Rolandi, sancte Romane ecclesie presbiteri cardinalis et cancellarii. Kl. Mart. Indictione V. Incarnationis dominice anno MCLVI. Pontificatus vero domni Adriani pp. IIII . . . .

Or. (Altopaschio 1 Marzo 1156), im Archivio di Stato zu Lucca.

Perg. ital., br. 0,585, lang 0,655, unten 0,03 umgeschlagen, durch zwei Löcher ging die Seidenschnur, welche mit dem Bleisiegel verloren, Faltung der Bullen. Ueber Ringkreuz, Um- und Unterschrift nichts Sicheres zu sagen. Datirung vom Hauptkörperschreiber, das R *Rolands mit dunklerer Dinte eingetragen Die Zeugenfirmen scheinen von gleicher Dinte, grösseren Theils auch von der nämlichen Hand herzurühren. Unten rechts ein Stück vom Pergamente abgeschnitten.*

---

a) hom . . . m *auf Rasur* b) Sera *auf Rasur, lies* G *statt* S c) *korrigirt aus* e.

Digitized by Google

Nr. 168.

Hadrian IV bestätigt dem Abte Hugo von Roffeno (D. Cortona) die Besitzthümer seines Klosters, welches er in apostolischen Schutz nimmt.

1157 März 28. Lateran.

Adrianus episcopus, servus servorum dei, dilecto filio Hugoni [a]), abbati monasterii beatę Marie et sancti Christofori de Rafena, eiusque successoribus canonice substituendis, IN PPM. — Iustis religiosorum desideriis consentire ac rationabilibus eorum postulationibus clementer annuere, apostolice sedis, cui, largiente domino, deservimus, auctoritas | et fraternę caritatis unitas nos hortatur. Quocirca, dilecte in domino fili, Hugo [a]) abbas, tuis iustis petitionibus grato concurrentes assensu, beatę Marię et sancti Christofori ecclesiam, cui deo auctore preesse dinosceris, ad exemplar bonę memorię Innocentii pape [1]), predecessoris nostri, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus [2]) et presentis scripti privilegio communimus. Statuentes, ut quascumque possessiones, quecumque bona eadem ecclesia in presentiarum iuste et canonice possidet aut in futurum concessione pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium seu aliis iustis modis deo propitio poterit adipisci, firma tibi tuisque successoribus et illibata permaneant. In quibus hec propriis duximus exprimenda vocabulis: curtem videlicet de monte Bernardi cum ecclesia, curtem de monte Martini cum ecclesiis sancti Martini et sancti Andree, curtem de Malamno cum ecclesia, ecclesiam sancti Blasii de Ilceno [b]), ecclesiam sanctę Marię de monte Camerini, ecclesiam sancti Andree de monte Agutiri. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat, prefatam ecclesiam . . . usibus omnimodis profutura, salva sedis apostolice auctoritate et diocesani episcopi canonica iustitia. Si qua igitur . . . Cunctis autem . . . inveniant. Am. Am. Am.

(R) Ego Adrianus catholicę ecclesię episcopus ss. (M)
— † Ego Manfredus presbiter cardinalis tit. sanctę Savinę ss.
† Ego Iulius presbiter cardinalis tit. sancti Marcelli ss. (3)
† Ego Gerardus presbiter cardinalis tit. sancti Stephani in Celio monte ss.
† Ego Iohannes presbiter cardinalis sanctorum Iohannis et Pauli tit. Pamachii ss.
† Ego Iohannes presbiter cardinalis tit. sanctorum Silvestri et Martini ss.
— † Ego Oddo diaconus cardinalis sancti Georgii ad Velum aureum ss. (5)

Dat. Laterani, per manum Rolandi, sancte Romane ecclesie presbiteri cardinalis et cancellarii. V Kl. April. Indictione V. Incarnationis [domi]nice anno MCLVII. Pontificatus vero domni ADRIANI PP. IIII anno tertio. —

Or. (Dipl. Badia di Roffeno, Perg. Mont' Oliveto Maggiore), im Archivio di Stato zu Siena.

Perg. ital., br. 0,555, lang 0,535, unten c. 0,032 umgeschlagen, durch 2 Löcher geht die starkfädige Seidenschnur, Blei verloren, Faltung der Bullen. Ringkreuz und Unterschrift gleiche Dinte; die der Umschrift entspricht jener der Datirungszeile, welche von der des Hauptkörpers verschieden, und der der nachgetragenen beiden Hugo. R *Rolands in der Datirung mit ganz dunkler Dinte gemacht. Die Zeugenfirmen sind mit blasser Dinte geschrieben, theilweise sicher von der nämlichen Hand. Der Presbyter Manfred steht in der Höhe der päpstlichen Unterschrift, offenbar weil Julius schon ausgeführt war und über diesem kein anderer Raum frei blieb. Auf der zweiten Zeile unter Julius an der* Ego *Stelle Rasur, es sollte dort wohl ein Zeuge eingetragen werden, was dann unterblieb.*

Nr. 169.

Hadrian IV empfiehlt dem Herzoge Welf VI das Kloster San Sisto di Piacenza und ersucht ihn, es weder selber noch durch seine Leute zu beunruhigen [3]).

1157 Mai 13. Lateran.

Adrianus episcopus, servus servorum dei, dilecto in Christo filio, nobili viro duci .W(elfo) [4]), salutem et apostolicam benedictionem. | Monasterium sancti Sisti de Placentia, sicut autentica regum privilegia bullis aureis insignita | declarant, a catholicis

---

a) *Scheint beidemale mit der dunkleren Dinte der Datirungszeile eingetragen zu sein* b) I *durch Rasur mit anderer Dinte hergestellt.* — .1) *Urk. vom 4 März 1140.* 2) *Innocenz II hatte die Abtei gar nicht in apostolischen Schutz genommen.* 3) *Vergl. Repertorio diplom. Cremonese p. 41 Nr. 338; Jaffé, Reg. 7119.* 4) *Welf VI seit 1153 mit Tuscien belehnt.*

Digitized by Google

Romanorum imperatoribus maxime a Lodoico augusto et eius coniuge Ingelberga, ipsius loci fundatrice, valde dilectum est et larga possessionum suarum donatione ditatum; sicut enim ex privilegiis ipsius precepimus, curtes de Guardastalla [1]) et Liciaria et alias possessiones, ipsi monasterio libere et inconcusse possidendas, in perpetuum concesserunt. Et quoniam locus ipse cum pertinentiis suis ad ius beati Petri et protectionem nostram specialiter spectat, tam per nos, quam per ecclesię devotos filios cogimur, in suis oportunitatibus salubriter providere. De tua itaque nobilitate plurimum confidentes, monasterium ipsum et possessiones, que ad illud pertinent, defensioni tue attentius commendamus, rogantes, ut eas pro beati Petri et nostra reverentia manuteneas et defendas, et nullam lesionem seu violentiam eidem monasterio vel eius | locis inferas sive a tuis hominibus inferri permittas. — Dat. Laterani, III [a]) Idus Maii.

Or. und Abschrift vom Ende des 12 oder vom 13 Jahrh. Nr. 368 (Cartular), im Archivio Municipale zu Cremona.

Or. Sekret, Perg. ital., br. 0,19, lang 0,143, unten nicht umgeschlagen, Faltung der Sekrete, Schnur und Bleisiegel verloren. Nichts hervorgehoben. Datirung von anderer Hand. Von der Dorsalaufschrift nur noch duci *lesbar.*

Nr. 170.

Hadrian IV bestätigt dem Abte Berard von San Sisto di Piacenza, dass im Kloster Mönche verbleiben sollen, er nimmt es in apostolischen Schutz und bestätigt seine Besitzthümer und Rechte [2]).

1157 Mai 23. Lateran.

Adrianus episcopus, servus servorum dei, dilecto filio Berardo, abbati monasterii sancti Sixti, quod Placentię situm est, eiusque successoribus regulariter substituendis, in perpetuum. Legimus in prophetis, plebi suę prevaricatrici et in preceptis suis non ambulanti omnipotentem dominum cominatum, quod eos de territorio suo evelleret, minas suas efficaciter adimplesse. In aliis etiam voluminibus legimus, diversos populos pro suis iniquitatibus a sedibus suis fuisse propulsos et alios pro eis dei iudicio collocatos. Hoc divinę dispositionis iudicium in beati Sixti monasterium, quod Placentię situm est, cernimus adimpletum. Cum enim sanctimoniales illic femine per annos plurimos habitassent, postmodum, abiecta regularis disciplina ordinis, per vitiorum precipitia defluxerunt et possessionum multiplicitas, quę a regibus vel aliis fidelibus eidem coenobio collatę fuerant, plurimum diminuta est ac distracta. Quam ob rem sapientum ac religiosorum virorum consilio provisum est, agente precipue illustris memorię Matildi comitissa, ut in eodem monasterio pro feminis viri ponerentur, quatenus et religio illic eadem, id est monastici ordinis, servaretur et monasterii possessiones, quę iam diu distractę fuerant, per eorum restituerentur industriam. Hanc igitur mutationem, in loci illius ordinatione dispositam, nos auctore deo ad exemplar predecessorum nostrorum bone memorie Paschalis [3]) et Anastasii, Romanorum pontificum, per presentis scripti paginam confirmamus. Statuentes, ut perpetuis temporibus illic servorum dei congregatio virorum sub monastici ordinis observatione permaneat. Ipsum vero locum et universa ad eum pertinentia sub apostolicę sedis tutela et protectione servanda censemus, et quorumlibet infestantium molestiis libera, sicut a predecessoribus nostris, Romanę ecclesię pontificibus, noscitur institutum. Statuimus etiam, ut universa predia vel possessiones, quas Angilberga imperatrix, eiusdem monasterii fundatrix, illuc contulisse cognoscitur et quęcumque villę, familię, cellę, ecclesię seu reliquę possessiones ad ipsum monasterium legitime pertinent sive in futurum concessione pontificum, liberalitate principum vel oblatione fidelium iuste atque canonice poterit adipisci, firma tibi, tuisque successoribus et illibata permaneant. Preterea decimas terrarum vestrarum, quas habetis ex dono episcoporum, videlicet Placentini, Cremonensis, Laudensis, Regini, Mutinę et Mantuani in eorum parochiis, quemadmodum in privilegio sanctę recordationis Adriani papę monasterio vestro, plebibus atque capellis vestris legitime confirmatę sunt [4]), nos quoque ipsius vestigiis inherentes, vobis auctoritate sedis apostolice pariter confirmamus. Crisma, oleum sanctum, consecrationes altarium seu basilicarum, ordinationes monachorum seu

---

a) *Vor dem ersten* I *Rasur.* — 1) *Wegen Guastalla in dieser Zeit vergl. u. A. Robolotti, Documenti Storici di Cremona, Cremona 1857 p. 68.* 2) *Vergl. die Urk. vom 7 März 1121.* 3) *Jaffé, Reg. 4785; Campi, Hist. di Piacenza I p. 385.* 4) *Jaffé, Reg. 2624.*

Digitized by Google

clericorum vestrorum, qui ad sacros ordines fuerint promovendi, a diocesano suscipietis episcopo, siquidem catholicus fuerit et gratiam atque communionem apostolicę sedis habuerit, et ea gratis et absque pravitate vobis voluerit exhibere; alioquin liceat vobis, quem malueritis, adire antistitem, qui, nostra fultus auctoritate, quod postulatur, indulgeat. Obeunte nunc eiusdem loci abbate vel tuorum quolibet successorum, nullus ibi qualibet surreptionis astutia seu violentia preponatur, nisi quem fratres communi consensu vel fratrum pars consilii sanioris vel de suo vel de alieno, si oportuerit, collegio secundum dei timorem et beati Benedicti regulam providerint eligendum. Quicquid etiam libertatis seu dignitatis a predecessoribus nostris supradicto monasterio per authentica privilegiorum scripta concessum est, nos quoque presentis privilegii auctoritate concedimus et ratum haberi per tempora futura censemus. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat, idem monasterium temere . . . usibus omnimodis profutura, salva sedis apostolicę auctoritate. Si qua igitur . . . Cunctis autem . . . inveniant. Amen. Amen.

Ego Adrianus catholicę ecclesię episcopus ss.
† Ego Gregorius Sabinensis episcopus ss.
† Ego Iulius presbiter cardinalis tit. sancti Marcelli ss.
† Ego Ubaldus presbiter cardinalis tit. sancti Clementis ss.
† Ego Bernardus presbiter cardinalis tit. sancte Crucis in Icrusalem ss.
† Ego Octavianus presbiter cardinalis tit. sanctę Cecilię ss.
† Ego Astaldus presbiter cardinalis tit. sanctę Priscę ss.
† Ego Girardus presbiter cardinalis tit. sancti Stephani in Celio monte ss.
† Ego Iohannes presbiter cardinalis sanctorum Iohannis et Pauli tit. Pamachii ss.
† Ego Ioannes presbiter cardinalis tit. (sanctorum) Silvestri et Martini ss.
† Ego Ildebrandus presbiter cardinalis basilice XII Apostolorum ss.
† Ego Oddo diaconus cardinalis sancti Georgii ad Velum aureum ss.
† Ego Raidulphus diaconus cardinalis sanctę Lucię in Septa solis ss.
† Ego Guido diaconus cardinalis sanctę Marię in Porticu ss.
† Ego Bonadies diaconus cardinalis sancti Angeli ss.
† Ego Boso diaconus cardinalis sanctorum Cosme et Damiani ss.

Dat. Laterani, per manum Rolandi, sancte Romane ecclesię presbiteri cardinalis et cancellarii. X Kal. Iunii. Indictione V. Incarnationis dominice anno MCLVII. Pontificatus vero domni Adriani papę IIII anno tertio.

Abschrift des Cod. Vat. 7949, am Ende des ersten Drittels, in der Bibl. Vaticana zu Rom.

Nr. 171.

Hadrian IV bestätigt dem Erzbischofe Villano von Pisa seine Metropolitan- und sonstigen Vorrechte [1]).

1157 Mai 31. Lateran.

Adrianus episcopus, servus servorum dei, venerabili fratri Villano, archiepiscopo Pisano, eiusque successoribus canonice substituendis, IN PPM. — | Tunc apostolice sedi et Romanis pontificibus honor integre conservatur, si unicuique ęcclesię sua dignitas [a]) custoditur. Romane siquidem ęcclesię | consueta benignitas et discreta humilitas, quos devotos et mansuetos filios repperit, alios dignitatibus et honoribus sibi amplius facit obnoxios, alios familiaritatis et dilectionis prerogativa sublimat. Equum enim et rationabile est, ut, quorum beneficia et obsequia se recolit suscepisse, eorum devotioni non mensura pari nec quantitate equali, sed ex habundantis gratie benevolentia libenti animo studeat respondere. Predecessor siquidem noster, felicis memorie papa [b]) INNOCENTIUS [2]), de discordia et guerra, que inter Pisa(na)m et Ianuensem civitates extitit, multas hominum clades et christianorum captivitates innumeras provenisse considerans, utriusque partis saluti, tam temporaliter quam spiritualiter, paterna sollicitudine studuit providere atque pro bono pacis et recompensatione episcopatuum, quos utique a predecessoribus nostris, Romanis pontificibus, ęcclesię Pisane concessos [c]) in insula Corsice, a predecessore tuo, bone memorie fratre nostro archiepiscopo Huberto [d]) [3]), accepit in

a) nita *auf Rasur* b) pape c) concessas d) h *aus* R *korrigirt.* — .1) *Vergl. die Urk. vom 29 Mai 1146 und O. Langer, Politische Geschichte Pisas und Genuas S. 77, 78.* 2) *Urk. vom 22 April 1138.* 3) *Hubert, Erzbischof von Pisa, 1132—1137.*

Digitized by Google

Galluriensi iudicatu, duos episcopatus, Galtellinensem videlicet et Civitatensem, et Poploniensem episcopatum, tibi tuisque successoribus et per vos ęcclesię Pisane concessit et metropolitico iure subiecit. Nos itaque, qui in sedis apostolice amministratione, licet indigni, disponente domino, sibi successimus, eandem concessionem auctoritate apostolica confirmamus et ratam manere censemus. Eiusdem quoque predecessoris nostri vestigiis inherentes, vos primatus honore super Turritanam provinciam decoramus. Legationem quoque Sardinie, a predecessore nostro papa [a]) Urbano predecessoribus tuis concessam [b]), et a felicis memorie INNOCENTII et sancte recordationis EUGENII atque ANASTASII, Romanorum pontificum, privilegiis [c]) imperpetuum roboratam, tibi tuisque successoribus presentis scripti pagina confirmamus et confirmationem ipsam ratam et inconvulsam perpetuis temporibus decernimus permanere. Denique, ut Pisana civitas, que favore celestis numinis de inimicis christiani nominis victoriam frequenter optinuit, et eorum urbes plurimas subiugavit, amplius honoretur, equo albo cum nacco albo in processionibus utendi et crucem, vexillum scilicet dominicum, per subiectas vobis provincias p[ortandi], tibi tuisque successoribus licentiam damus. Pallei quoque usum fraternitati tue concedimus, ut videlicet eo secundum consuetudinem Pisane ęcclesię perfruaris [d]), et in consecrationibus trium [episcopo]rum in Corsica, Aleriensis scilicet, Aiacensis et Saguntini, ac predictorum duorum in Sardinia, Populoniensis episcopi, quorum metropolitanus existis. Si qua igitur in posterum ęcclesiastica secularisve persona, hanc nostre constitutionis paginam . . . Cunctis autem . . . inveniant. Amen. — A-m. Amen. —

(R) Ego Adrianus catholice ecclesie episcopus ss. (M)
† Ego [e]) Gregorius Sabinensis episcopus ss. (9)
— † Ego Manfredus presbiter cardinalis tit. sancte Savine ss. (1)
† Ego Ubaldus presbiter cardinalis tit. sancte Crucis in Hierusalem ss.
† Ego Guido presbiter cardinalis tit. Pastoris ss.
† Ego Bernardus presbiter cardinalis tit. sancti Clementis ss.
† Ego Octavianus presbiter cardinalis tit. sanctę Cecilie ss.
† Ego Iohannes sanctorum Iohannis et P(auli) presbiter cardinalis tit. Pamachii ss.
† Ego Astaldus presbiter cardinalis tit. sancte Prisce ss.
† Ego Gerardus presbiter cardinalis tit. sancti Stefani in Celio monte ss.
† Ego Henricus presbiter cardinalis tit. sanctorum Nerei et Achil(l)ei ss.
† Ego Iohannes presbiter cardinalis tit. sanctorum Silvestri et Martini ss.
† Ego Ildibrandus presbiter cardinalis basilice XII Apostolorum ss.
— † Ego Oddo diaconus cardinalis sancti Georgii [f]) ad Velum aureum ss.
† Ego Guido diaconus cardinalis sancte Marie in Porticu ss.
† Ego Iacintus diaconus cardinalis sancte Marię in Cosmydyn ss.
† Ego Odo diaconus cardinalis sancti Nicholai in carcere Tulliano ss.
† Ego Bonadies diaconus cardinalis sancti Angeli ss.
† Ego Ardicio diaconus cardinalis sancti Theodori ss.
† Ego Boso diaconus cardinalis sanctorum Cosme et Damiani ss.
† Ego Albertus diaconus cardinalis sancti Adriani ss. (1)

Dat. Laterani, per manum Rolandi, sancte Romane ecclesie presbiteri cardinalis et cancellarii. II Kal. Iunii. Indictione V. Incarnationis dominice anno MCLVII. Pontificatus vero domni Adriani pp. IIII anno III.

Or. (Atti Pubbl.) im Archivio di Stato zu Pisa; Abschrift MS. VIII Nr. 43 p. 270b, in der Bibl. Nazionale zu Florenz.

Perg. ital., br. 0,47 ursprünglich wohl breiter, an den Kanten beschnitten, lang 0,785, das Umgeschlagene abgeschnitten, durch zwei Löcher ging die Schnur, welche mit dem Siegel verloren. Faltung der Bullen. Ringkreuz und Unterschrift gleiche Hand und Dinte, vielleicht dieselbe, welche das R *Rolands in der Datirung nachtrug. Umschrift dunklere Dinte. Bischof Gregor, die letzten 4 Presbyter und Ubald, Guido und Bernard zeigen mit seltener Deutlichkeit die nämliche Hand und Dinte, ebenso die Diakonen Jacintus und Bonadies, das* Ego *des letzteren rührt von der helleren Dinte her, mit der die beiden folgenden Diakonen geschrieben sind: Ardicio und Boso. Die Presbyterkreuze sind weggeschnitten.*

---

a) pape b) concessas c) rivilegiis *auf Rasur* d) perfruas e) E *theilweise auf Rasur eines anderen etwas höher stehenden* E f) G *durch Rasur hergestellt.*

Digitized by Google

Nr. 172.

Hadrian IV nimmt das Kloster San Siro di Genova in apostolischen Schutz und bestätigt dessen Besitzthümer und Rechte.

1157 Januar—August. Lateran.

Adrianus episcopus, servus servorum dei, dilectis filiis Bartholomeo, abbati monasterii sancti Syri Ianuensis, eiusque fratribus, tam presentibus quam futuris, regularem vitam professis, IN PPM. | Effectum iusta postulantibus indulgere et vigor equitatis et ordo exigit rationis, praesertim quando petentium voluntatem pietas adiuvat et veritas non relinquit. Eapropter, | dilecti in domino filii, vestris iustis postulationibus clementer annuimus, et prefatum sancti Syri monasterium, in quo divino mancipati estis obsequio, ad exemplar felicis memorie pape Lucii [1]), predecessoris nostri, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus et presentis scripti privilegio communimus. Statuentes, ut, quascumque possessiones, quecumque bona idem monasterium in presentiarum iuste et canonice possidet aut in futurum concessione pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium seu aliis iustis modis deo propitio poterit adipisci, firma vobis vestrisque successoribus et illibata permaneant. In quibus hec propriis duximus exprimenda vocabulis: ecclesiam sancte Savinę et sancti Marcellini cum pertinentiis suis, ecclesiam sancti Martini de Pelio, ecclesiam sancti Nicolai de Capriata, ecclesiam sancti Georgii de Marengo, ecclesiam sancti Michaelis de Calocio, ecclesiam sancti Leonardi, et ecclesiam sancti Michaelis de Cannello, ecclesiam sancti Iohannis de Terdona cum omnibus pertinentiis suis. Cimiteria vero, decimas, oblationes et rationabiles consuetudines, quas idem monasterium hactenus quiete noscitur habuisse, nichilominus confirmamus. Liceat etiam vobis in parocchialibus ecclesiis, quas tenetis, idoneas personas presbiteros eligere et diocesanis episcopis presentare, quibus episcopi parochię cura(m) cum vestro assensu committant, ut eiusmodi sacerdotes de plebis cura episcopis respondeant, vobis autem pro rebus temporalibus debitam subiectionem exhibeant. Nec ab episcopo vel suorum quolibet successorum possint ibidem divina officia interdici, nisi pro communi culpa cleri vel populi. Capellani vero, qui eiusdem monasterii ecclesiis constituti fuerint, in marino itinere invitati, liberam eundi habeant facultatem, nec ab aliquo nisi ab abbate prohiberi possint. Sepulturam quoque ipsius loci liberam esse sancimus, ut eorum, qui se illic sepeliri deliberaverint, devotioni et extreme voluntati, nisi forte excommunicati vel interdicti sint, nullus obsistat, salva tamen iustitia matricis ecclesię. Ut autem in divinis officiis morosius possitis domino deservire, presenti decreto statuimus, quatinus liceat vobis, ad divinum officium peragendum tempestive, prout decreveritis, surgere et campanarum sonitu, nisi forte vestra sit ecclesia interdicta, fideles tam ad diurnum, quam nocturnum officium ad ecclesiam convocare, nisi scripta maioris ecclesie si . . . . . cl . . . . . Decernimus etiam, ut nulli omnino hominum liceat, idem monasterium temere perturbare, aut eius possessiones auferre vel ablatas retinere, minuere vel temerariis vexationibus seu novis consue[tudinibus] fatigare, sed [omnia] integra conserventur eo[rum], pro quo[rum gu]bernatione et [sustentatione] concessa sunt, [us]ibus omnimodis [profutura], salva sedis apostolicę auctoritate [et] diocesani episcopi canonica [. . iustitia]. D[ecim]as vero civium cognationis de insula et Carmand[in]o atque heredum [ipsorum] q[uema]dmodum per sententiam predecessoris nostri, felicis memorie pape INNocentii [2]), vobis adiudicate [a]) sunt et scripto suo firmate, per [present]is scripti paginam [confir]mamus easque de cetero vobis in perpetuum solvendas esse censemus. Si que vero possessiones, quas prenominatarum cognationum cives tempore late sententie possidebant, ad alios quolibet titulo a . . . noscuntur fore translatę vel in futurum quolibet contractus genere transferrentur, libere vobis liceat a quibuslibet [earun]dem possessionum detentatoribus decimas exigere et exactas, nullius obsistente contradictione, retinere. Si qua igitur . . . Cunctis autem . . . inveniant. Amen. A-m. Amen. —

(R) Ego Adrianus catholicę ecclesię episcopus ss. (M)
† Ego Gregorius Sabinensis episcopus ss. (6)
— † Ego [Manfr]edus presbiter cardinalis tit. [sancte Sabine] ss. (1)
† Ego Hubaldus presbiter cardinalis tit. sancte Crucis [in Ierusalem] ss. (3)
† Ego Girardus presbiter cardinalis (tit.) sancti S[tephani in Celio monte] ss.

a) adiudicata. 1) *Ist nicht erhalten.* 2) *Nicht erhalten.*

Digitized by Google

† Ego [Henricus presbite]r cardinalis tit. [sanctorum] Nerei [et Ach]illei ss.
— † Ego Oddo diaconus [cardinalis sancti Georgii ad Velum a]ureum ss.
† Ego Rodulfus diaconus [cardinalis sancte Lu]cię in Septa [solis] ss.
† Ego Guido diaconus [cardinalis sancte] Marie in Porticu ss.
† Ego Odo [diaconus cardinalis sancti] Nicholai in carcere Tulliano ss.
† Ego Boso [diaconus cardinalis] sanctorum Cosme et D[amiani] ss. (2)

Dat. Laterani, per manum Rolandi, sanctę Romanę [ecclesi]ę [presbi]teri cardinalis et cancellarii] V [. . . . In]dictione V. Incarnationis dominicę anno MCLVII. Pontificatus vero domni ADRIANI pp. IIII anno tertio. —

Or. im Archivio di Stato; Abschrift in der Bibl. Civica zu Genua.

Perg. ital., br. 0,58, lang 0,76, das Umgeschlagene abgeschnitten, durch zwei Löcher ging die Schnur, welche mit dem Bleisiegel verloren. Faltung der Bullen. Ueber Um- und Unterschrift nichts Sicheres, ebensowenig über das R *Rolands in der Datirung, welches gleiche Dinte mit der letzteren aufweist. Die Zeugenfirmen scheinen alle von ein und derselben Hand und Dinte herzurühren. Die Urkunde hat durch Feuchtigkeit stark gelitten.*

Nr. 173.

* *Hadrian IV nimmt die Kollegiatkirche San Leonardo (D. Siponto) in apostolischen Schutz und bestätigt deren Besitzthümer und Rechte, wofür jährlich eine Unze Gold an die Kurie zu entrichten ist* [1]*).*

1157 September 28. Anagni.

Adrianus [a]) episcopus, servus servorum dei, dilectis filiis Riccardo, priori ecclesie sancti Leonardi de Lamavolaria, eiusque fratribus, tam presentibus quam futuris, canonicam vitam professis, IN PPM. — | Effectum iusta postulantibus indulgere et vigor equitatis et ordo exigit rationis, presertim, quando petentium voluntatem et pi[etas adiu]vat et veritas non relinquit. | Eapropter, dilecti in domino filii, vestris iustis postulationibus clementer annuimus, et prefatam ecclesiam, in qua divino mancipati estis obsequio, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus et presentis scripti patrocinio communimus. In primis siquidem statuentes, ut ordo canonicus, qui secundum dei timorem et beati Augustini regulam in ecclesia ipsa institutus esse dinoscitur, perpetuis ibidem temporibus inviolabiliter observetur. Preterea, quascumque possessiones, quecumque bona eadem ecclesia in presentiarum iuste et legitime possidet aut in futurum concessione pontificum, largitione principum, oblatione fidelium seu aliis rationabilibus modis, prestante domino, poterit adipisci, firma vobis imperpetuum et illibata permaneant. Statuimus quidem [b]), ut quicumque ad eundem locum pro aliqua necessitate confugerit sive captivus fuerit sive alius, nullus in eum manus inicere audeat, sed potius, quamdiu ibi fuerit, de vita et indempnitate persone sue securus existat. Liceat etiam vobis, clericos, petita tamen [c]) ab episcopis suis licentia, sive liberos laicos, e seculo fugientes et ad vestrum collegium transire volentes [d]), tam in vita, quam in morte suscipere ac pariter retinere. Sane crisma, oleum sanctum, consecrationes altarium seu basilicarum, ordinationes clericorum, qui ad sacros ordines fuerint promovendi, a diocesano suscipietis episcopo, siquidem catholicus fuerit et gratiam atque communionem apostolice sedis habuerit et ea gratis et absque pravitate voluerit exhibere, alioquin liceat vobis, catholicum, quem malueritis, adire antistitem, qui nostra fultus auctoritate, quod postulatur, indulgeat. Obeunte vero te, dilecte in domino fili Riccarde, nunc eiusdem loci prior, vel tuorum [e]) quorumlibet successorum, nullus ibi qualibet surreptionis astutia [f]) seu violentia preponatur, nisi quem fratres communi consensu vel fratrum pars consilii sanioris secundum deum et beati Augustini regulam previderint eligendum. Nulli ergo hominum fas sit, prefatum locum vestrum temere perturbare aut eius possessiones auferre vel ablatas retinere, minuere seu quibuslibet gravaminibus aut vexa⟨c⟩tionibus [g]) fatigare, sed o[mnia] integra conserventur, vestris [et] pauperum Christi usibus profutura, salva apostolice sedis auctoritate et diocesani episcopi canonica iustitia. Ad indicium autem percepte huius a Romana ecclesia libertatis singulis annis unciam auri nobis nostrisque successoribus persolvetis. Si qua sane ecclesiastica secularisve

a) a *übergeschrieben* b) rudem (?) c) *vor* tamen *Rasur* d) *vor* volentes *Rasur* e) *theilweise auf Rasur* f) *in der Verbindung von* st *grössere Rasur* g) *ursprünglich* exactionibus. 1) *Vergl. die Urk. vom 30 Juni 1137.*

Digitized by Google

persona, hanc nostre constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire temptaverit, secundo tertiove commonita, si non presumptionem suam satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo corpore ac sanguine dei et domini, redemptoris nostri Iesu Christi, aliena fiat, atque in extremo examine districte ultioni subiaceat. Cunctis autem, ibidem sua iura servantibus, sit pax domini nostri Iesu Christi, quatinus et hic fructum bone actionis | percipiant et apud districtum iudicem premia eterne pacis inveniant. Amen. Am. Amen. —

(R) Ego Adrianus catholice ecclesie episcopus ss. (M)

† Ego HUbaldus presbiter cardinalis tit. sancte Praxedis ss.

† Ego HUbaldus presbiter cardinalis tit. sancte Crucis in Ierusalem ss. (3)

— † Ego Boso diaconus cardinalis sanctorum Cosme et Damiani ss.

Dat. Anagnie, per manum Alberti, sancti Adriani diaconi cardinalis, vicem domni R(olandi), sancte Romane ecclesie presbiteri cardinalis et cancellarii, gerentis. IIII Kl. Octobr. Indictione a) VI. Anno MCLVII. Pontificatus vero domni Adriani pp. IIII anno III.

Or.-Nachbildung (Pergameni di Curia eccl. I), im Archivio di Stato zu Neapel.

Perg. ital., dem echt päpstlichen entsprechend, br. 0,525, lang 0,69, ursprünglich unten umgeschlagen, jetzt abgeschnitten, durch drei Löcher ging die Schnur, die mit dem Siegel verloren. Es ist eine feierliche Bulle mit allen Aeusserlichkeiten derselben. Rota Nr. 1, im Durchmesser 0,07. Monogramm, Gruppe Nr. 6, dicklinig, hoch 0,051, breit 0,034. Mit gelber Dinte sind ausgeführt Geripp und Inschrift der Rota, Monogramm, Unterschrift und Zeugenfirmen; von dunkler Dinte Hauptkörper, Umschrift und Datirung. Schon diese Art der Mache ist ungewöhnlich. Die Nachbildung erkennt man dann namentlich an den Theilen, die in gelber Dinte geschrieben wurden, an der nicht ganz kanzleimässigen Unterschrift, Rota und Monogramm. Das Ganze ist sehr geschickt gemacht, zumal auch in der Konscriptschrift. — Die Fälschung sieht man an Albert in der Datirung (Jaffé, Reg. p. 659), am Fehlen des incarnationis *in der Datirung und an einigen Hauptkörperformeln.*

Nr. 174.

Hadrian IV nimmt das Kloster St.-Robert-la-Chaise-Dieu (D. Clermont) in apostolischen Schutz und bestätigt seine Besitzthümer und Rechte, wofür es jährlich einen Byzanzier an die Kurie zu entrichten hat [1]).

1157 December 13. Lateran.

Adrianus episcopus, servus servorum dei, dilectis filiis Iordano, venerabilis monasterii Case dei abbati [2]), eiusque fratribus, tam presentibus quam futuris, (canonice) substituendis, in perpetuum. Cum omnibus catholice ecclesie filiis debitores ex iniuncto nobis a deo apostolatus offitio existamus, illis enim b) locis atque personis propensiori nos convenit caritatis studio imminere, quos in vere religionis habitu⟨m⟩ omnipotenti deo militare cognoscimus et ad sedem apostolicam noscuntur spetialius pertinere. Dignum namque et honestati conveniens esse cognoscitur, ut, qui ad ecclesiarum regimen, disponente domino, assumpti sumus, eis et a pravorum hominum nequitia tueamur et beati Petri atque sacrosancte Romane ecclesie (auctoritate) muniamus. Eapropter, dilecti in domino filii, vestris iustis postulationibus clementer annuimus, et predecessorum nostrorum, felicis memorie Leonis noni [3]), Alexandri [4]), Urbani [5]), Pascalis [6]), Calixti [7]) et Eugenii [8]), Romanorum pontificum, vestigiis inherentes, beati Roberti monasterium, in quo divino mancipati estis obsequio, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus et presentis scripti privilegio communimus. Statuentes, ut quascumque possessiones [9]), quecumque bona

---

a) *Das* d *aus* f *korrigirt* b) *besser* tamen. — 1) *Vergl. Gallia Christ. II p. 335, die Urk. vom 2 December 1178. Ob die Urk. schon in den Mem. de l'acad. de Clermont (XVII) oder in den Monum. pontif. Arvern. gedruckt ist, vermag ich nicht zu sagen, weil beide Werke nicht auf der Tübinger Bibliothek vorhanden.* 2) *Jordan de Montboissier, Abt von La Chaise-Dieu, 1146—1157.* 3) *Urk. vom Jahre 1052, Jaffé, Reg. 3247; Gall. Christ. II p. 328.* 4) *Die Urk. Alexanders II scheint nicht erhalten zu sein; eine Gregors VII vom 27 März 1080 ist nicht genannt, vergl. Gall. Christ. II p. 330; Jaffé, Reg. 2. ed. 5159.* 5) *Urk. vom Jahre 1095; Jaffé, Reg. 4172, auch Gall. Christ. II p. 331.* 6) *Urk. vom 5 Febr. 1106; Gall. Christ. II p. 33, fehlt in Jaffé, Reg.* 7) *Urk. vom 28 April 1120 Piacenza. Gall. Christ. II p. 333, fehlt in Jaffés Reg. Nach der Urkunde Calixts II ist eine Lucius II erfolgt vom 23 Mai 1144, Gall. Chr. II p. 334, fehlt bei Jaffé.* 8) *Eugen III hat zwei Urkunden für La Chaise-Dieu erlassen, eine im Jahre 1146 Jaffé, Reg. 6206, eine am 12 März 1149, Gall. Christ. II p. 335, die bei Jaffé fehlt.* 9) *Ueber die Ausdehnung und Jurisdiktion des Klosters, vergl. Mabillon, Annal. Benedict. IV p. 456, 535; V p. 9. In Gallia Christiana II p. 327 ist mitgetheilt: A dextris abbatis Casae-Dei sedebant abbates: S. Andreae Viennensis, S. Michaelis Galliacensis, S. Marini Papiensis, S. Quirici Lucani, prior maior Casae-Dei, prior S. Gemmae etc. A sinistris vero abbates S. Theodardi Montalbanensis, S. Petri Brantolniensis, S. Petri Fraxinorensis, S. Mariae Faverniacensis, priores S. Martini Portus dei, S. Roberti de Cornilione et alii priores. Adhuc abbatia S. Petri de Casis, aliaque feminarum celebria monasteria subsunt Casae-Dei iurisdictioni.*

Digitized by Google

idem monasterium in presentiarum iuste et canonice possidet aut in futurum concessione pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium seu aliis iustis modis, prestante domino, poterit adipisci, firma vobis vestrisque successoribus et illibata permaneant. In quibus hec propriis duximus exprimenda vocabulis: abbatiam videlicet sancti Siccarii Brantosmensis [1]), abbatiam Fraxinorensem [2]) et abbatiam sancti Syxti apud Placentiam, abbatiam sancti Marini Papiensis cum omnibus pertinentiis suis, sancti Quirici secus Lucam cum ecclesia sancti Viliani montis Pisani, alias quoque ecclesias vel abbatias sive possessiones ex episcoporum vobis donatione concessas, quas quilibet ex laicorum dono prius tenuisse calumniantur, vobis penitus tamquam ex iustiori acquisitione manere sanccimus, nisi eas canonica id est tricenaria (possessione?) possedisse vel episcopali dono habuisse constiterit aut idoneis testibus aut legalibus scriptis. Preterea suscipientes vos in spetiales Romane ecclesie filios, eo vos sedis apostolice patrocinio per decreti presentis paginam communimus et in legitimum sempiternum statuimus, ut de cetero nulli archiepiscopo vel episcopo liceat, super cenobium vel abbatem aut eiusdem cenobii conventum excommunicationis vel interdictionis manum extendere, set in beati Petri et eius vicariorum manu(m) semper quieti ac liberi per omnipotentis dei gratiam maneatis. Digne vero petentibus, qui pro suorum scelerum venia prefati monasterii limina expetierint, ipsum intrare et illic domino sua concedimus vota persolvere; a coniugiis etiam liberos ad monachatum admitti, sine episcoporum contradictione concedimus. Hoc quoque capitulo presenti subiungimus, ut in communi interdicto liceat, fratribus vestris, qui per ecclesias commorantur, clausis ianuis, non pulsatis tintinnabulis nisi in maiori monasterio divina officia celebrare, ita tamen, ut nec excommunicatos nec interdictos admittant. Ad hec adicientes statuimus, ut nulli fas sit, in parrochia vestra novum oratorium absque vestro et diocesani episcopi assensu construere, nec aliquis abbas vel cuiuslibet ecclesie prior monachos, de claustro vestro fugientes, suscipiendi vobis invitis aut retinendi habeat facultatem. Preterea liceat vobis, in ecclesiis vestris sacerdotes eligere et electos diocesano episcopo presentare; quibus, si idonei fuerint, episcopus curam animarum committat, et de plebis quidem cura eidem episcopo, de temporalibus autem vobis absque contradictione debeant respondere. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat, supradictum monasterium temere . . . usibus omnimodis profutura, salva nimirum apostolice sedis auctoritate. Ad indicium autem huius a sede apostolica percepte libertatis bizantium unum nobis nostrisque successoribus annis singulis persolvetis. Si qua igitur . . . Cunctis autem . . . inveniant. Amen. Amen. Amen.

(R) Ego Adrianus catholice ecclesie episcopus ss. (M)
† Ego Himarus Tuscu(lanu)s episcopus ss.
† Ego Gregorius Sabinensis episcopus ss.
† Ego Hubaldus presbiter cardinalis tit. sancte Praxedis ss.
† Ego Hubaldus presbiter cardinalis tit. sancte Crucis in Ierusalem ss.
† Ego Octavianus presbiter cardinalis tit. sancte Cecilie ss.
† Ego Gerardus presbiter cardinalis tit. sancti Stephani in Celio monte ss.
† Ego Iohannes presbiter cardinalis sanctorum Iohannis et Pauli tit. Pamachii ss.
† Ego Odo diaconus cardinalis sancti Georgii ad Velum aureum ss.
† Ego Iacinctus diaconus cardinalis sancte Marie in Cosmydin ss.
† Ego Guido diaconus cardinalis sancte Marie in Porticu ss.
† Ego Boso diaconus cardinalis sanctorum Cosme et Damiani ss.

Dat. Laterani, per manus Ro(t)landi, sancte Romane (ecclesie) presbiteri cardinalis et cancellarii. Idus Decembris. Indictione VI. Incarnationis dominice anno MCLVII. Pontificatus vero domni Adriani pape IIII anno (IV).

Abschrift des 13 Jahrh., im Archivio di Stato zu Mailand.

Nr. 175.

** Hadrian IV theilt den Kapelläneu von Andechs (D. Freising), dem Grafen Otto von Wolfartshausen und anderen mit: er nehme die Kirche von Andechs in apostolischen Schutz und bestätige ihre Besitzthümer, Einkünfte und Rechte, wobei er mehrere Vorschriften erlässt.*

1155—1158 September 20. Rom.

Adrianus episcopus, servus servorum dei, dilectis filiis et fratribus, cappellanis

1) *Brantôme (D. Périgueux).* 2) *Frassineto östlich Casale.*

Digitized by Google

in Andezz [1]), et Ottoni, comiti de Wolforthausen [2]), et uxori suae Iusticie et Berchtoldus, comes de Andezz, et uxor eius Sophya filiis nostris, apostolicae graciae benedicionem, predictis fratribus et cappellanis de Andezz, tam presentibus quam futuris regularibus subinstituendis [a]). Ad hoc universalis ecclesie cura nobis a provisore omnium bonorum deo commissa est, ut religiosas personas et earum diligamus ecclesias, mansiones et loca et, ne bravorum hominum infestacionibus rerum suarum detrimenta sustineant, apostolice defensionis munimine his convenit providere. Eapropter, dilecti in domino filii, vestris iustis postulacionibus indita benignitate audivimus, esse [b]) locum montem Andezz, qui quondam fuit castrum, quod deo resignatum est primo a Hainrico imperatore, qui fuit filius Leupoldi comitis de Andezz, secundo a filio nostro Perchtoldo, comite de Andezz et religioso viro et facto monacho in monasterio sancti Lamberti in Secun dioecesis Salzpurgensis, qui in propria persona coram nobis deo haec omnia resignavit et sanctis eius et principaliter precioso thesauro videlicet sacramento sancti Grecorii pape et precipue sanctis, quorum vel quarum reliquiae ibi latent et absconse sunt [3]) et ad locum predictum translate sunt a monasterio salvatoris et fundacione beati Razzonis, comitis de Razzenberg pie memorie, quem locum destruxit Arnolfus, impius comes palatinus de Scheyrn, ac locum monialium de Weissencell. Hec reliquie magne et multe omnes latent in monte Andezz, que reliquie per manus fratrum de loco predicto ad castrum Andezz portate sunt, quas deus reliquias in eodem loco perpetue vult habere, quod nobis certissimum est per filium nostrum Perchtoldum, comitem de Andezz. Cum voluit intrare monasterium Secun et religionem tunc recepit, secum sacrosanctum sacramentum sancti Grecorii pape et alias reliquias et voluit eas portare secum in Seiun propter divinum cultum, dum ascenderunt equos, omnes incurvati facti sunt et se a loco non potuerunt movere. Descendit de equo comes Perchtoldus predictus et intravit capellam et prosternebat se genu flectendo coram altari, ut demonstraretur sibi, quid esset sibi faciendum et deus revelaret, ut hoc esset paratus [c]). Indicatumque fuit sibi, quod deus vellet habere hoc sacramentum perpetue in eodem loco, et sic predictus comes predictum sacramentum divisum [4]) et deo et sanctis eius libere ad eandem cappellam resignavit et perpetue resignabit sacramentum et reliquias sanctorum. Perchtoldus predictus et comes de Andezz omnia sua deo resignavit et religionem intravit et principaliter montem et omnia circumiacencia, atinencia ad montem et hereditaria bona, agros, ligna, pascua et prata, piscariam de lacu, decimam eius, quia lacum liberum decimavit ad prefatum montem Andezz, iacencia, gracias, privilegia, libertates papales et imperiales ad cappellam predictam et ad perpetuam laudem, gloriam et honorem dei ac sanctorum, quorum vel quarum reliquiae ibidem sunt, ad perpetuam memoriam nominis sui et successorum suorum, ne memoria eorum vadat a memoria hominum. Et Perchtoldus comes predictus ad cappellam predictam perpetue ordinavit religiosas personas ad reliquias predictas, ut perficiant ibi divinum cultum cotidie sine mora. Nos igitur locum Andezz et fratres predictos in predicto loco, in quo divino mancipati estis obsequio, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus et presentis scripti privilegio communimus. Statuentes, ut ordo monasticus, qui secundum beati Benedicti regulam in eodem loco ad peticionem filii nostri et domini Perchtoldi, comitis de Andezz, et religiosi viri ordinis sancti Benedicti institutus esse concernitur, perpetuis temporibus futuris ibidem inviolabiliter observetur. Preterea, quascunque possessiones, quaecunque bona eidem(!) loco(!) ad cappellam inpresenciarum iuste et canonice possidet aut in futurum concessione pontificum, largicione regum vel principum, oblacione fidelium seu aliis iustis modis deo propicio poterit adipisci, firma vobis vestrisque successoribus et illibata permaneant, sicut illustris imperator Hainricus, filius Leupoldi, comitis de Andezz, inceptor huius boni, et sicut predictus comes Perchtoldus filius noster post illum ordinavit. Nulli [d]) suorum fratrum eciam istorum [e]) fas sit, post factam in eodem loco Andezz professionem absque abbatis vel fratrum licencia proficisci vel ad loca transire; discedentem vero nullus episcoporum vel abbatum suscipere audeat vel retinere. Nos igitur presenti decreto sancimus, concedimus et confirmamus, omnes reliquias et

---

a) *Am Rande, im Texte* subinstituentibus b) *am Rande, im Texte* et c) *MS. Anm.:* Legatur: quidquid deus revelaret sibi ad hoc esset paratus d) *MS. Anm.:* In originali MS. aut vetustate expunctum aut ex errore omissum ex sensu colligitur e) *MS. Anm.:* Subintelligitur, qui actu presentes sunt et S. capellae praesunt. — — .1) *Unfern München.* 2) *Oberbaiern, B.-A. Schrobenhausen, B.-G. Aichach.* 3) *MS. Anm.* Hic expresse distinguitur inter thesaurum apertum S. Gregorii et inter thesaurum adhuc absconditum. 4) *MS. Anm.:* Divisum sine dubio adhibitum fuit ad exprimendum duplicem SS. hostiam S. Gregorii.

Digitized by Google

indulgencias, que in eodem loco transposite et absconse sunt vel translate ab aliis ecclesiis ad cappellam illam Andezz et precipue preciosum thesaurum et sacramentum sancti Grecorii pape et indulgencias suas ad hoc largitas tempore et diebus ab ipso sancto institutis, ut a successoribus eorum XXX pontificibus perpetue duraturas, permansuras in eodem loco et cappella Andezz et a nobis humiliter ad peticionem devoti filii nostri Ottonis, comitis de Wolforthausen, et uxoris suae devotae Iustitie, filie nostre, largimur et indulgencias damus ad cappellam Andezz perpetue duraturas ibidem propter memoriam invencionis reliquiarum [1]), quae inventae fuerunt circa horam, quando pulsantur none, in die assensionis, ab illa hora nona usque ad horam nonam ferie sexte sequentis post diem assensionis omnes indulgenciae sancti Grecorii, videlicet, que simul et semel per totum annum habentur in cappella predicta, a sacramento sancti Grecorii a meridie usque ad meridiem durat, et invenitur ab omnibus querentibus illam confessis et contritis. A nobis specialiter quarta pars a pena et culpa et a nobis illa gracia largitur omnibus fidelibus a feria sexta post diem assensionis ab illo festo per tres septimanas duraturas, omnibus querentibus illam, quatuor temporum post festum exaltacionis sancte crucis feria sexta sedecim dies post illam. Et quia cappella fabricata est in honore beate nostre domine annunciationis eius et in die cene, in die parasseve, in die resurrectionis, pentecostes, nativitatis Christi quarta pars, remissio omnium peccatorum a paena et culpa, et in die resurrectionis ante solis ortum hora resurrectionis Christi celebratur una missa coram sacramento, sicut sanctus Grecorius fecit. Illi nunquam, qui intersunt, nunquam descendunt ad aliquod purgatorium, vel sacerdotes celebrantes ea hora resurrectionis ex devocione illi omnes largiuntur a sancto Grecorio una septima pars peccatorum a sola [a]) illa missa, et adhuc possunt eo die in aliis ecclesiis suis celebrare per concessum beati Grecorii pape, sicut habetur in libro racionali super hoc. In(?) indulgencia addita [b]) premissa, quam largiti sumus in tribus festis ecclesiae et in septimo domini, hoc est omnibus feria sexta post diem pasce omnibus sacerdotibus concedimus, presente sacramento, ob memoriam passionis domini et apparicionis sancti Grecorii pape devote recolentibus et venerantes hoc sacramentum ipso die feria sexta, quod alius alium potest absolvere ab omni irregularitate. Et, qui, presente sacramento, omni anno hoc facit, ille in fine vitae suae potest sibi eligere confessorem, qui habet eum absolvere ab omni pena et culpa. Concedimus etiam omnem indulgenciam et graciam sancti fratris Grecorii pape primi et confirmamus eam, quas ipse largitus est ad hoc sacramentum, et illa permaneant et durent circa sacramentum predictum et cappellam Andezz et inhibemus omnibus, ne aliquis sacramentum predictum et reliquias deportat de loco et cappella Andezz, et ille, qui deportaret, sit maledictus et excommunicatus, persona et locus, terra contacta, ubi moram traxerit cum reliquiis predictis. Concedimus eciam ob memoriam invencionis reliquiarum in die assensionis circa horam, quando pulsantur none, ab illa meridie usque ad meridiem ferie sexte post diem assensionis, quarta pars a pena et culpa per tres septimanas, sequentes perduraduras, et a meridie usque ad meridiem, sicut prememoravimus, a die assensionis simul et semel omnes indulgencias, quas largitus est sanctus Grecorius et nos ad sacramentum predictum et ad reliquias predictas omnibus querentibus illam et devote suscipientes eam ad peticionem comitis de Wolforthausen et Iusticie comitisse, devote filie nostre, et ad memoriam invencionis reliquiarum sanctorum. Concedimus omnibus ecclesiis et loco vicino eiusdem cappelle, qui indulgentia [c]) veniunt, cum vexillis eorum feria sexta post diem assensionis, isti omnes participent de indulgenciis predictis, si omni anno hoc faciunt. Precipimus omnibus ecclesiis parochiis seu capellis, presbiteris ibi residentibus, que collatura est in manibus comitis Perchtoldi de Anndezz vel super quibus est advocatus [2]), et mandamus sub pena maioris excommunicationis et omnibus personis, quae spectant ad castrum predictum et cum vexillis et reliquiis sanctorum et cum censu eorum, sicut Perchtoldus comes, filius noster, ordinavit et constituit ob memoriam sui ad capellam Andezz, et ibi offerant super

---

a) *Am Rande, im Texte* solo b) *am Rande, im Texte* adita c) *am Rande, im Texte* indulgencie.
— .1) *Vergl. dazu MS. p. 43:* Scientes omnes Christi fideles, quod comes Otto de Wolforthausen impetravit ad hunc locum et kappellam Anndess hanc graciam et has indulgencias a domino Innocencio papa secundo propter reliquias sanctas et magnas, quae in eadem kapella requiescunt et absconsae sunt, quas reliquias comes predictus dolose et fraudulenter ad se intromisit, non propter malam et iniquam intencionem vel deceptionem, sed propter piam et magnam devocionem. *Vorher geht:* De cruce victoriosa quomodo perdita et rursus inventa. 2) *MS. Anm.:* Perchtoldus in suis posteris et heredibus est advocatus, nam ipse Perchtoldus iam factus est monachus: aut hic sermo est de Perchtoldo iuniore.

Digitized by Google

altare censum eorum omni anno feria tertia post diem pentecostes. Concedimus et indulgemus quartam partem remissionis peccatorum, quatuor temporum post diem exaltacionis sanctae crucis feria quarta per sedecim dies et hoc ad peticionem imperatricis Grecorum, filie comitis Ottonis de Wolforthausen. Ad hec presenti decreto sancimus, ut nullius [a]) episcoporum licencia poterit [b]) angariare vel alias exactiones [c]) monasticae quieti et utilitati contrarias vobis vel cappelle vestre imponere. Porro sepulturam istius loci omnino liberam esse decernimus, ut eorum, qui se illic sepeliri deliberaverint [d]), devocioni et extreme iusticie, nisi excommunicati sint, nullus obsistat. Nulli ergo proregum, regum, ducum, marchionum vel aliorum hominum liceat, prefatum locum, cappellam et montem super hac nostra constitucione temere [e]) perturbare aut eius possessiones aufferre vel ablatas retinere, minuere aut (ali)quibus vexacionibus infestare, sed omnia integra conserventur, vestris usibus omnimodis profutura. Si quis autem, huius nostri decreti paginam sciens, contra eam temere [e]) venire praesumpserit [f]), secundo derciove(!) commonitus [g]), nisi reatum suum congrue emendaverit, indignacionem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli, apostolorum eius, incurrat, excommunicacioni subiaceat, potestatis honorisque sit privatus dignitate reamque se divino iudicio existere de perpetua iniquitate cognoscat, et a sacratissimo corpore et sanguine domini dei, redemptoris nostri Iesu Christi, aliena fiat, atque in extremo examine districte ulcioni subiaceat. Cunctis autem, eidem loco sua iura servantibus, sit pax domini nostri Iesu Christi, quatenus et hic et in futuro fructum bone actionis percipia(n)t et apud districtum iudicem premia eterna pacis inveniant. Amen. Amen.

Datum Romae [h]), per manum Eusebii, sancte Romane ecclesie presbiteri cardinalis et cancellarii. XII Kalendas Octobris. Indicione quinta. Incarnacionis dominice anno MCVIIII [i]). Pontificatus vero domni Adriani pape anno XX.

Abschrift vom 17 oder 18 Jahrh. des MS. lat. 1385 p. 6—15, der öffentl. kgl. Bibliothek zu München. Hierzu gehörige Bemerkungen: Immediate annexa sunt bullae Adriani. — Hanc bullam procuravit imperatrix Romanorum Rirzuina et Maria, soror eius, imperatrix Grecorum, ambe filie comitis Ottonis de Wolforthausen ad peticionem patris earum. — *p. 6:* Bulla eruditorum quibusdam scandalo fuerit. Collector pius e tumulo veniam rogat: substantiam tamen ex chartis in fossa subterranea una cum ossibus fratrum Werdensium repertis, nimiaque vetustate ac multa corruptione detritis confirmat, formam vero, quia integram habere non potuit ex parte propriae innocenti adscribit praesumtioni. — *p. 90:* Bullae Adriani forma non est genuina sed a pio scriptore ex fragmentis collecta et ex ingenii simplicitate sic constructa. — Annus datae, vetustate non nihil expunctus, existimatur MCLIIII. Pontificatus Adriani IIdus. — *Fälschung, nahezu überall erkennbar. Nur wenige Theile der Urkunde sind nach Vorlage einer päpstlichen Bulle gestaltet. Das mangelhafte Latein mag theilweis auf die späte Abschrift zurückzuführen sein, mehr jedenfalls auf den ungebildeten Autor des Ganzen. Die Datirung ist theilweise offenbar nach einer Alexanders III gemacht, dessen 20stes Pontifikatsjahr fällt MCLXXVIIII.*

Nr. 176.

Hadrian IV befiehlt den Pfarrangehörigen von San Salvatore di Venezia, dieser Kirche die ihr zustehenden Zehnten ohne Widerspruch zu zahlen [1]).

1157—1158 März 4. Lateran.

Adrianus episcopus, servus servorum dei, dilectis filiis, universis parochianis ecclesie sancti Salvatoris, salutem et apostolicam benedictionem. Dilectum filium nostrum G(irardum), priorem vestrum, ad sedem apostolicam venientem, ea, que decuit, benignitate recepimus, et in suis petitionibus eum curavimus exaudire. Illum itaque ad vos et commissam sibi ecclesiam cum gratia sedis apostolice auctore domino redeuntem, universitati vestre duximus attentius comendandum, per apostolica scripta precipiendo mandantes, quatenus decimas, que per privilegia Romanę ecclesię et diocesani episcopi canonice sunt ecclesię suę concessę, sine contradictione aliqua in integrum persolvatis, ab eodem priore consueta securitate accepta; alioquin sententiam, quam idem prior in aliquos vestrum propter hoc canonice promulgaverit, nos auctore deo ratam habebimus. — Datum Laterani, IIII Non. Martii.

Abschrift vom 16 Jahrh. des Cod. Vat. 6085 p. 147b, in der Bibl. Vaticana zu Rom.

---

a) *Am Rande, im Texte* nulli b) *am Rande, im Texte* poterat c) *a. R., i. T.* exaciones d) *a. R., i. T.* deliberassint e) *a. R., i. T.* themere f) *a. R., i. T.* presumpsit g) *a. R., i. T.* comunitus h) *a. R., i. T.* Rae i) *MS.:* Numeri Romani ad designandum huius informis bullae annum vetustate non nihil expuncti annum certum in MS. originali determinare non possunt. — 1) *Vergl. die Urk. vom 11 Mai 1166—1179 und Jaffé, Reg. 6512.*

Digitized by Google

Nr. 177.

Hadrian IV nimmt die Kollegiatkirche San Donato di Lucca in apostolischen Schutz und bestätigt ihre Besitzthümer und Rechte [1]).

1158 April 13. Lateran.

Adrianus episcopus, servus servorum dei, dilectis filiis Iohanni, priori ecclesie sancti Donati, eiusque fratribus, tam presentibus quam futuris, regularem vitam professis, IN PPM. Quotiens illud a nobis petitur, quod rationi convenit [a]) et a iustitie tramite non recedit, animo nos decet libenti concedere et petentium desideria, effectu prosequente, complere. Eapropter, dilecti in domino filii, iustis postulationibus vestris clementer annuimus et prefatam ecclesiam, in qua divino mancipati estis obsequio, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus et presentis scripti privilegio communimus. In primis siquidem statuentes, ut ordo canonicus ibi secundum dei timorem et beati Augustini regulam perpetuis temporibus inviolabiliter observetur. Preterea, quascumque possessiones, quecumque bona eadem ecclesia in presentiarum iuste et canonice possidet aut in futurum concessione pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium seu aliis rationabilibus modis, prestante domino, poterit adipisci, firma vobis vestrisque successoribus et illibata permaneant. In quibus hec propriis duximus exprimenda vocabulis: terram videlicet cum casa et orto et omni suo edificio et intratoriis et ingressionibus suis, quam predecessor noster, sancte memorie Alexander papa, pietatis intuitu ecclesie vestre concessit et privilegii sui munimine roboravit, quemadmodum in ipsius privilegio continetur, vobis auctoritate apostolica confirmamus. Domus etiam hospitalis, quod dicitur sancti Donati, cum omnibus pertinentiis suis, quam bone memorie Villanus quondam Rolandi predecessoribus vestris et commisse [b]) ipsis ecclesie intuitu pietatis concessit atque donavit et scripti assertione concessionem ipsam confirmavit, quemadmodum in eodem scripto rationabiliter continetur, et ecclesiam, que dicitur sancte Marie de Cursu, cum pertinentiis suis vobis nichilominus confirmamus et confirmationem ipsam ratam et inconvulsam futuris temporibus decernimus permanere. Prohibemus insuper, ut nulli unquam canonicorum post factam ibi confessionem, nisi intuitu melioris vite liceat, de claustro vestro discedere. Discedentem vero sine communium cautione litterarum nullus audeat retinere. Sepulturam quoque ipsius loci liberam esse concedimus, ut eorum, qui illic sepeliri deliberaverint, devotioni et extreme voluntati, nisi excommunicati vel interdicti fuerint, nullus obsistat, salva tamen iustitia matricis ecclesie. Clericos vero sive laicos, liberos et absolutos, seculariter viventes et ad vos conversionis gratia transire volentes, suscipiendi facultatem liberam habeatis. Mansuro preterea in perpetuum decreto penitus prohibemus, ut nemini abbati, monaco sive clerico vel alicui persone liceat, aliquem parrochianorum vestrorum ad sepulturam recipere, nisi salva iustitia vestre ecclesie. Decimas autem omnium parrochianorum vestrorum, que de iure canonico ecclesie vestre proveniunt, vobis auctoritate sedis apostolice confirmamus. Statuentes etiam, ut in letaniis et precipuis solennitatibus circumadiacentes capellani debitam et consuetam reverentiam vobis exhibeant. Obeunte vero te, nunc eiusdem loci priore, vel tuorum quolibet successorum, nullus ibi qualibet supreptionis astutia seu violentia preponatur, nisi quem fratres communi consilio vel pars consilii sanioris secundum dei timorem et beati Augustini (regulam) providerint eligendum. Decernimus ergo, ut nulli omnino liceat, prefatam ecclesiam . . . usibus omnimodis profutura, salva nimirum in omnibus sedis apostolice auctoritate et diocesanorum episcoporum canonica iustitia. Si qua igitur . . . Cunctis autem . . . inveniant. Amen. Amen. Amen.

(R) Ego Adrianus episcopus catholice ecclesie ss. (M)
† Ego Iulius presbiter cardinalis tit. sancti Marcelli ss.
† Ego Ubaldus presbiter cardinalis tit. sancte Crucis in Hierusalem ss.
† Ego Octavianus presbiter cardinalis tit. sancte Cecilie ss.
† Ego Iohannes presbiter cardinalis sanctorum Iohannis et Pauli tit. Pamachii ss.
† Ego Albertus presbiter cardinalis tit. sancti Laurentii in Lucina ss.
† Ego Oddo diaconus cardinalis tit. sancti Georgii ad Velum aureum ss.
† Ego Boso diaconus cardinalis sanctorum Cosme et Damiani ss.
† Ego Cinthyus diaconus cardinalis sancti Adriani ss.

a) conveniat b) commisse *von anderer Hand in eine ursprünglich leer gelassene Lücke offenbar ungeschickt eingetragen.* — 1) *Vergl. Jaffé, Reg. 3382.*

Digitized by Google

Dat. Laterani, per manum Rolandi, sancte Romane ecclesie presbiteri cardinalis et cancellarii. Idus Aprilis Indictione VI. Anno incarnationis domini MCLVIII. Pontificatus vero domni Adriani [a]) pape IIII anno IIII.

Abschrift vom 14 Jahrh., des Liber della Cancelleria Nr. 8 fol. 32, im Archivio Arcivescovile zu Lucca.

Nr. 178.

Hadrian IV nimmt die Kollegiatkirche von Colle (D. Volterra) in apostolischen Schutz und bestätigt ihre Besitzthümer und Rechte, wofür jährlich zwölf Denare an die Kurie zu entrichten sind [1]).

1158 April 16. Lateran.

Adrianus episcopus, servus servorum dei, dilectis filiis Roggerio, archipresbitero plebis [b]) de Elsa, eiusque fratribus, tam presentibus quam futuris, communiter viventibus, IN PPM. — | Effectum iusta postulantibus indulgere, et vigor equitatis et ordo exigit rationis, presertim quando petentium voluntatem et pietas adiuvat et | veritas non relinquit. Eapropter, dilecti in domino filii, vestris iustis postulationibus clementer annuimus, et predecessorum nostrorum, felicis [c]) memorie Paschalis atque GELASII, Romanorum pontificum, vestigiis inherentes, vestram beati Faustini seu beati Iohannis ecclesiam, in qua divino mancipati estis obsequio, cum plebe sua, que de Elsa dicitur, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus et presentis scripti privilegio communimus. Quam videlicet [d]) ecclesiam et plebem universam ex antiqui iuris possessione constat proprietaria [e]) ditione ad sedem apostolicam et Romanam ecclesiam pertinere. Statuimus [f]) itaque, ut quascunque possessiones, quecunque bona in presentiarum iuste et canonice possidetis aut in futurum concessione pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium seu etiam aliis iustis modis deo (propitio) poteritis adipisci, firma vobis vestrisque successoribus et illibata permaneant. In quibus hec propriis duximus exprimenda vocabulis: capellam sancti Michahelis, positam iuxta fluvium Unci, cum pertinentiis suis, capellam sancti Marcialis, positam in burgo Else g), cum pertinentiis suis, capellam sancte Marie, posita(m) in eodem burgo, cum pertinentiis suis, capellam sancte Marie de Spongi cum pertinentiis suis, capellam sancti Salvatoris de Colle veteri cum pertinentiis suis, capellam sancti Nicolai de castro Novo colle cum pertinentiis suis, capellam sancti Blasii iuxta territorium plebis [h]) sancti Ypoliti cum pertinentiis suis, capellam sancti Andree de Strata cum pertinentiis suis, capellam sancti Philippi et Iacobi de Quartaio cum pertinentiis suis, capellam sancti Iusti de Menzano cum pertinentiis suis, primitias et decimas populi de Senzano et de Oliveto. Precipimus ergo, ut nemini laicorum facultas sit, aliqua(m) de cappellis aut de decimis, ad supradictam plebem pertinentibus, in alterius ecclesie dominium tradere. Tibi autem ac successoribus tuis, qui per Romani pontificis consensum in eadem plebe vel ecclesia archipresbiteri fuerint, debitas obedientias [i]) confirmamus de omnibus capellis, que constitute sunt vel fuerint in parrochia, ad supradictam beati Faustini ecclesiam pertinente. Intra quas, si oportunitas exegerit, absque contradictione cuiuslibet novas capellas vel ecclesiam edificandi vobis licentiam indulgemus. Obeunte vero te, nunc eiusdem loci archipresbitero, nullus in eadem ecclesia qualibet surreptionis astutia vel violentia preponatur, nisi quem eiusdem ecclesie clerici sibi preesse providerint et Romani pontificis assensus probaverit. Crisma, oleum sanctum, ordinationes clericorum ab episcopo, in cuius diocesi estis, accipietis, siquidem gratiam atque communionem apostolice sedis habuerit et ea gratis ac sine pravitate exhibere voluerit. Alioquin liceat vobis, catholicum, quem malueritis, adire antistitem, et ab eo consecrationis sacramenta suscipere, qui, apostolice sedis fultus auctoritate, que postulatur, indulgeat. Capellarum vero et plebis, si oportuerit, consecratio non nisi precepto Romani pontificis fiat. Precipimus etiam, ne militibus liceat, parrochianorum vestrorum decimas suis usibus vendicare, sed iuxta canonicas sanctiones in ius ecclesie confera(n)tur. Porro sepulturam eiusdem loci liberam esse decernimus, ut eorum, qui se illic sepeliri deliberaverint, devotioni et extreme voluntati, nisi forte excommunicati sint vel interdicti, nullus obsistat. Illud autem omnimodis prohibemus et penitus interdicimus, ne clericorum res post eorum obitum aliquis audeat

a) Alexandri b) plebtis c) *das* l *aus einem* c *gebildet* d) Quam vide *mit ganz dunkler Dinte nicht auf Rasur geschrieben, während die Konscriptdinte gelblich braun* e) *im* ie *korrigirt* f) *vor* St *Rasur* g) *theilweise auf Rasur* h) *vor* p *Rasur* i) en *auf Rasur.* —— .1) *Vergl. die Urk. vom 7 December 1153.*

Digitized by Google

ecclesie vobisque subtrahere, sed iuxta [a]) canonicas sanctiones omnia ecclesie reserventur. Nec in ecclesia ipsa vel in capellis eius contra deliberationem vestram aliquis presbiterum clericosve constituat. Nemini ergo facultas sit, ecclesiam ipsam temere perturbare aut vobis helemosinas surripere, que ex mortuorum iudiciis parrochiali debentur ecclesie, aut capellas plebis vestre invadere seu, quecunque ipsius (sunt) vel fuerint, quibuslibet occasionibus auferre [b]), salva in omnibus apostolice sedis auctoritate. Ad indicium autem proprietatis huius duodecim nummos nobis nostrisque [c]) successoribus persolvetis. Si quis autem, decreti huius | tenore cognito, temere contraire temptaverit, nisi deo et ecclesie fratribus satisfecerit, omnipotentis dei et beati Petri, apostolorum principis, indignatione plectatur. A-m. —

(R) Ego Adrianus catholice ecclesie episcopus ss. (M)
† Ego Gregorius Sabinensis episcopus ss. (8)
— † Ego Iulius presbiter cardinalis tit. sancti Marcelli ss. (2)
† Ego Girardus presbiter cardinalis tit. sancti Stephani ss.
† Ego Iohannes presbiter cardinalis sanctorum Iohannis et P(auli) tit. Pamachii ss. (3).
† Ego Iohannes presbiter cardinalis tit. sanctę Anastasię ss.
† Ego Oddo diaconus cardinalis sancti Georgii ad Velum aureum ss.
† Ego Rodulfus diaconus cardinalis sancte Lucie ss. (7)

Dat. Laterani, per manum Rolandi, sancte Romane ecclesie presbiteri cardinalis et cancellarii. XVI Kl. Madii. Indictione VI. Anno MCLVIII. Pontificatus vero domni Adriani pape IIII anno IIII.

Or. (Comunità di Colle 1158 Apr. 16), im Archivio di Stato zu Florenz.

Perg. ital., br. 0,595, lang 0,82, unten 0,028 umgeschlagen, durch 2 Löcher ging die Schnur, welche mit dem Blei verloren. Faltung der Bullen. Das eine Amen, etwas frei gestellt, füllt die letzte Zeile. Ueber Ringkreuz etc. nichts Sicheres. Datirung mit gegen Ende zunehmend mehr gestreckten Oberlängen vom Konscriptschreiber, das R *Rolands darin von anderer Dinte eingetragen. Von den Zeugenfirmen erscheinen Bischof Gregor und die beiden Diakonen wohl von gleicher Hand und Dinte, vielleicht auch der Presbyter Johannes (Anastasiae), andererseits unter sich von der nämlichen Hand die Presbyter Girard und Johannes (Johannis et Pauli). Der Grösse des Pergaments entsprechend wurde ein Theil der Zeugen in sehr grossen Lettern eingetragen. — Zu beachten ist, dass nur ein Amen gesetzt und die Datumformel in der Inkarnation verkürzt worden.*

Nr. 179.

Hadrian IV nimmt das Kloster San Pietro di Villamagna (D. Anagni) in apostolischen Schutz und bestätigt seine Besitzthümer und Rechte [1]).

1158 Mai 14. Lateran.

Adrianus episcopus, servus servorum dei, dilectis filiis Amato, monasterii sancti Petri de Villa magna abbati, eiusque fratribus, tam presentibus quam futuris, regularem vitam professis, IN PPM. — | Iustis petentium desideriis facilem nos convenit impertiri assensum et vota, que a rationis tramite non discordant, effectu sunt prosequente complenda. Eapropter, di|lecti in domino filii, vestris iustis postulationibus clementer annuimus et prefatum monasterium, quod utique beati Petri iuris existit, sub eiusdem apostolorum principis et nostra protectione suscipimus et presentis scripti privilegio communimus. Statuentes, ut quascumque possessiones, quecumque bona idem monasterium in presentiarum iuste et canonice possidet aut in futurum concessione pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium seu aliis iustis modis deo propitio poterit adipisci, firma vobis vestrisque successoribus et illibata permaneant. In quibus hec propriis duximus exprimenda vocabulis: Villam magnam, in qua ipsum monasterium situm est, cum districto ipsius ville et omnibus pertinentiis suis, montem Iuliani, Monticellum sub Pesclu maiore cum pertinentiis suis, casale de Ferro, terram in Piscarello, ad Fossatum, de Vatalla, terram de Iohanne Arente, terram in Castaneto, Mortillum, terram in Bacaricia, in Fossatu molendinum unum, Casale iuxta flumen et canapinas et in flumine duo molendina, Molam Todemundi, terram in valle de Sacco, terras in Tosorano, Rigu de orto et in Plaia Iordani, Fruschettum Guidonis, collem Cervinum, terram in Morillo, apud sanctum Petrum in Formis domum unam et undecim casulares in regione, que [d]) vocatur Burgeto, terram de Macari, vineales in Gurga de Maio, casalem de Altitu cum silvis, pascuis et cum omnibus suis utilitatibus, quatuor mase in Gurga,

a) iusta b) auferri, *hinter* i *Rasur* c) tri *auf Rasur* d) qui. — .1) *Vergl. die Urk. vom 10 Mai 1154 und 6 Januar 1174.*

Digitized by Google

Rigolicini, prata Resice, Farnitu, Cuzzu, Piscloli, Serrone Mattifredi et in Cisternola, Guaitam, Barracum, Fontanam muratam, terram in Malagoto, Frusceptum totum, Fractarinas, terras in colle de Mela, pratum de Centorano, casale de Pizzolongo, Marmorie, Tracianum, collem de Polo, Pantana, Summam villam, Scanzora, vallem de Formali, vallem de Cannella, terras de sancta Felicitate cum ipsa ecclesia, Farnitillum, Falascosam, Pomarolum et Calcinarum, in castro Sculcule ecclesiam sancti Stephani cum pertinentiis suis, terras, vineas, ortum et olivas in eodem castro, quicquid habetis in civitate Anagnina, et ecclesiam sancti Romani cum pertinentiis suis. Crisma vero, oleum sanctum, consecrationes altarium seu basilicarum, ordinationes monachorum, qui ad sacros ordines fuerint promovendi, a diocesano suscipiatis episcopo, siquidem catholicus fuerit et gratiam apostolice sedis habuerit et ea gratis et absque pravitate voluerit exhibere; alioquin liceat vobis, catholicum, quem malueritis, adire antistitem, qui nimirum nostra fultus auctoritate, quod postulatur, indulgeat. Obeunte autem te, nunc eiusdem loci abbate, vel tuorum quolibet successorum, nullus ibi qualibet surreptionis astutia seu violentia preponatur, nisi quem fratres communi consensu vel fratrum pars consilii sanioris secundum deum et beati Benedicti regulam providerint eligendum. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat, prefatum monasterium . . . usibus omnimodis profutura, salva in supradicta beati Romani ecclesia Anagnini episcopi canonica iustitia et apostolice sedis auctoritate. Si qua igitur . . . Cunctis autem . . . inveniant. Amen. — A-m. Amen. —

(R) Ego Adrianus catholice ecclesie episcopus ss. (M)
† Ego Hymarus Tusculanus episcopus ss. (12)
— † Ego Iulius presbiter cardinalis tit. sancti Marcelli ss.
† Ego Hubaldus presbiter cardinalis tit. sancte Crucis in Ierusalem ss.
† Ego Octavianus presbiter cardinalis tit. sancte Cecilie ss.
† Ego Astaldus presbiter cardinalis tit. sancte Prisce ss.
† Ego Girardus presbiter cardinalis tit. [a]) sancti Stephani in Celio monte ss.
† Ego Iohannes presbiter cardinalis sanctorum Iohannis et Pauli tit. Pamachii ss.
† Ego Iohannes presbiter cardinalis tit. sanctorum Silvestri et Martini ss.
† Ego Ildebrandus presbiter cardinalis basilice XII Apostolorum ss.
† Ego Guido presbiter cardinalis tit. Calixti ss. (1)
† Ego Bonadies presbiter cardinalis tit. sancti Grisogoni ss.
† Ego Albertus presbiter cardinalis tit. sancti Laurentii in Lucina ss.
† Ego Guilielmus presbiter cardinalis tit. sancti Petri ad Vincula ss.
— † Ego Oddo diaconus ‖ cardinalis tit. sancti Georgii ss.
† Ego Rodulfus diaconus cardinalis sancte Lucie in Septa solis ss.
† Ego Boso diaconus cardinalis sanctorum Cosme et Damiani ss.
† Ego Cinthyus diaconus cardinalis sancti Adriani ss.
† Ego Raimundus diaconus cardinalis sancte Marie in Via lata ss. (7)

Dat. Laterani, per manum Rolandi, sanctę Romanę ecclesię presbiteri cardinalis et cancellarii. II Idus Maii. Indictione VII. Incarnationis dominicę anno MCLVIII. Pontificatus vero domni ADRIANI pp. IIII anno IIII. —

Or. und Abschrift des Bullarium saec. XIV. p. 124, im Archivio Capitolare zu Anagni.

Perg. ital., br. 0,59, lang 0,79, unten 0,019 umgeschlagen, durch 2 Löcher geht die rosa und gelbe Seidenschnur, deren Blei verloren. Faltung der Bullen. Ringkreuz scheint dunklere Dinte als Um- und Unterschrift. Datirung wohl von anderer Hand als der Hauptkörper, das R *Rolands darin nachgetragen. Das* † *vor dem Diakonen Oddo von hellerer Dinte, bei Rodulf ist* † Ego *von dunklerer und wohl auch schwererer Hand geschrieben als das Folgende der Signirung. Unter den Presbitern ist ein Theil von dem nämlichen Schreiber ausgeführt, sicher die ersten beiden.*

Nr. 180.

Hadrian IV beauftragt die Aebte von Cittadella und San Bartolomeo, die Streitigkeiten zwischen dem Abt von Santo Stefano di Genova und den Domkanonikern beizulegen [1]).

1158 Juni 14. Sutri.

Adrianus episcopus, servus servorum dei, dilectis filiis, de Civitatula [2]) et sancti Bartholomei [3]) abbatibus, salutem et apostolicam benedictionem. Causas, que inter

a) *Uebergeschrieben.* — 1) *Vergl. die Urk. vom 21 Mai 1145—1146.* 2) *Das bekanntere Cittadella ist: Com. nel Veneto, prov. di Padova. Hier wird das Piemontesische: circond. e mand. di Novara gemeint sein.* 3) *Es wird S. Bartholomei (de Fossato) von Genua gemeint sein, sonst etwa S. Bartholomei Vallisumbrose von Novara.*

Digitized by Google

dilectos filios nostros, Ianuensis ecclesie canonicos, et dilectum filium nostrum, abbatem sancti Stephani, super refectione in festivitate apostolorum Philippi et Iacobi, canonicis ab abbate asserunt [a]), sibi deberi, super decima quoque Albarii et Bisannis agitari noscuntur, discretioni vestre audiendam commitimus et fine debito terminandam. Ideoque per apostolica vobis scripta mandamus, quatinus, ascitis vobis sapientibus et industriis viris, de quorum iudicio dubitare minime debeatis, utramque partem ante vestram presentiam evocetis et, racionibus hinc inde diligenter auditis et cognitis, causas ipsas, mediante iustitia, terminetis. — Dat. Sutrii, XVIII Kl. Iulii.

Abschrift der Miscellanea di Stor. Ligur. V p. 426, in der Bibl. Civica; des Negrotto (B. VI. 19, p. 61), in der Bibl. dell' Università zu Genua.

Im Negrotto ist bemerkt: ex libro P. A. 35, Arch. S. Laurentii.

Nr. 181.

Hadrian IV bestätigt dem Bischofe Arnold von Nizza die Besitzthümer und Gerechtsame seines Hochstiftes [1]).

1158 Juni 18. Sutri.

Adrianus episcopus, servus servorum dei, venerabili fratri Arnaldo, Niciensi episcopo, eiusque successoribus canonice substituendis, IN PPM. In apostolice sedis speculo, disponente domino, constituti, fratres nostros episcopos fraterna debemus charitate diligere et eorum quieti et tranquilitati salubriter, auxiliante domino, providere. Dignum namque et honestati conveniens esse dignoscitur, ut, qui ad ecclesiarum regimen assumpti sumus, eos et a pravorum hominum nequitia tueamur et beati Petri atque apostolice sedis patrocinio muniamus. Eapropter, venerabilis frater episcope, tuis iustis postulationibus clementer annuimus et prefatam ecclesiam, cui deo auctore preesse dinosceris, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus et presentis scripti privilegio communimus. Statuentes, ut ordo canonicus, qui secundum deum et beati Augustini regulam in ecclesia ipsa institutus esse dinoscitur, perpetuis ibidem temporibus inviolabiliter conservetur. Adicientes, ut quascunque possessiones, quecunque bona eadem ecclesia in presentiarum iuste et canonice possidet aut in futurum concessione pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium seu aliis iustis modis, prestante domino, poterit adipisci, firma tibi tuisque successoribus et illibata permaneant. In quibus hec propriis duximus exprimenda vocabulis: monasterium videlicet sancti Pontii cum ecclesiis, ad ipsum pertinentibus, quas in Niciensi episcopatu legitime possidere dinoscitur, ecclesiam sancti Pauli, ecclesiam sancti Michaelis, ecclesiam sancte Torpetis, ecclesiam sancte Marie de Clancio, ecclesiam sancti Laurentii de Ilongia, castrum quod vocatur Drappum, ecclesiam sancte Marie Ville veteris, ecclesiam sancte Marie de Olivo, ecclesiam sancti Hospicii. Obeunte quoque te, nunc eiusdem loci episcopo, nemo ibi preterquam regularis episcopus preponatur, qui eidem ecclesie, cooperante domino, preesse valeat et prodesse. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat, canonicum ordinem, in prefata ecclesia institutum et auctoritate sedis apostolice (confirmatum) infringere vel mutare, et eandem ecclesiam temere perturbare aut eius possessiones auferre vel ablatas retinere, minuere, aut aliquibus vexationibus fatigare, sed omnia integra conserventur eorum, pro quorum gubernatione (ac) sustentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura, salva sedis apostolice auctoritate. Si qua igitur . . . Cunctis autem . . . inveniant. Amen. Amen.

(R) Ego Adrianus catholice ecclesie episcopus ss. (M)
† Ego Ubaldus presbiter cardinalis tit. sancte Praxedis ss.
† Ego Iulius presbiter cardinalis tit. sancti Marcelli ss.
† Ego Bernardus presbiter cardinalis tit. sancti Clementis ss.
† Ego Octavianus presbiter cardinalis tit. sancte Cecilie ss.
† Ego Girardus presbiter cardinalis tit. sancti Stephani in Celio monte ss.
† Ego Iohannes presbiter cardinalis (sanctorum Iohannis et Pauli tit.) Pamachii ss.
† Ego Ildebrandus presbiter cardinalis basilice XII Apostolorum ss.

---

a) *Schlechtes Latein.* — 1) *Die Abschrift dieser Urk. verdanke ich Herrn Pastor Mader in Nizza.* — *Vergl. die Urk. vom 5 April 1144.*

Digitized by Google

† Ego Guido presbiter cardinalis (tit.) Calixti ss.
† Ego Albertus presbiter cardinalis (tit. sancti) Laurentii in Lucina ss.
† Ego Oddo diaconus cardinalis sancti Georgii ad Velum aureum ss.
† Ego Boso diaconus cardinalis sanctorum Cosme et Damiani ss.
† Ego Cinthius diaconus cardinalis sancti Adriani ss.
† Ego Raimundus diaconus cardinalis sancte Marie in Via lata ss.

Datum Sutrii, per manum Rolandi, sancte Romane ecclesie presbiteri cardinalis et cancellarii. XIIII Kal. Iulii. Indictione VI. Anno (incarnationis dominice) MCLVIII. Pontificatus vero domni Adriani pp. IIII anno IIII. —

Abschrift vom 17 Jahrh. des Liber Niger p. 65, im Privatbesitz zu Nizza.

Nr. 182.

Hadrian IV überweist dem Abte Gervasius von San Benedetto Po (D. Mantova) das Kloster San Ponziano di Lucca mit gewissen Rechten, wofür jährlich drei Byzanzier an die Kurie zu entrichten sind [1]).

1158 November 6. Lateran.

Adrianus episcopus, servus servorum dei, dilecto filio Gervasio, abbati monasterii sancti Benedicti supra Padum, eiusque successoribus regulariter substituendis, IN PPM. — Suscepte offitium dignitatis ammonet nos multipliciter et hortatur, ecclesiasticis utilitatibus vigilanter intendere et, ut ecclesie dei tam spiritualibus, quam temporalibus profitiant incrementis, oportet nos, provida sollicitudine cogitare [a]). Eapropter, dilecte fili in domino abbas [b]), monasterio sancti Pontiani, quod prope Lucensem civitatem situm est, utiliter providere volentes, idem monasterium, ad ius sacrosancte Romane ecclesie specialiter pertinens, tibi tuisque successoribus salvo utique iure et proprietate Romane ecclesie ordinandum disponendumque committimus, ita quidem, ut, imminente necessitate ad correctionem ipsorum fratrum, ibidem existentium, liceat vobis, aliquos de fratribus ipsius monasterii in ecclesiam vestram assumere et vicissim aliquos de monachis ecclesie vestre in idem monasterium, sicut expedire videritis, transmutare. Obeunte autem eiusdem [c]) monasterii abbate, fratres, inibi existentes, patrem sibi atque magistrum de ipsa congregatione, si ibi idoneus inventus fuerit, vel de conventu ecclesie vestre secundum deum et beati Benedicti regulam eligant. Ipsam vero electionem vobis representent et confirmationem a vobis requirant. Ceterum, qui electus fuerit et a vobis canonice confirmatus, a Lucano episcopo benedictionem suscipiat. Ad indicium autem huius nostre concessionis tres bizantios in ascensione domini nobis nostrisque successoribus annis singulis persolvetis. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat, huius nostre concessionis paginam temerario ausu infringere vel ei aliquatenus contraire. Si quis autem id attemptare presumpserit, secundo . . . . ultioni subiaceat. Amen. Amen. Amen.

(R) Ego Adrianus catholice ecclesie episcopus ss. (M)
— † Ego Hubaldus presbiter cardinalis tit. sancte Praxedis ss.
† Ego Iulius presbiter cardinalis tit. sancti Marcelli ss.
† Ego Ildebrandus presbiter cardinalis basilice XII Apostolorum ss.
† Ego Iohannes presbiter cardinalis tit. sancte Anastasie ss.
† Ego Guilielmus presbiter cardinalis tit. sancti Petri ad Vincula ss.
— † Ego Oddo diaconus cardinalis sancti Georgii ad Velum aureum ss.
† Ego Boso diaconus cardinalis sanctorum Cosme et Damiani ss.
† Ego Cinthyus sancti Adriani diaconus cardinalis ss.
† Ego Raimundus diaconus cardinalis sancte Marie in Via lata ss.

Dat. Laterani, per manum Rolandi, sancte Romane ecclesie presbiteri cardinalis et cancellarii. VIII Idus Nov. Indictione VII. Incarnationis dominice anno MCLVIII. Pontificatus vero domni Adriani pape IIII anno IIII.

Beglaubigte Kopialurkunde des 14 Jahrh., im Archivio di Stato zu Mailand, und Abschrift G. VIII, 243 p. 124, in der Bibl. Chigiana zu Rom.

a) agitare *I* b) [Gervasie] *II* c) predicti *I*. 1) *Vergl. die Urk. vom 6 Mai 1177.*

Digitized by Google

Nr. 183.

Hadrian IV bestätigt dem Abte Wido von S. Maria im Thale Josaphat (D. Jerusalem) die Besitzthümer und Rechte seines Klosters, welches er in apostolischen Schutz nimmt, wofür es jährlich eine Unze Gold an die Kurie zu zahlen hat [1]).

1154—1159.

Adrianus [episcopus, servus servorum dei, dilecto filio Guidoni, abbati] venerabilis monasterii [sancte Marie] de valle Iosaphat, eiusque [successoribus] regulariter [substituendis, IN PPM. —]. Quociens a filiis nostris [aliquid a nobis devocione debita postulatur, quod religioni et] honestati [non obviat] ad concedendum, [quod petitur], tanto facilius debemus concurrere, quanto [magis id ex iniuncto nobis offi[cio dinoscitur convenire. Petivi[sti a nobis, fili in Christo carissime, Guido abbas, ut] ad exemplar predecessorum nostrorum, felicis memorie Innocentii [2]), Eugenii [3]) et Anastasii, Romanorum pontificum, que tibi et ecclesie tue [fuerant a sede apostolica con]firmata, nostre studeremus assercionis [munimine roborare. Nos igitur et ob] genitricis dei et hominis reverenciam, cui assidue in eodem monasterio non immerito utique deservitur, [quoniam in loco ipso corporaliter stetisse dinoscitur] et inde ad filii sui et redemptoris nostri palacium [assumpta fuisse creditur ac tuis] precibus inclinati, postulacioni tue duximus annuendum et venerabile monasterium virginis et matris domini, quod [in valle Iosaphat constructum] esse procul dubio cernitur, in quo divino es [cum tuis fratribus obsequio man]cipatus, sub beati Petri et nostra protectione tamquam proprium et speciale suscipimus et presentis scripti privilegio communimus. Statuentes, [ut quascumque] possessiones, quecumque bona sive ex dono bone [memorie Godefridi ducis [4]) seu Balduini, regis Ierosolimitani [5]), vel aliorum dei fidelium [a]) idem monasterium in presentiarum iuste ac legitime possidet aut in futurum concessione pontificum, largitione regum vel principum, oblacione fidelium seu [aliis iustis] modis, prestante domino [b]), poterit adipisci, firma tibi tuisque successoribus et illibata permaneant [c]). In quibus hec propriis duximus [exprimenda] vocabulis: videlicet [d]) de donis patriarcharum in territorio Ierusalem partes duas decime de [casali] Bethsan, decimas ortorum, molendinorum, sylve, terrarum quoque et vinearum, eidem ecclesie pertinencium, que sunt in eodem territorio. [Preterea decimas] duarum carrucarum, quarum una fuit Guidonis de Miliaco, altera Baleani, in [territorio] Neapoletano decimas duorum casalium Ascar et Bytini, in territorio Acon decimam casalis, quod dicitur [Case]ra, et quatuor carrucarum terre [olivarum]que ad eas pertinentium apud casale Alberti de Pazeo, medietatem quoque decime Boleani de Bytin et terre Beroaldi, que sita est in monte, et totam decimam trium casalium Balduini [Ramatensis, quorum nomina hec] sunt: Gemail, Serra, Bezezin, necnon et decimam duorum casalium Cavee et Tarphyn, que fuerunt Gunfridi de Turri, in Ioppe unam ecclesiam et decimam terre, que fuit Fragmerici, nec non et decimam [duarum] carrucarum terre, quam primus rex Balduinus ecclesie Iosaphat concessit, in territorio Ebron decimam casalis, cui nomen Iamariara, de concessione prioris et canonicorum dominici Sepulcri furnum unum in Ierusalem, decimam [terre] Plate Petre, et decimam casalis quod vocatur Darchiboam, de bonis quoque episcoporum in territorio Cesariensi decimam casalis quod vocatur Behtala, et decimam que de proprio labore monachorum vel eis subditorum procedet in territorio Cayphe, et casalis cui nomen Galgala, in Galilea ecclesiam ligionis cum parrochia et omnem decimationem ipsius, et decimationem alterius casalis quod dicitur Thanis, ecclesiam sancti Georgii que super [Tyberiadem] sita est, et decimam casalis cui [no]men Casrielme, in territorio Ramatensi casale unum nomine Saphiria et mediam partem decimationis ipsius, et infra castrum sancti Georgii domum unam et extra et infra muros Machomerie aliam, et quatuor carrucatas terre ante ipsum castrum, nec non et decimam duarum carrucarum terre, quam Balduinus de Ramis ecclesie Iosaphat attribuit, in Tolomaida unam ecclesiam, in Caypha aliam, in Tyro aliam, et decimam duorum casalium Bethfella et Sardanas, et iuxta Sydonem aliam, et decimam viridarii terrarumque sibi pertinencium, et decimam

---

a) *Von* bona *an fehlt bei D.* b) deo protio *D.* c) *hier bei D:* et omnibus obedienciis iam dicte ecclesie libertates et omnes bonas consuetudines, secundum quod in eorum privilegiis continetur, volumus et concedimus inviolabiliter perpetuo conservari d) *von hier an wesentlich anderes als D.* — .1) *Die Abschrift dieser Urk. verdanke ich Herrn Comm. Giuseppe Silvestri in Palermo. — Vergl. Delaborde, Chartes de Terre Sainte p. 72 Nr. 31 vom 1 März 1154.* 2) *Acta II Nr. 349: Delaborde, Chartes de Terre Sainte p. 50 sq.* 3) *Delaborde p. 61.* 4) *Gottfried von Bouillon, 1099—1100.* 5) *Balduin I, König von Jerusalem, 1100—1118.*

Digitized by Google

casalis cui nomen Capharabra, nec non et decimam octo carrucarum terre in montanis Sarepte, in territorio Baruch decimam viridarii et duarum [carruca]rum terre, in castro Thymini aliam ecclesiam cum parrochia et cimiterio, in casali Bethalla unam cappellam, in Saphiria aliam de donis Godefridi et regum Ierusalem eiusdemque terre baronum, infra muros Ierusalem [furnum unum et] molendina, domos et hortos, extra vero in eius territorio terras, vineas, fontem, sylve et molendina, fossam et ortos, et duas partes de casali Bethsau et casale quod dicitur Darchiboam, in territorio Nea[polis casale unum quod dicitur] Ascar, et aliud quod dicitur Bytiri, et aliud quod dicitur Saphe, in territorio Ioppe duas carrucatas terre, et terram [que fuit] Fragmerici, in territorio Cayphe casale unum quod dicitur Tym[ini], in eodem castro nomine Cayphas domos, furnum et terras intus et extra, in territorio Ebron casale unum nomine Iamarvara, iuxta Sydonem casale unum [nomine Capha]rabra, et viridarium et terras, in [montanis] Sarepte octo carrucatas terre, in Baruch domos, furnum, molendinum et viridarium et extra duas carrucatas terre, in Ptolomaida domos duas, et in [montanis] casale unum nomine Cassera, in territorio [Cesa]riensi casale unum [nomine] Bethalla, et infra civitatem domum unam, et iuxta viam que ducit ad flumen, casale [unum quod] dicitur Meschium, et trans flumen [Iordanis] casale unum quod dicitur Bethura, in terra ligionis quatuor [carrucatas] terre et domos in casali, in territorio Toroni casale unam nomine Corath, in territorio [Tyberia]dis casale unum quod dicitur Cas[rielme, in] terra Sueti casale unum quod dicitur Zebezeb, et aliud quod dicitur sanctus Georgius de Chaman, et [aliud quod dicitur] sanctus Iob cum omnibus pertinenciis eorum, et casale quod [dicitur] Suesme, in territorio Gor casale nomine [Iarraz, in casale Iuberti de Pazeo quinque] carrucatas terre et olivetum, et infra casale domum unam [et extra] ortum, in territorio Tyri casale unum nomine Bethfella, et [aliud] nomine [Sardanas] et infra civitatem domos, viridarium et ortum, in [territorio] Ascalonis casale unum nomine Machoz, cum omnibus pertinentiis suis et maiorem Machomeriam in eadem civitate et unum de melioribus viridariis, et iterum trans flumen Iordanis duo casalia Bethsura et La(?), in omni portu terre Ierusalem sine navali exhactione libere intrare et exire [cum] navibus et omnibus vestris rebus et intrare in civitatem Ptolomaidam et exire cum omnibus rebus vestris sine aliqua tributali consuetudine. Sane novalium [a]) vestrorum, quos propriis manibus aut sumptibus colitis, vel de nutrimentis vestrorum animalium ab episcopis sive episcoporum ministris seu ab aliis ubilibet a vobis decimas exigi prohibemus. Interdicimus eciam, ne [b]) per alicuius sollemnitatis occasionem in cenobio vestro cena vel prandium a Ierosolimitane ecclesie episcopo vel clericis exigatur, ne [servorum] dei quies huiusmodi occasionibus [per]turbetur. Ut autem in maiori quiete possitis de cetero domino [propensius deservire,] adicientes presenti decreto penitus prohibemus, ut in eadem ecclesia dei genitricis episcopo Ierosolimitane ecclesie cathedra nullatenus [exigatur. Nulli] etiam nec Ierosolimitano [episcopo] liceat, ecclesiam vestram [interdicto subiacere vel divina ibi officia] celebrari, ullatenus prohibere [c]). Verum si pro aliquo excessu comune [interdictum] ab ecclesia Ierosolimitana [processerit, clausis ianuis, exclusis] excommunicatis et interdictis, divina officia celebrare vobis [sedis] apostolice auctoritate concedimus. Redditus vero, qui de rusticorum [vestrorum censu vestro] mona[sterio] constituti [sunt vel in futurum, procurante domino, conferuntur, vo]bis integros manere censemus. Porro sepulturam eiusdem loci liberam esse decernimus, ut eorum, qui se illic sepeliri deliberaverint, devotioni et extreme voluntati, nisi forte [excommunicati] sint, nullus obsistat. [Mortuorum] autem [parrochianorum] elemosinas, de quibus parrochialis ecclesia suam iusticiam habuerit, quiete ac preter alicuius molestias a vobis accipi et haberi sancimus. [Laicos sane liberos] seu clericos irregulariter viventes ad conversionem suscipere nullius episcopi, [propositi seu] cuiuslibet hominis contradictio vos inhibeat. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat, prefatum monasterium temere perturbare aut [eius possessiones] auferre vel ablatas retinere, minuere seu quibuslibet molestiis fatigare, sed illibata omnia et integra conserventur eorum, pro [quorum] gubernacione ac substentacione concessa sunt, usibus omnibus profuturam, salva sedis apostolice auctoritate. Ad indicium [autem huius] percepte a sede apostolica [libertatis] nobis nostrisque successoribus auri unciam annis singulis persolvetis. Si qua igitur . . . Cunctis autem . . . in[veniant. Amen. Amen. Amen].

---

a) *Wieder wie D., doch* laborum *statt* novalium b) *von hier an wieder abweichend bei D.* c) *ähnliche Bestimmung bei D., so mehr oder weniger wörtlich auch ferner.*

Digitized by Google

(R) Ego Adrianus catholice ecclesie episcopus ss. (M)
† Ego Guido [1]) . . . . . .
† Ego Iohannes [2]) . . . . . .
† Ego . . . . . .
† Ego [Guido presbiter cardinalis tit.] Pastoris ss.
† [Ego Gerardus presbiter cardinalis tit. sancti Stephani] in Celio monte ss.

Or. sehr zerstört (S. Maddalena Nr. 42), im Archivio di Stato zu Palermo.

Nr. 184.

Hadrian IV schreibt dem Erzbischofe Oberto von Mailand, dafür zu sorgen, dass die ungerechtfertigten Bräuche, die sich zwischen Adda und Ticino eingeschlichen hätten, aufhörten.

1154—1159.

Adrianus episcopus, servus servorum dei, venerabili fratri O(berto), Mediolanensi archiepiscopo [3]), salutem et apostolicam benedictionem. Pessimam consuetudinem et sacrorum canonum sanctioni contrariam in archiepiscopatu tuo inter Adduam et Ticinum inolevisse accepimus, quod videlicet rustici de fructibus laborum suorum semen et omnes expensas prius accipiunt et vix de reliquo decimas exsolvunt [4]), domni quoque rusticorum de redditibus fructuum, quos a suis colonis accipiunt, decimas nullatenus reddunt. Quia itaque pernitiosum est exemplo et contra sacrorum canonum disciplinam et inde procul dubio animarum periculum incurrunt suarum, fraternitati tue per apostolica scripta mandamus, quatenus tam pravam et detestandam consuetudinem modis, quibus poteris, studeas penitus eradicare et predictos domnos de redditibus et rusticos de omnibus fructibus laborum suorum decimas reddere ecclesiastica districtione compellas.

Abschrift vom Ende des 12 Jahrh., des Cod. Vat. 1362 p. 128b, in der Bibl. Vaticana zu Rom.

Nr. 185.

Hadrian IV befiehlt dem Kloster San Russore (D. Pisa) die Uebereinkunft, welche in seiner Gegenwart wegen des Streites mit dem Pisaner Domkapitel getroffen worden, inne zu halten.

1156—1159 [5]).

Adrianus episcopus, servus servorum dei, dilectis filiis, V(itali) abbati et [mona]|chis sancti Ru[xo]rii salutem et apostolicam benedictionem. Quot mala, quot dispen[dia et]| discordia, qu[am] cum canonicis Pisane ecclesie usque ad hec tempora habuistis, utrique parti pervenerint [a]), vos ipsi melius cognovistis et paupertas monasterii vestri, quam pretenditis, deberet vos ab huiusmodi lite compesc[ere]. Accepimus autem, unde miramur, quod concordie(!), que utriusque p[artis] consensu in(?) nostra presentia [ere]cta fuit, stare re . . . . tius. Quia vero s[ervis?] dei litigare non convenit, sed orationibus et obsequiis divini . . . . . [Per apostolica] scripta vobis precipiendo mand[amus . . . . . biliter obser[v]etis. Alioquin . . . . . |. . . maneat impunita. — Dat. . . . . .

Or. Nr. 515, im Archivio Capitolare zu Pisa.

Perg. ital., br. 0,12, lang 0,105, unten 0,02 umgeschlagen, durch zwei Löcher ging die Schnur, welche mit dem Bleisiegel verloren. Faltung der Breven. Die Urkunde ist durch Feuchtigkeit auf der rechten Unterhälfte ganz zerstört und hat auch sonst stark gelitten.

Nr. 186.

Hadrian IV bewilligt der Kollegiatkirche San Frediano di Lucca die Vergünstigung, dass niemand in den ihr unterstellten Pfarren Kirchen ohne ihre Einwilligung erbauen dürfe.

1157—1159 Mai 24. Lateran.

Adrianus episcopus, servus servorum dei, dilectis filiis, Verno priori et ceteris

a) provenerint? — .1) Presbyter cardinalis tit. Calixti *oder* S. Grisogoni. 2) Presbyter cardinalis tit. S. Anastasiae, *oder* Iohannis et Pauli, *oder* Silvestri et Martini. 3) *Oberto, Erzbischof von Mailand, 1146—1166.* 4) *Vergl. auch die Urk. vom 22 September 1145.* 5) *Zur Zeitbestimmung dient die Urk. vom 9 Juni 1156. Vergl. die Urk. vom 5 Juli 1160—1176.*

Digitized by Google

canonicis sancti Fridiani, salutem et apostolicam benedictionem. Et iniuncti nobis a deo apostolatus honorificamus officium et in die messionis eterne sempiterne felicitatis premium expectamus, si religiosorum quieti attenta cura prospicimus et rationabilibus eorum petitionibus facilem prebemus assensum, presertim cum id, quod expetitur, et preceptis dominicis et sanctorum patrum consonat institutis. Eapropter, dilecti in domino filii, quieti vestre in posterum providere volentes, auctoritate apostolica constituimus, ut nulli omnino sine consensu vestro liceat, in parochia vestra vel in parochiis ecclesiarum, que regimini vestro sunt commisse, novas ecclesias in detrimentum vestrum edificare. Si quis autem hoc attemptare presumpserit et, secundo tertiove commonitus, presumptionem suam satisfactione congrua non correxerit, indignationem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli, apostolorum eius, se noverit incursurum. — Dat. Laterani, VIIII Kl. Iunii.

Abschrift vom 15 Jahrh. des Cod. Nr. 115 p. 66 und Nr. 40 p. 135, in der Bibl. Pubblica zu Lucca. Vergl. die Urk. 1099—1115 December 4, und das dort im Nachworte Gesagte. — Cod. Nr. 40 beginnt Iniuncti nobis *und bringt noch die an und für sich unmögliche Jahreszahl 1155 hinter dem Tagesdatum.*

Nr. 187.

Hadrian IV nimmt die Kollegiatkirche Santo Stefano di Malesine (D. Brescia) in apostolischen Schutz und betätigt ihre Besitzthümer und Rechte.

1159 Januar 14. Lateran.

Adrianus episcopus, servus servorum dei, dilectis filiis Manfredo, archipresbitero ecclesie sancti Stephani de Malesisini [1]), eiusque fratribus, tam presentibus quam futuris, canonice substituendis, IN PPM. Quociens illud a nobis petitur, quod racioni et honestati convenire dinoscitur, animo nos decet libenti concedere et petentium desideriis congruum impertiri suffragium. Eapropter, dilecti in domino filii, vestris iustis postulationibus clementer annuimus et prefatam ecclesiam, in qua divino mancipati estis obsequio, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus et presentis scripti privilegio communimus. Statuentes, ut, quascumque possessiones, quecumque bona eadem ecclesia in presentiarum iuste et canonice possidet aut in futurum concessione pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium seu aliis iustis modis deo propicio poterit adhipisci, firma vobis vestrisque successoribus et illibata permaneant. In quibus hec propriis duximus exprimenda vocabulis: capellam videlicet sancti Zenonis de Brancone [a]) cum decimis et possessionibus suis, capellam sancti Angeli cum pertinenciis suis, capellam sancti Nicolai, capellam sanctorum Sym(e)onis et Iude et sancti Iohannis evangeliste cum pertinenciis earum, modium quoque olei, quod ab arce ipsa rationabiliter annis singulis pro luminaribus debetis recipere. Prohibemus etiam, ut nemini liceat, in ecclesia ipsa vel hominibus et rebus ad eam pertinentibus exactiones indebitas exercere. Sepulturam quoque ipsius loci liberam esse omnino sancimus, ut eorum, qui se illic sepeliri deliberaverint, devocioni et extreme voluntati, nisi forte excommunicati vel interdicti sint, nullus obsistat, salva tamen iusticia parochialium ecclesiarum, de quibus corpora mortuorum assumuntur. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat, prefatam ecclesiam temere perturbare aut eius possessiones auferre vel ablatas retinere, minuere aut aliquibus vexacionibus fatigare, sed omnia integra conserventur eorum, pro quorum gubernacione et sustentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura, salva sedis apostolice auctoritate et diocesani episcopi canonica iustitia. Si qua igitur . . . inveniant. Amen. A-m. Amen.

(R) Ego Adrianus catholice ecclesie episcopus ss. (M)
† Ego Hymarius Tusculanus episcopus ss.
† Ego Hubaldus Hostiensis episcopus ss.
† Ego Iulius Prenestinus episcopus ss.
† Ego Bernardus Portuensis et sancte Rufine episcopus ss.
— † Ego Hubaldus presbiter cardinalis tit. sancte Crucis in Ierusalem ss.
† Ego Hastaldus presbiter cardinalis tit. sancte Prisce ss.
† Ego Iohannes presbiter cardinalis sanctorum Iohannis et Pauli tit. Pamachii ss.
† Ego Iohannes presbiter cardinalis tit. sanctorum Silvestri et Martini ss.
† Ego Ildebrandus presbiter cardinalis basilice XII Apostolorum ss.
† Ego Iohannes presbiter cardinalis tit. sancte Anastasie ss.

a) Brançono. — .1) *Malesine, Fraz. del com. di Verolanuova, in Lombardia, prov. die Brescia.*

Digitized by Google

† Ego Bonadies presbiter cardinalis tit. sancti Grisogoni ss.
† Ego Albertus presbiter cardinalis tit. sancti Laurentii in Lucina ss.
† Ego Guilielmus presbiter cardinalis tit. sancti Petri ad Vincula ss.
— † Ego Oddo diaconus cardinalis sancti Georgii ad Velum aureum ss.
† Ego Iacintus diaconus cardinalis sancte Marie in Cosmydyn ss.
† Ego Ardicio diaconus cardinalis sancti Theodori ss.
† Ego Boso diaconus cardinalis sanctorum Cosme et Damiani ss.
† Ego Cinthyus diaconus cardinalis sancti Adriani ss.
† Ego Petrus diaconus cardinalis sancti Eustachii ss.
† Ego Raymundus diaconus cardinalis sancte Marie in Via lata ss.

Dat. Laterani, per manum Rolandi, sancte Romane ecclesie presbiteri cardinalis et cancellarii. XVIIII Kl. Febr. Indictione VII. Incarnationis dominice anno MCLVIII. Pontificatus vero domni Adriani pape IIII anno quinto.

Transsumpt vom Jahre 1365, in der Bibl. Comunale zu Verona.

Perg. ital., br. c. 0,41, lang 0,755. Die Eigenheiten des Originals sind nachgebildet ausser in der Schrift vom Hauptkörper, Zeugen und Datirung, welche die gewöhnliche der Zeit ist.

Nr. 188.

† *Hadrian IV nimmt die Kirche San Michele in Poggio Imperiale di Firenze in apostolischen Schutz und bestätigt ihre Besitzthümer* [1]).

1159 Mai 1. Lateran.

[Adrianus episcopus, servus servorum dei . . . . . .] sancti Michaelis de Martura eiusque fratribus, tam presentibus quam futuris, regulariter substituendis, [in perpetuum]. . . . . consensum (!) ut fidelis devotio . . . . . filii vestris postulationibus clementer annuimus, et prefatum monasterium, in quo divino [estis obsequio mancipati], sub beati Petri et nostra protectione [a]) suscipimus. Statuentes, ut quascumque possessiones, quecumque bona idem monasterium in presentiarum iuste et canonice possidet, aut in futurum concessione pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium seu aliis iustis modis, prestante domino, poterit adipisci, firma vobis vestrisque successoribus et illibata permaneant. Possessiones siquidem et allodia, que ad ius monasterii vestri pertinere noscuntur, vobis auctoritate apostolica confirmamus. Decernentes, ut absque licentia abbatis eiusdem loci, qui pro tempore fuerit, et fratrum, ibi existentium, nullus ea recipere audeat vel quomodolibet retinere. Statuimus etiam, ut in allodio monasterii vestri ecclesiam vel hospitale seu aliquod edificium, quod in damnum monasterii esse debeat, vobis invitis et retinentibus, nullus edificare presumat, et si factum fuerit, irritum deducatur. Decernimus ergo, ut nulli hominum liceat, prefatum monasterium . . . usis omnimodis profutura, salva sedis apostolice auctoritate. Si qua . . . Cunctis autem . . . inveniant. Amen.

(R) [Ego] Adrianus catholice ecclesie episcopus ss. (M)
(†) Ego Gregorius Sabinensis episcopus ss.
† Ego Ubaldus Hostiensis episcopus ss.
† Ego Iulius Prenestinus episcopus ss.
† Ego Bernhardus Portuensis et sancte Rufine episcopus ss.
† Ego Iohannes presbiter cardinalis sanctorum Iohannis et Pauli tit. Pamachii ss.
† Ego Ildebrandus presbiter cardinalis basilice XII Apostolorum ss.
† Ego Oddo diaconus cardinalis sancti Georgii ad Velum aureum ss.
† Ego Iacinthus diaconus cardinalis sancte Marie in Cosmydyn ss.
† Ego Ardicio diaconus cardinalis sancti Theodori ss.
† Ego Boso diaconus cardinalis sanctorum Cosme et Damiani ss.

Data Laterani, per manum Hermanni, domni pape subdiaconi et scriptoris. Kl. Maii. Indictione VII. Incarnationis dominice anno MCLVIIII. Pontificatus vero domni Adriani pape IIII anno V.

Kopialurkunde des 15 Jahrh. (Bonifazio 1134), im Archivio di Stato zu Florenz.

Ob die Urkunde ganz zuverlässig ist, muss zweifelhaft erscheinen. Sie entspricht nicht den gewöhnlichen Privilegien Hadrians und ebenso wenig dem vorausgegangenen Innocenz II für das gleiche Kloster. Die Stilisirung ist namentlich in den Satzanfängen ungeschickt. Ein echtes Stück hat vorgelegen.

---

a) protestatione. . . .1) *Vergl. die Urk. vom Januar—Februar 1134. Nach dieser Urkunde zu schliessen, dürfte das Incipit gelautet haben:* Religiosis desideriis facilis est prebendus assensus, ut fidelis devotio celebrem sortiatur effectum. Proinde dilecte etc. *Es könnte aber auch mit:* Iustis postulationibus *begonnen sein.*

Digitized by Google

Nr. 189.

Hadrian IV überweist dem Kloster San Benedetto Po (D. Mantova) das römischem Rechte unterstellte Hospital Tutti i Santi (D. Mantova), wofür jährlich zwölf alte Denare Mailändisch an die Kurie zu entrichten sind [1]).

1159 Juni 25. Anagni.

Adrianus episcopus, servus servorum dei, dilectis filiis Gervasio, abbati monasterii sancti Benedicti supra Padum, eiusque fratribus, tam presentibus quam futuris, monasticam vitam professis, IN PPM. — | In apostolice sedis specula, divina disponente clementia, [constituti, ad] universum ecclesiarum corpus sollecitudinis nostre | curam ex iniuncto nobis a deo dispensationis officio nos oportet extendere et de illarum statu per nos | et filios nostros taliter cogitare, ne sevientium fluctuum et pravorum hominum, superveniente procella, opprimi debeant vel vastari, sed nostro (patrocinio) in melius auctore domino promoveri. Ceterum de illarum promotione, que ad ius beati Petri specialiter pertinent et sub nostra speciali tuitione consistunt, propensiori cu[ra] nos convenit cogitare et [a]) earum utilitatibus modis, quibus possumus, attentius providere. Huius itaque rationis intuitu provocati et vestris iustis postulationibus, dilecti in domino filii, benignum impertientes assensum, hospitale omnium sanctorum, in Mantuano territorio situm, quod iuris et proprietatis beati Petri existit, cum omnibus pertinentiis suis vobis vestrisque successoribus ordinandum disponendumque cum consilio quorundam fratrum nostrorum duximus concedendum, ut per sollicitudinem studium vestrum tam spiritualibus, quam temporalibus, iuvante domino, proficere debeat incrementis. Statuentes, ut monachos, conversos et familiares, ibi ponendi priorem, instituendi et transmutandi secundum regulam beati Benedicti et ordinem monasterii vestri liberam habeatis de cetero facultatem, salvo tamen proprietatis iure beato Petro et Romane ecclesie et censu duodecim denariorum veterum Mediolanensis monete, a vobis, vestris successoribus nobis nostrisque successoribus annis singulis persolvendo. Ut autem hec nostra concessio perpetuis temporibus inviolabiliter observetur, et nullius umquam temeritate valeat immutari, nos eam auctoritate apostolica confirmamus et presentis scripti privilegio communimus. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat, hanc paginam nostre concessionis et confirmationis ausu temeritatis infringere vel ei aliquatenus contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit et, secundo tertiove commonitus, presumptionem suam congrua satisfactione non correxerit, potestatis honorisque sui careat dignitate reumque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat et a sacratissimo corpore ac sanguine dei et domini, redemptoris nostri Iesu Christi, alienus fiat, atque in extremo examine districte ultioni subiaceat. Cunctis autem, eam servantibus, sit | pax domini nostri Iesu Christi, quatinus et hic fructum bone actionis percipiant et apud districtum iudicem premia eterne pacis inveniant. Amen. A-m. Amen. —

(R) Ego Adrianus catholice ecclesie episcopus ss. (M)
† Ego Hubaldus Hostiensis episcopus ss.
† Ego Bernardus Portuensis et sancte Rufine episcopus ss.
† Ego Galterius Albanensis episcopus ss. (I)
— † Ego Ildebrandus presbiter cardinalis basilicę XII Apostolorum ss.
— † Ego Odo diaconus cardinalis sancti Nicholai in carcere Tulliano ss.
† Ego Ardicio diaconus cardinalis sancti Theodori ss.
† Ego Boso diaconus cardinalis sanctorum Cosme et Damiani ss.
† Ego Petrus diaconus cardinalis sancti Eustachii iuxta templum Agrippe ss.

Dat. Anagnie, per manum Rolandi, sancte Romane ecclesie presbiteri cardinalis et cancellarii. VII Kl. Iulii. Indictione VII. Incarnationis dominice anno MCLVIIII. Pontificatus vero domni ADRIANI pp. IIII anno quinto.

Or. im Archivio di Stato zu Mailand.

Perg. ital., br. 0,52, lang 0,65, unten 0,024 umgeschlagen, durch zwei Löcher ging die Schnur, welche mit dem Bleisiegel verloren. Faltung der Bullen. Ringkreuz und E *der Unterschrift von dunklerer Dinte, wohl der gleichen des* R *Rolands in der Datirung oder der Diakonen Ardicio und Boso. Die übrige Unterschrift Hand und Dinte für sich, Umschrift und Datirung ausser* R *von der hellgrauen Dinte des Hauptkörpers. Die Zeugenfirmen, ausser Ardicio und Boso, von rothbrauner Dinte und offenbar der nämlichen Hand, diese beiden von dunkelgrauer Dinte und unter sich abermals gleicher Hand, nur das † Ardicios theilweise mit der rothbraunen gemacht, offenbar hat der erste Schreiber ein Kreuz für einen anderen Diakonen eingetragen, dessen Firma dann aber nicht folgte, worauf der zweite Schreiber dasselbe für Ardicio umänderte.*

a) in. — .1) *Vergl. die Urk. vom 13 Juni 1151.*

Digitized by Google

Nr. 190.

Alexander III befiehlt dem Erzbischofe von Tarragona, dem Erzbischofe von Toledo als Primaten zu gehorchen und dafür zu sorgen, dass seine Suffragane ein gleiches thun [1]).

1159—1160.

Alexander episcopus, servus servorum dei, venerabili fratri, Tarraconensi archiepiscopo [2]), salutem et apostolicam benedictionem. Qui gaudent, inferiores sibi esse subiectos, superioribus suis debitam obedientiam non debent subtrahere aut reverentiam denegare etc. Per apostolica scripta mandamus, quatenus eidem archiepiscopo Toletano tanquam primati tuo debitam obedientiam et reverentiam sine aliqua molestia et contradictione exhibeas, promittas et a sufraganeis tuis facias exhiberi aut per te vel per responsalem suficientem infra sex menses post harum susceptionem et super hoc etc.

Abschrift, Cod. C. 23 fol. 87b, in der Bibl. Vallicelliana zu Rom.
Dazu ist bemerkt: In registro Alexandri libro I, *woraus sich die Datirung ergiebt.*

Nr. 191.

Alexander III befiehlt dem Erzbischofe von Braga, dem Erzbischofe von Toledo als Primaten bei Strafe zu gehorchen [3]).

1159—1160.

Alexander episcopus, servus servorum dei, venerabili fratri, archiepiscopo Bracharensi [4]), salutem et apostolicam benedictionem. Si, quanta sit obedientiae virtus, debita vigilantia cogitares et, quantum ipsa utilitatis afferat intenta curares solicitudine concupiscere etc. nequitiam presumtionis tuę aut contumacię ulterius corrigaris [a]). Fraternitati tuę per apostolica scripta mandamus, quatenus prefato fratri nostro, archiepiscopo Toletano [5]), cui in toto Hispaniae regno confirmavimus apostolica auctoritate primatum, debitam reverentiam tanquam primati tuo et omnimodam subiectionem impendas, etiam et nisi ad prefatum archiepiscopum cum omni humilitate accesseris et ei de cetero curaveris obedire, ab omni pontificali officio te iubemus esse suspensum et omnes suffraganeos tuos ab obedientia personę tuę absolvimus etc.

Abschrift, Cod. C. 23 fol. 83b, in der Bibl. Vallicelliana zu Rom.
Dazu ist vermerkt: In registro Alexandri III lib. I, *woraus sich die Datirung ergiebt.*

Nr. 192.

Alexander III befiehlt dem Erzbischofe von Braga und dessen Suffraganen, dem Erzbischofe von Toledo als Primaten zu gehorchen [6]).

1159—1160.

Alexander episcopus, servus servorum dei, venerabili fratri, archiepiscopo Bracharensi, et eius suffraganeis salutem et apostolicam benedictionem. Cum sit dignum et conveniens, quod subditi prelatis suis humiliter deferant et debitam eis studeant obedientiam et reverentiam exhibere etc., per iterata vobis scripta mandamus et mandando precipimus, quatenus iam dicto archiepiscopo [7]) et eatenus successoribus eius iure primatiae debitam obedientiam, omni contradictione et appellatione remota, infra duos menses post harum susceptionem humiliter impendatis honoribus pervenire. Sin autem etc.

Abschrift, Cod. C. 23 fol. 84, in der Bibl. Vallicelliana zu Rom.
Dazu ist vermerkt: In registro Alexandri III lib. I, *woraus sich die Datirung ergiebt.*

Nr. 193.

Alexander III bestätigt dem Prior Verno von San Frediano di Lucca den Besitz von Sant' Andrea di Carrara (D. Luna) und andere Güter [8]).

1160 December 21. Anagni.

ALEXANDER episcopus, servus servorum dei, dilecto filio VERNO, priori ecclesie sancti Fridiani, salutem et apostolicam benedictionem. Que a fratribus nostris episcopis

a) corrigeres? — .1) *Vergl. die Urk. von 1153—1154 und die vom 25 April 1186—1187.* 2) *Bernard Tord, Erzbischof von Tarragona, 1146—1163.* 3) *Vergl. die Urk. 1153—1154 und vom 26 Februar 1160—1176.* 4) *Johannes Peculiaris, Erzbischof von Braga, 1138—1175.* 5) *Johannes II, Erzbischof von Toledo, 1151—1166.* 6) *Vergl. die vorige Urkunde.* 7) *Erzbischof von Toledo, damals Johann II.* 8) *Vergl. die Urk. vom 11 Juni 1154 und Jaffé, Reg. 7150.*

Digitized by Google

maxime pro religione statuenda vel reparanda pia et rationabili | providentia fiunt, in sua volumus stabilitate persistere et, ut futuris observentur temporibus, auctoritatis nostre munim(in)e roborare. Quocirca, dilecte in domino fili, V(erne) prior, tuis iustis postulationibus benignum impertientes assensum, concessionem baptismalis ecclesie sancti Andree de Carraria cum capellis suis, hospitale de monte Furca cum capella sancti Syxti et capella sancti Pancratii et ceteris pertinentiis suis atque omnibus bonis et possessionibus eiusdem plebis, que in presentiarum iuste et canonice possidet aut in futurum rationabilibus [a]) modis deo propitio poterit adipisci, quam Gottifredus [1]), quondam Lunensis episcopus, ad predecessorem nostrum sancte recordationis EUGENII pape consultatione prius facta et [2]), ipsius precedente assensu, Petro, quondam priori sancti Fridiani, et per eum eidem ecclesie, cui deo auctore prees, religionis intuitu fecisse et scripti sui pagina roborasse dignoscitur, quemadmodum a iam dicto episcopo constitutum est, tibi tuisque successoribus auctoritate sedis apostolice confirmamus et concessionem ipsam perpetuis temporibus ratam et inconvulsam decernimus permanere. Preterea hospitale, quod in capite paludis situm est, cum capella sancti Leonardi, decimis et aliis pertinentiis suis et viginti iugera terre in [ea]dem palude, sex iugera [b]) in Broilo, duo in Lavandario, et Cafagium iuxta predictam plebem, que ad ius et proprietatem iam dicti episcopi pertinentia memorate plebi sancti [c]) Andree pro sustentatione fratrum, inibi domino famulantium, devotionis intuitu contulit, eidem plebi pariter confirmamus, salva Lunensis episcopi [3]) et ecclesie sue, sicut in scripto eiusdem episcopi continetur, debita reverentia. Nulli ergo omnino hominum fas sit, concessionem ipsam ausu temeritatis infringere seu quibuslibet molestiis perturbare. Si qua igitur in futurum ecclesiastica secularisve persona, huius nostre confirmationis [d]) paginam sciens, contra eam venire temptaverit, secundo tertiove commonita, nisi presumptionem suam congrua satisfactione correxerit, clericus ecclesiastico | beneficio, laicus vero christiana communione privetur.

(R) Ego Alexander catholice ecclesie episcopus ss. (M)
† Ego Hubaldus Hostiensis episcopus ss.
† Ego Bernardus Portuensis et sancte Rufine episcopus ss. (3)
— † Ego Hubaldus presbiter cardinalis tit. sanctę Crucis in Ierusalem [e]) ss. (1)
† Ego Astaldus presbiter cardinalis tit. sancte Prisce ss. (1)
† Ego Iohannes presbiter cardinalis tit. sanctę ANASTASIĘ ss. (1)
— † Ego Oddo diaconus cardinalis sancti Georgii ad Velum aureum ss.
† Ego Iacintus diaconus [f]) cardinalis sancte Marię in Cosmydyn ss.
† Ego Ardicio diaconus cardinalis sancti Theodori ss.
† Ego Petrus diaconus cardinalis sancti Eustachii iuxta templum Agrippe ss.
† Ego Iohannes diaconus cardinalis sanctę Marię in porticu ss. (1)

Dat. Anagnie, per manum Hermanni, sancte Romane ecclesie subdiaconi et notarii. XII Kl. Ian. Incarnationis dominice anno MCLX. Pontificatus vero domni ALEXANDRI pp. tertii anno secundo.

Or. (Prunk-Mittelbulle) (S. Frediano 21 Dic. 1160), im Archivio di Stato Lucca.

Perg. ital., br. 0,495, lang 0,545, unten 0,02 umgeschlagen, durch zwei Löcher ging die Schnur, welche mit dem Bleisiegel verloren. Faltung der Bullen. Alexander *in der ersten Zeile gestreckte Buchstaben,* Verno *ebendort halblange,* Eugenii *im Konscripte noch etwas kürzere. Schrift etwas vergrösserte Brevenminuskel,* privetur *schliesst in Mitten der Linie, Amen fehlen. Ringkreuz und* E *sind von etwas anderer Dinte geschrieben als Umschrift und Inschrift. Datirung vom Konscriptschreiber,* H *Hermanns zeigt etwas abweichende Dinte. Selten deutlich erweisen sich die ersten beiden Presbyter und die 5 Diakonen von gleicher Hand ausgeführt, fast gar nicht individualisirt; von ihr werden auch die anderen 3 Signaturen herrühren, deren Dinte dieselbe.*

Nr. 194.

Alexander III nimmt das Kloster Santa Maria della Pomposa (D. Comacchio) in apostolischen Schutz und bestätigt seine Besitzthümer und Rechte, wofür es jährlich drei Silbersolidi zu entrichten hat [4]).

1160 December 21. Anagni.

Alexander episcopus, servus servorum dei, dilectis filiis Ioanni, abbati monasterii sanctae Mariae, quod in insula Pomposia situm est, omnibusque fratribus, tam presentibus

a) r *auf Rasur* b) *im* e *korrigirt* c) i *auf Rasur* d) f. . . ma *auf Rasur* e) I *aus* e *korrigirt* f) *auf Rasur.* — .1) *Gottfried, Bischof von Lucca, 1089 — c. 1098.* 2) *Vergl. Jaffé, Reg. 6581.* 3) *Sant' Andrea gehörte zum Sprengel von Luna.* 4) *Vergl. die Urk. vom 16 December 1143.*

Digitized by Google

quam futuris, [regulariter substituendis,] in perpetuum. Effectum iusta postulantibus indulgere, vigor ęquitatis et ordo exigit rationis, presertim quando petentium voluntatem et pietas adiuvat et veritas non relinquit. Eapropter, dilecti in domino filii, vestris iustis postulationibus clementer annuimus et predecessorum nostrorum, felicis memorie Celestini [1]), Eugenii, Anastasii et Adriani, Romanorum pontificum, vestigiis inherentes, beatę dei genitricis semperque virginis Marię Pomposianum monasterium, in quo divino mancipati estis obsequio, sub beati Petri et nostra protectione suscepimus et presentis scripti privilegio communimus. Statuentes, ut quascumque possessiones, quęcumque bona in presentiarum iuste et canonice possidet aut in futurum concessione pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium seu aliis iustis modis, procurante domino, poterit adipisci, firma vobis vestrisque successoribus et illibata permaneant. In quibus hęc propriis duximus exprimenda vocabulis: videlicet massacellam integram, quę vocatur Materaria [a]), et massam quę vocatur Mauseuli [b]) integram, et fundum unum integrum qui vocatur Casale publicum, massam quę vocatur Nepoti, et massam quę vocatur Caput bovis, terram et vineam, sicuti modo vos habetis et tenetis iure beati Petri apostoli, nec non et ripam fluminis Alemonis ex utrisque partibus iuxta massam quę vocatur Prata, extendente ipsa ripa ab Agagiolo usque ad campum Beduli, terram (et) vineam iuxta muros civitatis Ravennę cum turre Umbratica [c]) in integrum, a posterula Augusti usque ad portam Laurensem [d]), hortum unum integrum in loco pontis Calciati in regione sancti Andreę a duobus lateribus, iura ipsius sancti Andreę, a reliquis duobus (lateribus) via publica, massam integram, quę vocatur Lacus sanctus [e]), cum omnibus rebus et pertinentiis suis, cum plebe, capellis ac titulis ipsius, id est sanctę Marię, sancti Martini, sancti Petri et sancti Venantii, cum decimis et primitiis et cum omnibus ordinationibus suis, et cum piscaria quę vocatur Tidinii [f]), et fossa archipresbiteri, et piscaria quę vocatur Falce, cum loco qui vocatur Montigello [f]), Lacus siccus cum ripis fluminis Padi et Gauri [g]) ex utrisque partibus usque ad mare, et a loco Conchę Aghate [h]) ex una parte usque ad mare, cum loco integro qui dicitur Massenzatica, inter affines [i]) de toto loco ac territorio Massę quę vocatur Lacus sanctus [k]), ab uno latere fossa molendini de volta Lateroli [l]), descendente in Aquiliolo, et a fluvio Tribba usque in Eliam, et per paludem usque in mediam Curbam, et ultra Curbam usque Padum, et ultra Padum usque ad Gazum [m]) episcopii sanctę Comaclensis ecclesię, inde usque ad fluvium qui vocatur Cessi [n]), ab alio latere cursus descendens in Concham Agatulę, et per ipsam in Gaurum, a tertio latere palus quę pergit inter rivum Angeli et Massenzaticam usque Monticellum et Vedetosa(m), currente(m) in Padum, a quarto latere Vaculinus et ager malus et Callis de Vincareto, pergentem in Laterclum. Insuper concedimus vobis piscariam integram, que vocatur Volana, cum rivo Badalino et Gavalena maiore, ad ipsam piscariam pertinente, cum porticellis ex utrisque partibus, sicut olim intraverunt in mare, eidem similiter pertinentes. Hęc nimirum omnia vobis vestrisque successoribus legitimis et fratribus, religiose viventibus, perpetuo habenda concedimus, ita sane, ut a vobis singulis quibuscumque annis pensionis nomine tres argentei solidi [o]), difficultate postposita, nobis nostrisque successoribus persolvatis. Ad hęc auctoritate apostolica constituimus, ut locus ipse [p]) aut res, ad eum pertinentes, nulli ecclesiasticę personę nisi tantum Romanis pontificibus debeant subiacere [2]). Chrisma vero et oleum sanctum a Comaclensi accipietis episcopo, si catholicus fuerit et sine pravitatis exactione gratis vobis dare voluerit; sin autem, pro eisdem sacramentis accipiendis ad quemcumque catholicum malueritis episcopum recurratis. Benedictionem quoque abbatis, monachorum vestrorum ordinationes et consecrationes altarium monasterii vestri et eorum, quę in massa Lacus sancti sunt, a quo volueritis, catholico episcopo suscipere, licentiam habeatis, qui, apostolicę sedis fultus auctoritate, quod postulatur, indulgeat. Mansuro etiam decreto statuimus, ut neque tu, dilecte in domino fili abbas, neque aliquis successorum tuorum ad cuiuslibet episcopi synodum pergere compellatur, nisi a Romano pontifice vel legato eius fuerit invitatus. Ad hec adicientes decernimus, ut nulli [q]) archiepiscopo [q]), nulli episcopo liceat, monasterio vestro gravamen inferre nec in ipso aut

---

a) Mazerraria *II* b) Macesenli *I* c) Umbriatica *II* d) *in Cölestin II:* Taurensem e) Lacus sanctis *I* f) *so in II, in I:* Cidni, et fossa archipresbiteri, et piscaria que vocatur Montigello g) Gaudi *I* h) Conde Agathe *I* i) fines *II* k) Lacus sancti *I* l) Lateralli *II* m) Gagium *II* n) Cerri *II* o) argentos solidos *I* p) ipsum *II* q) *fehlt in II.* — .1) *Urk. vom 16 December 1143.* 2) *Diese ganze Bestimmung fehlt noch in der Urk. Cölestins II.*

Digitized by Google

eius rebus potestatem exercere. Nulli autem mortalium facultas sit, preter abbatis et fratrum monasterii voluntatem colonos seu villanos, famulos aut famulas, ad ipsum monasterium pertinentes, aut de cellis, villis, castris seu plebibus fodrum extorquere aut alias exactiones inferre, sed semper apostolicę sedis tuitione foveamini et, si necesse fuerit, audientię conservemini. Decernimus ergo, ut nulli omnino liceat, prefatum monasterium . . . usibus omnimodis profutura, salva sedis apostolicę auctoritate. Si qua in futurum ecclesiastica secularisve persona, hanc nostrę constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundo tertiove commonita, nisi presumptionem suam digna satisfactione correxerit, potestatis . . . Cunctis autem eidem loco sua iura . . . inveniant. Amen.

(R) Ego Alexander catholicę ecclesie episcopus ss. (M)
† Ego Hubaldus Hostiensis episcopus ss.
† Ego Bernardus Portuensis et a) sancte Rufine episcopus ss.
† Ego Hubaldus presbiter cardinalis tit. sancte Crucis in Ierusalem ss.
† Ego Astaldus presbiter cardinalis tit. sancte Prisce ss.
† Ego Iohannes presbiter cardinalis tit. sancte Anastasię ss.
† Ego Oddo diaconus cardinalis sancti Georgii ad Velum aureum ss.
† Ego Iacinthus diaconus cardinalis sancte Marie in Cosmydyn ss.
† Ego Ardicio sancti Theodori diaconus cardinalis ss.
† Ego Petrus diaconus cardinalis sancti Eustachii iuxta templum Agrippę ss.
† Ego Iohannes diaconus cardinalis sanctę Marię in Porticu ss.

Dat. Anagnie, per manum Hermanni, sancte Romane ecclesie subdiaconi et notarii. XII Kl. Ianuarii. Indictione IX. Incarnationis dominice anno MCLX. Pontificatus vero domni Alexandri pape tertii anno II.

Zwei Abschriften des 18 Jahrh., im Archivio di Stato zu Modena.

Nr. 195.

† Alexander III verwilligt Kirche und Volk von Oritano, dass der Erzbischof von Brindisi sie nicht in ihren Vorrechten beeinträchtigen dürfe [1]*).*

1160 December 24. Lateran.

Alexander episcopus, servus servorum dei, dilectis filiis, capitulo Oritanae ecclesiae et reliquo clero et populo eiusdem civitatis, salutem et apostolicam benedictionem. Venientes ad praesentiam nostram dilecti filii, archidiaconus et quidam canonici ecclesiae vestrae et nobiles viri Paganus de Benevento, Leo atque Gilbertus milites et barones civitatis vestrae ex parte sua, et vestra nobis viva voce diligenter intimarunt, quod antecessores vestri, fratres nostri archiepiscopi, chrisma uno anno Oriae, altero Brundusii conficiebant, clericos et canonicos vestri capituli numquam in Brundusina ecclesia vindicabant, sed in Oritana et per ipsos antecessores et eorum vicarios vindicabantur. Praebendas et alia beneficia ecclesiastica in ipsa servientibus tribuebant, canonicos autem non faciebant, nisi de illis, qui Oriae residebant, unde, quia memoratus archiepiscopus praescriptam consuetudinem vobis asserebat non servari, ideo per praesentes mandamus, ut ea vobis et ecclesiae vestrae studeat inviolabiliter observare et contra ea non facere nec venire. — Datum Rome apud sanctum Iohannem Lateranum. IX Kal. Ianuar. MCLX. Pontificatus nostri anno II.

Abschrift des Codex dipl. ecclesiae Brundusinae, im Archivio Capitolare zu Brindisi.

Die Datirung ist in ihrer jetzigen Form nicht ursprünglich, der Ort passt auch nicht zu den Zeitangaben; ebenfalls ist das Konscript schwerlich ganz in Ordnung. Im 16 Jahrhundert als die Kirche von Oria von Brindisi getrennt werden wollte, scheinen hüben und drüben Schriftstücke gefälscht zu sein. An Alexander IV, 1255, dürfen wir doch wohl kaum denken.

---

a) tit. — .1) *Die Abschrift dieser Urkunde verdanke ich Herrn Arcidiacono Giovanni Tarantini zu Brindisi. — Vergl. die Urkunden vom 2 August 1144 und 20 Oktober 1173—1174.*

Digitized by Google

Nr. 196.

Alexander III berichtet dem Kapitel von Westminster in London, dass er König Eduard unter die Heiligen aufgenommen habe [1]).

1161 c. Februar 7. Anagni.

Alexander episcopus, servus servorum dei, dilectis filiis, Laur(entio) abbati et universo capitulo Westminstrensi, salutem et apostolicam benedictionem. Illius devotionis constantiam et fidei firmitatem, quam circa matrem vestram, sacrosanctam Romanam ecclesiam, exhibetis, diligentius attendentes, in id propositi et voluntatis adducimur, ut vos, sicut karissimos et speciales [a]) ecclesie filios, sincera caritate in domino diligamus, propensius honoremus et postulationes vestras, quantum cum deo possumus, libenti animo admittamus. Inde utique fuit, quod super petitione, quam de Eduardo, glorioso quondam rege Anglorum [2]), canonizando et in sanctorum cathalogo asscribendo, tam karissimus in Christo filius noster H(einricus), illustris Anglorum rex, quam vos ipsi, nobis instantius porrexistis, sollicitam cum fratribus nostris [b]) deliberationem habentes, libro miraculorum inspecto, que, dum in carne mortali viveret et postquam de presenti seculo est assumptus, omnipotens dominus per suam misericordiam declaravit, visis etiam litteris antecessoris nostri, pie recordationis Innocentii pape, vestris quoque testimoniis, inde receptis, quamvis negotium tam arduum et sublime non frequenter nisi in sollempnibus conciliis soleat de more concedi, de communi tamen fratrum nostrorum consilio, iuxta votum et desiderium predicti filii nostri regis ac vestrum, corpus ipsius confessoris ita glorificandum censuimus et debitis preconiis honorandum [c]) in terris, sicut eundem confessorem dominus per suam gratiam glorificavit in celis, ut [d]) videlicet inter sanctos confessores de cetero numeretur, quod hoc ipsum aput deum signis meruit et virtutibus optinere. Quia igitur decet honestatis vestre prudentiam, eum pie colere et toto studio venerari, quem auctoritate apostolica venerandum vestra postulavit devotio et colendum, universitatem vestram per apostolica scripta monemus et exhortamur in domino, quatenus ita eum deinceps studeatis debitis exequiis [e]) honorare, ut ipsius intercessionibus aput districtum iudicem mereamini veniam optinere et gloriosum in eterna beatitudine premium invenire.

Abschrift vom 13 Jahrh. des Cod. Vat. 6024 p. 151b, in der Bibl. Vaticana zu Rom.

Nr. 197.

Alexander III bestätigt dem Domkapitel von Genua verschiedene Besitzungen [3]).

1161 Juli 14. Palestrina.

Alexander episcopus, servus servorum dei, dilectis filiis, Oberto preposito, Hugoni archidiacono et universis canonicis ecclesie sancti Laurentii Ianuensis, salutem et apostolicam benedictionem. Iustis petentium desideriis dignum est facilem prebere consensum et vota, que a rationis tramite non discordant, effectu sunt prosequente complenda. Eapropter, dilecti in domino filii, vestris iustis postulationibus grato concurrentes assensu, concessionem et donationem de omnibus decimis eorum, qui habitant et habitaverunt in civitate Ianuensi, in castro quoque et burgo atque suburbio eiusdem civitatis, a venerabili fratre nostro S(yro), Ianuensi archiepiscopo [4]), canonice vobis factam, sicut eas rationabiliter possidetis, quecumque etiam bona in futurum iuste et legitime deo propicio poteritis adipisci, vobis et per vos ecclesie vestre auctoritate sedis apostolice confirmamus. Illis utique decimis exceptis, quas antecessor noster, felicis memorie Innocentius papa et predecessores eiusdem archiepiscopi aliis ecclesiis pietatis intuitu contulerunt. Ita quidem, ut, sicut in scripto predicti archiepiscopi exinde facto continetur, ipse decime vobis vestrisque successoribus et nunciis vestris date et consignate sint et non in alienis partibus transmutate, salvis utique privilegiis a Romana ecclesia aliis ecclesiis eiusdem civitatis indultis. Adicimus etiam, ut non liceat de cetero,

---

a) carissimos fratres et speciales *Jaffé, Reg. 7160* b) *fehlt, aber J. 7160* c) adorandum *J. 7160* d) unde *J. 7160* e) obsequiis *J. 7160.* — 1) *Vergl. Jaffé, Reg. 7160.* 2) *Edward der Bekenner lag in Westminster begraben; vergl. auch Reuter Alexander III, I S. 179.* 3) *Vergl. die Urk. vom 9 September 1184—1185.* 4) *Syrus II, Erzbischof von Genua, 1130—1163.*

Digitized by Google

consulibus vel populo civitatis aut cuilibet hominum, aliquam possessionem ecclesie vestre absque voluntate prepositi, archidiaconi et aliorum fratrum accipere vel aufferre aut alicui dare. Statuimus, ut nulli omnino hominum liceat, hanc paginam nostre confirmationis infringere vel ei aliquatenus contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit . . . Servantibus autem . . . inveniant.

(R) Ego Alexander catholice ecclesie episcopus ss. (M)
† Ego Hubaldus Hostiensis episcopus ss.
† Ego Bernardus Portuensis et sancte Rufine episcopus ss.
† Ego Gualterius Albanensis episcopus ss.
† Ego Iohannes presbiter cardinalis sanctorum Iohannis et P(auli) tit. Pamachii ss.
† Ego Iohannes presbiter cardinalis tit. sancte Anastasie ss.
† Ego Oddo diaconus cardinalis sancti Georgii ad Velum aureum ss.
† Ego Iacintus diaconus cardinalis in Cosmydyn ss.
† Ego Petrus diaconus cardinalis sancti Eustachii iuxta templum Agrippe ss.
† Ego Milo diaconus cardinalis sancte Marie in Aquiro ss.

Dat. Preneste, per manum Hermanni, sancte Romane ecclesie subdiaconi et notarii. II Idus Iulii. Indictione VIIII. Incarnationis dominice anno MCLXI. Pontificatus vero domni Alexandri pape III anno secundo.

Abschrift der Misc. di Stor. Ligur V p. 186, in der Bibl. Civica zu Genua.
Das Original dieser Urkunde ist offenbar eine Prunk-Mittelbulle.

Nr. 198.

Alexander III schreibt dem Klosterkonvente von Nonantola (D. Modena), er soll den Zehnten der Kirche von San Michele zurückerstatten, welchen er zurückhalte, oder sich vor dem Erzpriester von Bologna und dem Prior von San Vittore verantworten.

1161 Juli 15. Palestrina [1]).

Alexander episcopus, servus sevorum dei, dilectis filiis .abbati [2]) et monachis Nonantulane | [ec]clesie, salutem et apostolicam benedictionem. Recepimus querelam archipresbiteri et clericorum sancti Micha|elis de Non[antula, quod] decimam cuiusdam loci, qui dicitur Spera[ta(?)], et Pampelose et Saleti et Crepacoris contra iustitiam detinetis. Quoniam igitur iura clericorum ipsorum negli[g]ere nec possumus nec debemus, discretioni vestre per apostolica scripta precipiendo mandamus, q[uate]nus prescriptam decimam memoratis archipresbitero et clericis in[f]ra trigint[a dies post harum] susceptionem restituatis et in pace dimitta[tis aut?] sub exami[ne religioso]rum [vir]orum Bononiensis archipresbiteri et prio|ris sancti Vict[oris iu]stitie plenitudinem exhibere, non differatis. — Dat. | Preneste, Idus Iulii.

Or. im Archivio della mense abbaziale zu Nonantola.
Perg. ital., durch Feuchtigkeit und Mäusefrass beschädigt, br. 0,148, lang 0,103, unten 0,008—0,01 umgeschlagen, durch 2 Löcher geht die Hanfschnur, deren Bleisiegel verloren. Faltung der Breven.

Nr. 199.

Alexander III bestätigt dem Bischofe Nuclerius von Anagni die Besitzthümer seiner Kirche, welche er in apostolischen Schutz nimmt [3]).

1161 September 24. Terracina.

Alexander episcopus, servus servorum dei, venerabili fratri Nuclerio, Anagnino episcopo, eiusque successoribus canonice promovendis, IN PPM. | In eminenti apostolice sedis specula, disponente domino, constituti, fratres nostros episcopos, tam vicinos quam longe positos, diligere et ecclesiis, quibus domino militare | noscuntur, suam debemus iustitiam conservare. Eapropter, venerabilis in Christo frater episcope, tuis iustis postulationibus clementer annuimus et beate dei genitricis semperque virginis Marie Anagninam ecclesiam, cui deo auctore preesse dinosceris, ad exemplar predecessorum nostrorum, felicis memorie URBANI, PASCALIS, CALISTI secundi et ADRIANI, Romanorum

1) *Unfern Rom.* 2) *Albert II, Abt von Nonantola, 1154—1178.* 3) *Vergl. die Urk. vom 30 September 1155; auch: F. Sforza, Istoria d'Anagni p. 107.*

Digitized by Google

pontificum, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus et presentis scripti privilegio communimus. Statuentes, ut quascumque possessiones, quecumque bona eadem ecclesia in presentiarum iuste et canonice possidet aut in futurum [rationabilibus m]odis deo propitio poterit adipisci, firma tibi tuisque successoribus et illibata permaneant. In quibus hec propriis duximus [exprim]enda vocabulis: ius videlicet spirituale quod in Anagnina civitate habetis, et ius spirituale quod habetis in oppido Anticulo, Portiano, Acuto, Pilleo, Pulliano, Vicomorricino cum omnibus pertinentiis suis, Carpineta, Recineta, Prunio, Monte longo, Gorga, et illud quod in monasterio d[e Villa magn]a vobis concessimus, sicut in scripto a nobis exinde facto [1]) noscitur contineri; illud etiam, quod per sententiam a predecessore nostro, bone [memorie] ADRIANO pape, in eodem monasterio de Villa magna vobis est reservatum, ius spirituale quod habetis in Sculcula, Vitaliano, Moru[lo et Mo]nte de gravi, et quecumque in predictis locis tam spiritualia, quam temporalia habetis aut in futurum rationabiliter habere poteritis; Trevensen quoque ecclesiam tibi tuorumque successorum iuri, sicut a nostris antecessoribus statutum est, perpetua firmatione contradimus cum omnibus, que ad eam pertinere iuste videntur, municipiis, id est Valle petrarum, Filettino, Genne, Colle altulo, monte Antolino, monte Porcario, et quicquid spirituale vel temporale in eisdem locis habetis aut iuste habere poteritis. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum [liceat], prefatam ecclesiam . . . vestris et aliorum, pro quorum gubernatione et sustentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura, salva sedis apostolice auctoritate. Si qua igitur . . . Cunctis autem . . . inveniant. Amen. A-m. Amen.

(R) Ego Alexander catholice ecclesie episcopus ss. (M)
† Ego Hubaldus Hostiensis episcopus ss.
† Ego Iulius Prenestinus episcopus ss.
† Ego Bernardus Portuensis et sancte Rufine episcopus ss.
† Ego Gualterius Albanensis episcopus ss. (1)
— † Ego Iohannes presbiter cardinalis tit. sancte Anastasie ss. (2)
† Ego Albertus presbiter cardinalis tit. sancti Laurentii in Lucina ss. (1)
— † Ego Odo diaconus cardinalis sancti Georgii ad Velum aureum ss.
† Ego Ardicio diaconus cardinalis sancti Theodori ss. (4)

Dat. Terracine, per manum Hermanni, sancte Romane ecclesie subdiaconi et notarii. VIII Kl. Octubr. Indictione X. Anno dominice incarnationis MCLXI. Pontificatus vero domni Alexandri pp IIIᵗⁱⁱ anno IIIᵗⁱᵒ.

Or. und Abschrift des Bullarium saec. XIV p. 50, im Arch. Capitolare zu Anagni.

Or., Perg. ital., br. 0,52, lang 0,56, unten c. 0,028 umgeschlagen, durch 2 Löcher geht die ursprünglich rosa Seidenschnur, deren Bleisiegel verloren. Faltung der Bullen. Ueber die Um- und Unterschrift nichts Sicheres. Das H *Hermanns in der Datirung wohl nachgetragen. Die Zeugenfirmen meistens von gleicher Hand und Dinte, Odo steht hinter dem Monogramme mit der Papstunterschrift auf gleicher Höhe.*

Nr. 200.

Alexander III nimmt das Kloster San Michele a Quiesa (D. Lucca) in apostolischen Schutz und bestätigt ihm seine Besitzthümer und Rechte.

1162 März 10. Genua.

Alexander episcopus, servus servorum dei, dilectis filiis Iohanni, abbati ecclesiae sancti Michahelis de Quiesa [2]), eiusque fratribus tam presentibus, quam futuris monasticam vitam professis, IN PPM. — | Religiosam vitam eligentibus apostolicum convenit adesse presidium, ne forte cuiuslibet temeritatis incursus aut eos a proposito revocet aut robur, quod absit, sacre religionis infringat. Eapropter, | dilecti in domino filii, vestris iustis postulationibus clementer annuimus, et prefatum monasterium, in quo divino mancipati estis obsequio, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus et presentis scripti privilegio communimus. Statuentes, ut quascumque possessiones, quecumque bona idem monasterium in presentiarum iuste et canonice possidet aut in futurum concessione pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium seu aliis iustis modis, prestante domino, poterit adipisci, firma vobis vestrisque successoribus et illibata per-

1) *Ist nicht erhalten, nur ein Breve an das Kloster gerichtet, Anagni III Kl. April. Or.* 2) *Quiesa, Frazione del com. di Viareggio, prov. di Lucca. La contessa Villa, figlia del marchese Ugo Salvio e moglie di un conte Arduino, eresse quivi un monastero di Benedettini sotto il titolo di San Michele a Quiesa.*

Digitized by Google

maneant. In quibus hec propriis duximus exprimenda vocabulis: castrum de Quiesa cum pertinentiis suis, hospitale iuxta prefatum monasterium situm cum possessionibus suis, ecclesiam sancti Angeli in campo cum decimis et pertinentiis suis, et alias possessiones quas ibidem habere noscimini, ecclesiam sancte Marie de Schiava cum decimis et possessionibus suis, et alias possessiones quas ibi habetis, ecclesiam sanctorum Iusti et Clementis cum decimis et possessionibus suis, ecclesiam sancti Nicholai in castro de Sala sitam cum decimis et possessionibus suis, (et) alias possessiones quas ibidem habetis, hospitale iuxta ecclesiam sancti Salvatoris positum cum possessionibus suis, quicquid habetis in Monteclo et in confinibus suis, quicquid habetis in Bozano, quicquid habetis in Chiatri, quicquid habetis in Noceto, quicquid habetis in Monte, quicquid habetis in Magiano, quicquid habetis in villa que dicitur Nave, et quicquid habetis in confinibus pontis Marchionis, quicquid habetis in burgo Plozani, quicquid habetis in Urbiciano, quicquid habetis in Massaciuculi, quicquid habetis in Caprile, piscariam de Laguscione, quicquid habetis in lacu de Massaciuccoli, montem de Cocuma, hospitale de Calcaiola cum possessionibus suis, ecclesiam sancti Michaelis de Lame cum decimis et possessionibus, quicquid habetis in Veclano, quicquid habetis in Nodica, quicquid habetis in Malventria, quicquid habetis in Lame, quicquid habetis in Metato, quicquid habetis in Albaro, quicquid habetis in Porcilia, decimas quoque, a quadraginta retro annis a vobis quiete possessas, vobis nichilominus confirmamus. Sepulturam quoque ipsius loci liberam esse concedimus, ut eorum devotioni et extreme voluntati, qui se illic sepeliri deliberaverint, nisi forte excommunicati vel interdicti sint, nullus obsistat, salva tamen canonica iustitia illarum ecclesiarum, a quibus mortuorum corpora assumuntur. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat, supradictum monasterium temere . . . . usibus omnimodis profutura, salva sedis apostolice auctoritate et diocesani episcopi canonica iustitia. Si qua igitur . . . Cunctis autem . . . inveniant. Amen. A-m. Amen. —

(R) Ego Alexander catholice ecclesie episcopus ss. (M)
† Ego Gregorius Sabinensis episcopus ss.
† Ego Hubaldus Hostiensis episcopus ss.
† Ego Bernardus Portuensis et sancte Rufine episcopus ss.
† Ego Gualterus Albanensis episcopus ss. (I)
— † Ego Hubaldus presbiter cardinalis tit. sancte Crucis in Hierusalem ss.
† Ego Iohannes presbiter cardinalis tit. sancte ANASTASIE ss.
† Ego Albertus presbiter cardinalis tit. sancti Laurentii in Lucina ss. (I)
— † Ego Iacintus diaconus cardinalis sancte Marie in Cosmydyn ss.
† Ego Ardicio diaconus cardinalis sancti Theodori ss. [a]).
† Ego Boso diaconus cardinalis sanctorum Cosme et Damiani ss.
† Ego Cynthyus diaconus cardinalis sancti Adriani ss.
† Ego Iohannes diaconus cardinalis sancte Marie in Porticu ss.

Datum Ianue, per manum Hermanni, sancte Romane ecclesie subdiaconi et notarii. VI Idus Martii. Indictione X. Incarnationis dominice anno MCLXI. Pontificatus vero domni ALEXANDRI PP. III anno tertio.

Or. (C. C. 27), im Archivio Capitolare zu Lucca; Abschrift G. VIII, 243 p. 128, in der Bibl. Chigiana zu Rom.

Or., Perg. ital., br. 0,52, lang 0,632, unten umgeschlagen 0,033, durch zwei Löcher geht die ursprünglich rosa und gelbe Seidenschnur, deren Bleisiegel abgefallen, aber erhalten. Faltung der Bullen. Ringkreuz, Umschrift und Unterschrift von rothbrauner Dinte, doch könnten Ringkreuz und beginnendes E *von etwas schwererer Hand sein. Von gleicher Dinte und anderer nahe verwandter Hand als das Konscript die Datirung, worin das* H *Hermanns gleich mitgeschrieben sein könnte. Die Zeugenfirmen alle ausser Bischof Gregor und der Presbyter Albert von eben jener Dinte und selten deutlich von gleicher Hand.*

Nr. 201.

Alexander III nimmt das Kloster San Fruttuoso (D. Genova) in apostolischen Schutz und bestätigt seine Besitzthümer und Rechte [1]).

1162 März 16. Genua.

Alexander episcopus, servus servorum dei, dilectis filiis Petro, abbati monasterii sancti Fructuosi, eiusque fratribus, tam presentibus quam futuris, monasticam vitam

a) Theodori sancti. — 1) *Umstände nöthigten mich leider, den Hauptkörpertext der nicht ganz zuverlässigen Abschrift der Bibl. Civica zu entnehmen.*

Digitized by Google

professis, IN PPM. — | Officii nostri nos hortatur auctoritas pro ecclesiarum statu satagere et eorum quieti et utilitati salubriter, auxiliante domino, providere. Dignum namque et honestati conveniens esse cognoscitur, ut, qui ad | ecclesiarum regimen assumpti sumus, eas et a pravorum hominum nequitia tueamur et beati Petri patrocinio muniamus. Proinde, dilecti in domino filii, vestris postulationibus clementer annuimus et ad exemplar felicis memorie predecessoris nostri Innocentii pape prefatum monasterium, in quo divino mancipati estis obsequio, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus et presentis scripti privilegio communimus. Statuentes, ut, quascumque possessiones, quecumque bona eadem ecclesia in presentiarum iuste et canonice possidet aut in futurum concessione pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium seu aliis iustis modis, prestante domino, poterit adipisci, firma vobis vestrisque successoribus et illibata permaneant. In quibus hec propriis duximus exprimenda vocabulis: apud portum Delfinum ecclesia sancti Martini, et quicquid iuris habetis in ecclesia beate Marie de Nocarico, ecclesia sancti Iacobi de Castro de Curte in insula de Sigestro, ecclesia sancti Georgii in Campidelio, ecclesia sancti Georgii, ecclesia⟨m⟩ sancte Marie de Mizano, ecclesia sancti Petri de Pomeliaco, et quicquid iuris habetis in ecclesia sancti Andree de Verzili, ecclesia sancti Mathei in Ianuensi civitate positam, ecclesia sancti Petri in valle Lavanie ubi dicitur Campus de Molino. Confirmamus etiam vobis decimam predicti portus Delfini et decimam Noialici et Zuizini et illam, quam habetis in plebe Plecanie et Lavanie, quemadmodum vestrum monasterium eas usque ad hec tempora noscitur possedisse; in Terdonensi episcopatu ecclesia sancte Agate, in qua nimirum ecclesia monacus, pro tempore existens, si calcaneum suum adversus cenobium sancti Fructuosi sive fratres ibidem domino famulantes exigere temptaverit et vobis debitam obedientiam exhibere contempserit, liceat vobis vestrisque successoribus, in eum interdicti seu excommunicationis sententiam promulgare; ecclesia sancti Innocentii que est in Stolva, et aliam ecclesiam sancti Laurentii que est in Castelletto. Sit etiam vobis facultas in predictis ecclesiis presbiteros ponere et canonice removere. . . . . Falconarias etiam de capite Montis a Rigolio usque ad Padrali, piscationes et venationes omnes infra predictum terminum et omnes antiquas et rationabiles consuetudines, quas habetis in portu Delfino, tam in terra, quam in mari, et quidquid iuris habetis in bosco de Dema, sicut consules Ianuenses rationabiliter statuerunt; falconarias quoque que est(!) a costa de Lurdi usque ad Roboretum vobis nihilominus confirmamus. Sane novalium vestrorum, que propriis manibus aut sumptibus colitis, sive de nutrimentis vestrorum animalium nullas a vobis decimas presumat exigere. Ad hec statuimus, ut nullus archiepiscopus vel episcopus aut archipresbiter in ecclesiis, ad vestrum monasterium pertinentibus, sive presbiteris, in eisdem ecclesiis constitutis, gravamen aliquod audeat inferre aut aliquibus exactionibus fatigare. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum fas sit, idem cenobium temere perturbare aut prefatas possessiones seu alias, quascumque in Aquensi, Terdonensi et Bobiensi vel in quibuslibet aliis regionibus possidetis, auferre, minuere aut aliquibus vexationibus fatigare, sed omnia integra conserventur eorum, pro quorum gubernatione et substentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura, salva sedis apostolice auctoritate et diocesani episcopi canonica iustitia. Si qua igitur . . . Cunctis autem . . . inveniant. Amen. A-m. Amen. —

(R) Ego Alexander catholice ecclesie episcopus ss. (M)
† Ego Gregorius Sabinensis episcopus ss.
† Ego Hubaldus Hostiensis episcopus ss.
† Ego Bernardus Portuensis et sancte Rufine episcopus ss.
† Ego Gualterius Albanensis episcopus ss. (1)
— † Ego Hubaldus presbiter cardinalis tit. sancte Crucis in Ierusalem ss. (1)
† Ego Iohannes presbiter cardinalis tit. sanctę Anastasię ss.
† Ego Albertus presbiter cardinalis tit. sancti Laurentii in Lucina ss. (1)
— † Ego Iacintus diaconus cardinalis sancte Marie in Cosmydyn ss.
† Ego Ardicio diaconus cardinalis sancti Theodori ss.
† Ego Boso diaconus cardinalis sanctorum Cosme et Damiani ss.
† Ego Cinthyus diaconus cardinalis sancti Adriani ss.
† Ego Iohannes diaconus cardinalis sanctę Marię in Porticu ss.

Dat. Ianue, per manum Hermanni, sancte Romane ecclesie subdiaconi et notarii. XVII Kl. April. Indictione X. Incarnationis dominice anno MCLXI. Pontificatus vero domni ALEXANDRI PP. III anno tertio. —

Digitized by Google

Or. im Archivio Doria zu Genua, und Abschrift der Misc. di Stor. Lig. V p. 178, in der Bibl. Civica zu Genua.

Or., Perg. ital. (Leider konnte ich es nicht messen, weil ich kein Maas bei mir führte), durch 2 Löcher geht die gelbe Seidenschnur, deren Bleisiegel abgefallen, aber erhalten. Faltung der Bullen. Ringkreuz und E *der Unterschrift für sich von röthlicher Dinte; Umschrift, Unterschrift und Datirung von der Dinte und Hand des Hauptkörpers. In die Datirung* H *Hermanns mit abweichender Dinte eingetragen. Die Presbyter Hubald und Albert zeigen die Dinte des Ringkreuzes, beide von gleicher Hand; die übrigen Zeugen sind mit braunerer Dinte ausgeführt, offenbar unter sich auch von einer und derselben Hand.*

Nr. 202.

Alexander III überweist dem Kloster San Siro di Genova mehrere Vergünstigungen. 1162 März 19. Genua.

ALEXANDER episcopus, servus servorum dei, dilectis filiis, Bertraimo abbati et universis fratribus | monasterii sancti Syri Ianuensis, salutem et apostolicam benedictionem. Iustis petentium desideriis facilem | nos convenit prebere consensum et vota, que a rationis tramite non discordant, effectu sunt prosequente complenda. Eapropter, dilecti in domino filii, vestris iustis postulationibus grato concurrentes assensu, candelas in purificatione beate Marie [1]) vobis et parrochianis vestris benedicendi liberam vobis concedimus facultatem. Statuimus etiam, ut, si aliqui parrochianorum vestrorum in alia ecclesia sibi elegerint sepulturam, nullus eos(?) nisi [a]) s[alva(?) in(?) omnibus(?) [canonic]a iustitia ecclesie vestre audeat sepelire. Quod si aliquis eorundem parrochianorum vestrorum ..... [con]suevit cimiterio sepeliri, intestatus decesserit, nusquam, nisi tantum in vestra ecclesia t[umuletur(?). Prohibe]mus quoque, ut nullus ecclesiam vestram novis et indebitis exactionibus vel gravaminibus [b]) audeat fatigare. Statuimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat, hanc paginam nostre constitutionis infringere vel ei aliquatenus contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli, apostolorum | eius, se noverit incursurum. — Dat. Ianue, XIIII Kl. Aprilis.

Or., im Archivio di Stato zu Genua.

Perg. ital., br. 0,21, lang 0,215, das Umgeschlagene abgeschnitten, durch zwei Löcher ging die Schnur, welche mit dem Bleisiegel verloren. Faltung der Breven. Datirung von anderer Dinte und Hand als der Kontext; die gleiche Dinte tritt in letzterem als die des Korrectors in der Interpungirung hervor.

Nr. 203.

Alexander III erkennt den Erzbischof von Toledo als Primaten von Braga und Santiago de Campostella an, letzteres gegen das Privilegium Anastasius IV für Campostella [2]). 1163 Juli 11. Deols.

Alexander episcopus, servus servorum dei, venerabili fratri Ioanni, Toletano archiepiscopo, eiusque successoribus canonice substituendis, in perpetuum. Cum pro celebratione universalis concilii ad vocationem nostram Turonis [3]) fraternitas tua nostro se conspectui presentasset, ad sedem apostolicam et iuxta presentium vota consuevit admittere etc. ut supra. Unde communicato fratrum nostrorum concilio statuimus, ut tu et ecclesia Toletana etc. super duabus provinciis Bracharensi et Campostellanensi primatum debeas in perpetuum optinere. Nihilominus salvo tibi iure, quod adversus Tarraconensem te habere asseris etc. Adiicimus etiam, quod privilegium, quod frater noster archiepiscopus Compostellanensis a predecessore nostro, bone memorie Anastasio papa, (habet) [4]), videlicet, quod iure primatus non debeat tibi esse subiectus etc. nullas habeat vires in posterum et in presenti cum illud Anastasii neque de communi, neque de sanioris partis consilio fratrum fuisset illicitum. Decernimus itaque, ut ipse Compostellanensis archiepiscopus, sicut et reliqui Hispani pontifices, tibi tanquam suo etc.

Ego Alexander catholice ecclesie episcopus.

Ego etc. etc. etc.

Datum apud Dolium monasterium, per manum etc. v. Id. Iulii. Indictione XI. Anno MCLXIII. Pontificatus domni Alexandri papae III anno IIII.

Abschrift des Cod. C. 23 fol. 77, in der Bibl. Vallicelliana zu Rom.

Darüber steht: Privilegium Alexandri pape III, revocans privilegium exemptionis Campostellane.

---

a) us esse nisi *auf Rasur* b) gra *auf Rasur.* — .1) *Februar* 2. 2) *Vergl. die Urk. vom 15 Mai 1154 und 11 December 1166.* 3) *Konsil von Tours am 19 Mai 1163.* 4) *Ein solches Privilegium ist nicht erhalten und nach der Urk. vom 15 Mai 1154 fast zweifelhaft.*

Digitized by Google

Nr. 204.

Alexander III nimmt das Kloster San Dionigio di Milano in apostolischen Schutz und bestätigt ihm seine Besitzthümer und Rechte.

1164 November 4. Sens.

Alexander episcopus, servus servorum dei, dilectis filiis Wifredo, abbati monasterii sancti Dionisii Mediolanensis, eiusque fratribus, tam presentibus quam futuris, regularem vitam professis, IN PPM. — | Religiosis desideriis dignum est facilem prebere consensum, ut fidelis devotio celerem sortiatur effectum. Eapropter, dilecte in domino fili, Wifrede abbas, tuis iustis postulationibus clementer annuimus et prefatum mo|nasterium beati Dionisii, cui auctore deo presides, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus et presentis scripti privilegio communimus; in primis siquidem statuentes, ut ordo monasticus, qui secundum deum et beati Benedicti regulam in eodem monasterio institutus esse dinoscitur, perpetuis ibidem temporibus inviolabiliter observetur. Preterea, quascumque possessiones, quecumque bona idem monasterium impresentiarum iuste et canonice possidet, aut in futurum concessione pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium seu aliis iustis modis, prestante domino, poterit adipisci, firma vobis vestrisque successoribus et illibata permaneant. In quibus hec propriis duximus exprimenda vocabulis: ecclesiam sancti Michahelis de Pescallo, in qua monasterium statuendi, si expedierit, et ibidem monachos ponendi facultatem sine contradictione aliqua habeatis, sicut a venerabili fratre nostro .O(berto), Mediolanensi archiepiscopo, rationabili providentia vobis concessum est; totam parrochiam suburbii illius portę, quę dicitur Porta nova, sicut per eiusdem archiepiscopi sententiam legitime vobis adiudicata est, ecclesiam sancte Marie in Solario, quę nunc sancti Fidelis dicitur; ecclesiam sancti Laurentii, quę est iuxta domum Tassonis, cum omnibus earum pertinentiis, curtem de Melate cum tribus capellis, videlicet sancti Bartholomei, sancti Dionisii et sanctę Marię de Sabiuncello et duobus castris, scilicet de Melate et Sabiuncello, districtum quoque totius loci de Melate, sicut vobis per difinitivam sententiam a consulibus Mediolanensibus de assensu et beneplacito archiepiscopi promulgatam adiudicatum est. Statuimus preterea, quod homines eiusdem loci nullam habeant facultatem sine consilio et concessione vestra homines eligendi, qui iuramentum faciant de eis regendis vel conducendis, et quod iidem homines tibi, dilecte fili abbas, et catholicis successoribus tuis fidelitatem faciant, sicut in sententia, super his rationabiliter promulgata, et in privilegii vestri munimine noscitur contineri [a]); decimam domicultuum predictorum locorum, videlicet de Melate et Sabiuncello, cum commandisia, fodro et albegariis, curtem de Lierni cum duabus capellis beati Mauricii et beati Michahelis, domicultuum decima, districtu, fodro, albegariis et commandasia; terciam partem curtis de Talamona cum eius decima et duabus partibus duarum capellarum, quę in curte ipsa sunt, videlicet sanctę Marię et sancti Martini cum omnibus, ad easdem partes pertinentibus, cappellam sancti Martini de Gradi cum omnibus pertinentiis suis, et decima domicultus, prefatam ecclesiam de Pescallo cum omnibus his, quę ad eandem ecclesiam pertinent; decimam terrarum, quę sunt iuxta supradictum monasterium sancti Dionisii, et illarum terrarum, quę sunt circa flumen Sevisum, hinc atque inde in omnibus pertinentiis hominum habitantium, in porta quę dicitur Nova et in porta Orientali, quę modo coluntur vel in antea cultę fuerint, sicut ab Eriberto, bone memorie Mediolanensi archiepiscopo [1]), canonice vobis concessa est, scripto suo firmata. Possessiones, quas habetis in Sacrate et in Sexto, qui dicitur Iohannis in Affori, in ponte Curionis, in Grogonzola, in Aronio, Pescallo, Lomacio, Casalego, Calugate, Romano, in Quinto, in casali de Casinis, de valle Saxia cum omnibus supradictarum possessionum libertatibus, consuetudinibus, sicut eas concessione regum hactenus quiete habuistis et prefati O(berti) archiepiscopi scripto vobis confirmatę sunt. Ad hec quattuor clerici ipsius monasterii, qui sunt de ordine decomanorum Mediolanensis ecclesię ab abbate, qui pro tempore fuerit, ad honorem dei in eadem ecclesia ponantur et ordinentur eique tamquam patri et domino suo obedientes extistant, sicut hactenus extitisse noscuntur et scripto iam dicti archiepiscopi continetur. Statuimus autem, ut in predicta ecclesia sancti Fidelis vobis cum assensu memorati archiepiscopi absque contradictione aliqua liceat ponere sacerdotes. Prohibemus etiam, ut nemini fas sit, in parrochia suburbii portę Novę, quę vestri iuris extitit, infirmos

---

a) contineri. — .1) *Aribert, Erzbischof von Mailand, 1018—1045.*

Digitized by Google

visitare, mortuos sepelire et alia divina officia, quę ad parrochiale ius pertinent, vobis invitis, populo celebrare. Preterea, quicquid Adalbertus dictus abbas, ipsius monasterii invasor, ab eadem sancti Dionisii ecclesia per venditiones, pignorationes, infeudationes, investituras, libellos, comutationes, locationes seu alio quolibet modo alienavit, irritum esse censemus et ad ipsam beati Dionisii ecclesiam revocandi facultatem vobis concedimus, quemadmodum per sententiam consulum Mediolanensium a Rubaldo, bonę memorię archiepiscopo, legitime iudicatum est. Decimas quoque, quas canonice possidetis, vobis nichilominus confirmamus. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat, prefatum monasterium . . . usibus omnimodis profutura, salva sedis apostolicę auctoritate et Mediolanensis archiepiscopi canonica iustitia. Si qua igitur . . . Cunctis autem . . . inveniant. Amen. — A-m. — Amen. —

(R) Ego Alexander catholice ecclesie episcopus ss. (M)
† Ego Hubaldus Hostiensis episcopus ss.
† Ego Bernardus Portuensis et sancte Rufine episcopus ss.
† Ego Gualterius Albanensis episcopus ss. (3)
— † Ego Hubaldus presbiter cardinalis tit. sancte Crucis in Ierusalem ss.
† Ego Henricus presbiter cardinalis tit. sanctorum Nerei et Achillei ss.
† Ego Iohannes presbiter cardinalis tit. sanctę ANASTASIĘ ss.
† Ego Albertus presbiter cardinalis tit. sancti Laurentii in Lucina ss.
† Ego Guil(elmus) tit. sancti Petri ad Vincula presbiter cardinalis ss.
— † Ego Iacinctus diaconus cardinalis sancte Marie in Cosmydyn ss.
† Ego Oddo diaconus cardinalis sancti Nicholai in carcere Tulliano ss.
† Ego Boso diaconus cardinalis sanctorum Cosme et Damiani ss.
† Ego Cinthyus diaconus cardinalis sancti Adriani ss.
† Ego Manfredus diaconus cardinalis sancti Georgii ad Velum aureum ss. (1)

Dat. Senonis, per manum Hermanni, sanctę Romanę ecclesię subdiaconi et notarii. II Non. Novembr. Indictione XIII. Incarnationis dominicę anno MCLXIIII. Pontificatus vero domni Alexandri pp. III ano VI. —

Or. im Archivio di Stato zu Mailand.

Perg. ital., br. 0,494, lang 0,55, unten 0,036 umgeschlagen, durch zwei Löcher geht die rosa Seidenschnur, woran das Bleisiegel hängt. Faltung der Bullen. Ueber die Um- und Unterschrift nichts Sicheres. Datirung vom Hauptkörperschreiber, das H *Hermanns darin wohl nachgetragen. Zeugenfirmen theilweise von verschiedener Hand und Dinte.*

Nr. 205.

Alexander III erkennt den Erzbischof Johann II von Toledo als Primaten für ganz Spanien an [1]*).*

1166 December 11. Lateran.

Alexander episcopus, servus servorum dei, venerabili fratri Ioanni, Toletano archiepiscopo et Hispaniarum primati, eiusque successoribus, canonice substituendis, in perpetuum. Sacrosancta Romana ecclesia [a]) ab ipso salvatore omnium domino Iesu Christo caput et cardo est omnium ecclesiarum instituta etc. Ideoque venerabilis frater Ioannes, quem vera in Christo charitate diligimus, tuis rationabilibus postulationibus paternae [b]) pietatis affectu duximus annuendum. Per presentis ergo privilegii paginam primatis dignitatem per Hispaniarum regna tibi et ecclesiae Toletanae auctoritate apostolica confirmamus etc. Primatem te praesules Hispaniae respicient et ad te, si quid inter eos questione dignum exortum . . . .

Ego Alexander catholicae ecclesiae episcopus.
Ego etc. etc. etc.

Dat. Laterani [c]), per manum Geraldi, sanctae Romanae ecclesiae scriptoris. III Id. Decembris. Indictione XV. Incarnationis dominice anno MCLXVII. Pontificatus Alexandri pape III anno octavo.

Abschrift des Cod. C. 23 fol. 64b, in der Bibl. Vallicelliana zu Rom.

Die Ueberschrift lautet: Privilegium domni Alexandri pape III super primatu Ioanni, archiepiscopo Toletano.

---

a) Sacrosanctae Romanae ecclesiae b) penitentiae c) Lateranensi. — .1) *Vergl. die Urk. vom 11 Juli 1163.*

Digitized by Google

Nr. 206.

Alexander III bestätigt dem Erzbischofe Johann II von Toledo den Primat Spaniens. 1166 December 11. Lateran.

Alexander episcopus, servus servorum dei, venerabili fratri Ioanni, Toletano archiepiscopo [1]) et Hispaniaram primati, eiusque successoribus canonice substituendis, in perpetuum. Sacrosancta Romana ecclesia [a]), ab ipso salvatore omnium domino Iesu Christo, caput et cardo est omnium ecclesiarum instituta, etc. Ideoque venerabilis frater Ioannes, quem vera in Christo charitate diligimus, tuis rationabilibus postulationibus paternę [b]) pietatis afectu duximus annuendum. Per presentis ergo privilegii paginam primatis dignitatem per Hispaniarum regna tibi et ecclesię Toletanę auctoritate apostolica confirmamus etc. Primatem te prȩsules Hispanię respicient et ad te, si quid inter eos questionis dignum exortum. . .

Ego Alexander catholicę ecclesię episcopus.
Ego Galterius Albanensis episcopus.
Ego Ioannes presbiter cardinalis sanctorum Iohannis et Pauli tit. Pamachii ss.
Ego Guillermus presbiter cardinalis tit. sancti Petri ad Vincula.
Ego Boso presbiter cardinalis tit. sanctae Pudentianę et sancti Pastoris.
Ego Petrus presbiter cardinalis tit. sancti Laurentii in Damaso.
Ego Theodenus presbiter cardinalis sancti Vitalis tit. Vestinę.
Ego Galdinus presbiter ȩardinalis tit. sanctae Sabinae et archiepiscopus Mediolanensis.
Ego Iacintus diaconus cardinalis tit. sanctae Marię in Cosmedin.
Ego Odo diaconus cardinalis sancti Nicholai in carcere Tulliano.
Ego Cinthius [c]) diaconus cardinalis sancti Adriani.
Ego Hugo diaconus cardinalis sancti Eustachii iuxta templum Agrip(p)e.

Datum Laterani [d]), per manum Geraldi, sancte Romane ecclesie scriptoris. III Idus Decembris. Indictione XV. Incarnationis dominicę anno MCLXVII. Pontificatus Alexandri pape III anno octavo.

Abschrift des Cod. C. 23 fol. 64b, in der Bibl. Vallicelliana zu Rom.

Nr. 207.

Alexander III berichtet dem Erzbischofe von Genua, er sei gesund und hoffe auf baldigen Frieden; er ersucht ihn, die Konsuln von Genua zu ermahnen, dass sie das römische Besitzthum der Insel Sardinien gegen die Angriffe der Pisaner schützen [2]).

(1166—)1167 Januar 18. Lateran.

Alexander episcopus, servus servorum dei, venerabili fratri, Ianuensi archiepiscopo [3]), salutem et apostolicam benedictionem. Statum et continentiam unice ma|tris tue, sacrosancte Romane ecclesie, et nostram ideo sollicitudini tue significare tanto tempore distulimus, quia nequaquam ante hac | nobis fidelis nuntius et oportunus occurrit. Quia vero te prosperis successibus nostris plurimum [e]) congaudere [e]) cognoscimus et libenter velle de iam dicte ecclesie exaltatione audire, noverit discretio tua, quod nos et fratres nostri, divina clementia faciente, in presentiarum sani et incolumes sumus et tam a senatoribus, quam ab universo clero populoque Romano in omni reverentia et honore hab[e]mur, plenam spem et fiduciam obtinentes, quod misericors dominus, qui ecclesiam suam oculo clementiori resp[icere] incepit, in proximo ei plenam pacem et quietem omnimodam largietur. De cetero attendentes, quomodo [Pisani?] cives inter alias iniurias et obprobria, que Romane ecclesie intulerunt, terram Sardinie a dominio et iurisditione [be]ati Petri et nostra alienare conantur et in suam nequiter redigere potestatem, dilectos filios nostros, tue [f]) civitatis consules, attente rogare ac commonere curavimus, ut ad defensionem et auxilium tam minorum, quam maiorum prescripte provincie per se et per cives suos magnanimiter et studiose intendant [e]), ita,

---

a) *Wie p. 213 Anm. a* b) *wie p. 213 Anm. b* c) Antimes d) Lateranensi e) *auf Rasur* f) t *auf Rasur.* — .1) *Ist Johann II.* 2) *Weniger genauer Abdruck im Cod. Dipl. Sard. I p. 223, in das Jahr 1162 gesetzt, es fehlt dort* [Pisani?], *wodurch dieser Theil des Breves ganz unverständlich wird.* 3) *Hugo della Volta, Erzbischof von Genua, 1163—1188.*

Digitized by Google

quod ipsi, eorum auxilio et protectione adiuti, in nostra et beati Petri valeant devotione consistere et prefatam terram ad nostrum obsequium et fidelitatem tenere. Quocirca rogamus prudentiam tuam atque monemus, quatinus predictos consules commonere cures et studiosius exhortari, ut prenominatam terram a Pisanorum impugnatione protegant, manuteneant viriliter atque defendant, ita, quod in alter[ius] dominium minime possit [a]) transferri, sed in nostra debeat, prout dictum est, fidelitate plenius conserva|ri. Volumus autem, ut hoc penes te interim habeatur secretum. — Dat. Laterani, XV Kl. Febr.

Or. (Sekret) im Archivio di Stato zu Genua.

Perg. ital., br. 0,228, lang 0,165, unten nicht umgeschlagen, Faltung und Plumbirung der Sekrete, Schnur und Bleisiegel verloren. Das Datum scheint nachgetragen zu sein, es steht etwas tiefer als der Kontext der letzten Zeile.

Nr. 208.

Alexander III erklärt Cäcilia als rechtmässig erwählte Aebtissin des Klosters Santa Maria Teodota di Pavia [1]).

1167—1169 October 9. Benevent.

Alexander episcopus, servus servorum dei, dilecte in Christo filie C(ecilie) [b]), electe sancte Marie Theodote [c]) [2]), salutem et apostolicam | benedictionem. Ex litteris venerabilis fratris nostri .G(aldini), Mediolanensis archiepiscopi [3]), apostolice sedis legati, ad nos transmissis, accepimus, | quod, cum idem archiepiscopus te [b]) et .D. [b]), monialem [4]) prefati monasterii, pro causa, que inter vos [b]) de electione ecclesie vertebatur, iuxta mandati nostri tenorem ante se convocasset et de causa ipsa diligenter et sollicite cognovisset, tandem inveniens iam dictam .D. damnate [d]) memorie Oct(aviani) maledictam fuisse, eam deposuit et ecclesiam de Albonanis [e]), sicut eidem archiepiscopo signifi[cavi]mus, illi concessit [f]). Te vero [g]), licet a sororibus satis concorditer electa fuisse decerneris [h]), quia tamen testibus . . . . [com]probatum, auctoritate et suggestione scismaticorum electionem de te factam fuisse, ab abbatis amministratione cessare precepit, sororibus tuis mandans firmiter et iniungens, ut aliquam personam idoneam, discretam et honestam unanimiter eligerent. Sorores vero prefati monasterii, in te pariter convenientes, in abbatissam suam communiter et concorditer elegerunt et, ut electionem, de te factam, confirmaremus, a nobis suppliciter et devote suis litteris postularunt. Verum, licet multum prefate sorores a semita rectitudinis et veritatis declinaverunt, nos tamen paci et quieti earum paterna [i]) cupientes sollicitudine providere et ad consilium et suggestionem prelibati archiepiscopi in hac re dispensare volentes, electionem tuam ratam et firmam habemus et eam auctoritate apostolica confirmamus, discretioni tue per apostolica scripta manda[ntes,] quatinus regimen eiusdem abbatie incunctanter assumas, et ad observantiam monastici ordinis, religionis et honestatis ferventer intendas, et ita negotia ecclesie prudenter et discrete pertractes, | quod per prudentiam et sollicitudinem tuam spiritualia et temporalia valea(n)t percipere incremen|ta. — Dat. Beneventi, VII Idus Octubr.

Or. (Sekret) im Archivio di Stato zu Mailand.

Perg. ital., br. 0,226, lang 0,205, unten nicht umgeschlagen, Faltung und Plumbirung der Sekrete, in den zwei mittelsten Löchern der rechten Seite hängt die Hanfschnur mit dem Bleisiegel. Aufschrift nicht mehr lesbar.

---

a) possint. b) *auf Rasur* c) Thodote d) danapte e) *oder* Albonams f) illi co *auf Rasur* g) *steht zwei mal* h) decereris, *das zweite* r *auf Rasur* i) paterno. — .1) *Vergl. die Urk. vom 4 Juni 1192.* 2) *Santa Maria Theodota ist die* clarissima puella *von Paul Warnefried. Das Kloster lag auf der östlichen Seite der Stadt, dort, wo sich jetzt die Strassen Menocchio und Pusterta kreuzen. Es existirt nichts mehr vom alten Baue, ausser einer Inschrift, welche sich auf Theodota bezieht, aufbewahrt im Palazzo Malaspina. Im 17 Jahrhunderte hat man an Stelle der alten Kirche eine neue gebaut, unter dem gleichen Namen, das Kloster ist zum Seminare umgestaltet (Angaben des Herrn Cesare Cantù).* 3) *Galdinus, Erzbischof von Mailand, 1166—1177.* 4) *Vergl. die Urk. vom 17 Mai 1182—1183.*

Digitized by Google

Nr. 209.

Alexander III schreibt den Priestern von San Tommaso di Bologna, Santa Maria in Garda und San Giovanni di Fontana, der Kirche von Medicina (D. Bologna) gehorsam zu sein [1]).

1167—1169 December 7. Benevent.

Alexander episcopus, servus servorum dei, dilectis filiis, Guidoni sancte Thome, P(etro?) S. Marie in Garda et R. sancti Ioannis in Fontana sacerdotibus, salutem et apostolicam benedictionem. Dignum est et consentaneum rationi, ut subiecti prelatis suis obedientiam et reverentiam exhibeant et debitam eis subiectionem impendant. Inde est, quod per apostolica vobis scripta precipiendo mandamus, quatenus plebi de Medicina [2]) tamquam matri ecclesie et plebano eiusdem loci, sicut prelato vestro, salva sententia bone memorie Lucii pape, predecessoris nostri, si exinde coram eo disceptatum fuit et iudicatum, humiliter obedire curetis et debitam ei in omnibus reverentiam dependere nullatenus recusetis, ita quod de obedientia et humilitate possitis non immerito commendari. — Dat. Beneventi, VII Idus Decembris.

Jüngere Abschrift des Cart. del Capitolo di San Pietro p. 51, im Archivio di Stato zu Bologna.

Nr. 210.

Alexander III bestätigt dem Kloster San Pietro di Villa nova (D. Verona) den Schiedsspruch in seinem Streite mit der Kirche San Bonifacio (D. Vicenza).

1168—1169 Mai 10. Benevent.

Alexander episcopus, servus servorum dei, dilectis filiis, Bonifacio abbati et fratribus sancti Petri de Villa nova, salutem et apostolicam benedictionem. Cum pro causa, que inter vos et Hugonem, archipresbiterum sancti Bonifacii, vertebatur, utrique vestrum in presentia venerabilium fratrum nostrorum P(etri) Castellanensis [3]) et G(erardi) [4]), Paduanensis episcoporum, et dilecti filii R(ainerii), abbatis sancti Benedicti supra Padum, constituti essent, iam dictus archipresbiter dicens, ecclesiam vestram in teritorio sancti Bonifacii fundatam, decimationes totius ville, sepulturas, oblationes tam vivorum, quam defunctorum, baptisma, scrutinia, missas speciales ad ecclesiam suam iure parochiali pertinere, firmiter asserebat. Addebat eciam, quod, si que possessiones in teritorio sancti Bonifacii site, monasterio vestro aliquo modo [a]) relicte fuerint, quarta ipsarum ecclesie sue [b]) deberet de iure competere. De terris autem noviter cultis, nemore scilicet et palude, quartam iure teritorii repetebat, visitaciones quoque infirmorum, publicas penitencias, unctiones, baptismum habitancium in parochia sancti Bonifacii vos nullo modo debere peragere proponebat. Affirmabat insuper, quod, si contigerit, aliquem parochianorum suorum in monasterio vestro eligere sepulturam, vobis non liceret defunctum [c]) de propria domo ad monasterium deducere, sed ipse pariter et clerici sui corpus de Siracti usque ad Becariam [d]) debent portare et missam in monasterio vestro pro defuncto cantare et medietatem oblationum et testamenti habere. Econtra vero vos taliter respondistis, quod hec omnia, tum iure territorii vestri a territorio sancti Bonifacii distincti [e]), tum ex longissima temporis prescriptione ad vestrum dicebatis monasterium pertinere. Auditis igitur et cognitis racionibus utriusque partis, predicti iudices habito consilio prudentum atque [f]) discretorum virorum super eadem causa diffinicionis inter vos sententiam protulerunt et vos in predictis omnibus absolverunt, videlicet in decimacionibus tocius territorii de Villa nova per testes distincti [e]) in sepulturis et oblationibus tam vivorum, quam mortuorum hominum Ville nove et baptismate et scrutiniis eorundem, de possessionibus in territorio sancti Bonifacii sitis, si quolibet titulo monasterio derelicte sunt vel e converso id est plebi derelicte sunt, iudicaverint nulla predictarum ecclesiarum suo legitimo iure decimacionum privari debere, nisi forte aliqua illarum partium prescripcione XL annorum munita fuerint. De terris vero noviter cultis, ut de nemore et palude, si in episcopatu Vicentini et parochia sancti Bonifacii sunt, quartisium(!) archipresbitero concesserunt, et in tribus partibus vos absolverunt, nisi forte vos vel successores vestri ad usum suum suorumque fratrum

---

a) titulo *ein Transs.* b) suo c) defunctorum d) Beccariam *ein Transsumpt*, Bechariam *Kop.* e) distrincti f) *andere Lesart* et. — .1) *Vergl. die Urk. vom 9 April 1171—1181.* 2) *Medicina, Mand. nell' Emilia, prov. di Bologna, circond. di Imola. — Vergl. auch die Urk. vom 6 August 1160 - 1176.* 3) *Petrus Grandaticoni, Bischof von Castello, 1146 — c. 1164.* 4) *Gerard Marostica, Bischof von Padua, c. 1169—1213.*

Digitized by Google

propriis sumptibus et laboribus ipsa novalia excoluerint, quo casu integre ipso iure omnes decimationes penes monasterium remaneant. Visitationes quoque infirmorum et [a]) publicas penitentias, unctiones, ba(p)tismum infirmorum habitantium in parrochia sancti Bonifacii vobis interdixerunt, nisi forte ex devocione ab infirmo vocati fueritis. De illo vero, qui dicet, se in monasterio velle tumulari, iudicarunt, quod libera sit ei facultas in ultima voluntate et sana mente, salvo iure plebis in parte testamenti, id est secundum consuetudinem ecclesiarum parrochialium, in episcopatu Vicentino constitutarum, observetur in monasterio et plebe iam dicta, ita [a]) tamen [a]), ut abbati et fratribus eius non liceat, mortuum a domo sua ad monasterium ducere, set archipresbiter vel eius fratres usque ad Becariam [b]) deducant et ibi abbates et fratres eius parati sunt ad monasterium portare. Si vero archipresbiter vel fratres eius usque ad Becariam [c]) portare defunctum noluerint, ex tunc liceat abbati eiusque fratribus, sine omni contradictione ad domum defuncti ire et cum obsequiis ad monasterium ducere, missam eciam specialem cum omnibus oblationibus, que ad manus abbatis vel suorum fratrum offerentur, abbatis esse iudicarunt, oblationes, que ad manus archipresbiteri vel suorum fratrum, si invitati fuerint et missam in eodem monasterio celebrare devenerint, archipresbiteri esse dixerunt. Quam utique sententiam ratam et firmam habentes, eam, sicut in autentico scripto exinde facto continetur, auctoritate apostolica confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus. Statuentes, ut nulli omnino hominum liceat, hanc paginam nostre confirmationis infringere vel ei aliquatenus contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli, apostolorum eius, se noverit incursurum. — Dat. Beneventi, VI Id. Maii.

Zwei Transsumpte des 13 Jahrh. und Kopie des 16 Jahrh., in der Bibl. Comunale zu Verona.

Nr. 211.

Alexander III bestätigt der Kollegiatkirche San Leonardo (D. Siponto) das Zugeständniss Rainalds von Nonanta [1]).

1168—1169 Mai 19. Benevent.

Alexander episcopus, servus servorum dei, dilectis filiis, .P(etro) priori et fratribus sancti Leonardi, salutem et | apostolicam benedictionem. Officii nostri nos hortatur auctoritas, ecclesias dei pia protectione fovere et eis | sua iura, quantum in nobis est, illesa et integra conservare. Libertates quoque sibi et immunitates, a quibuslibet pia devotione concessas, ratas debemus et firmas habere et, ne temeritate quorumlibet in posterum infringantur, pro nostri officii debito studiosius precavere. Ex quibusdam autem litteris autenticis nobis innotuit, quod Rainal(dus) de Nonanta ecclesie vestre indulsit, ut quicumque de [d]) hominibus terre sue, quam apud Casalur habet, ad vos velit propter conversionem transire, seu vobis de bonis suis, mobilibus vel immobilibus, conferre [e]), hoc sibi sine alicuius liceret efficere contradictione, excepta [tam]en de vineis parte sua, que Meraticum nuncupat[ur], sicut in eius scripto autentico, exinde facto, noscitur contineri. Quam utique concessionem nos ratam et firmam habentes [f]), eam [f]) auctoritate apostolica confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus. Statuentes, ut nulli omnino hominum liceat, hanc paginam nostre confirmationis infringere vel ei aliquatenus contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli, apostolorum eius, se | noverit incursurum. — Dat. Beneventi, XIIII Kal. Iunii.

Or. (Pergamene sciolte) im Archivio di Stato zu Neapel.

Perg. ital., br. 0,205, lang 0,22, unten 0,028 umgeschlagen, durch 2 Löcher ging die Schnur, welche mit dem Bleisiegel verloren. Faltung der Breven.

---

a) *Fehlt in einem Transs.* b) *ein Transs.* Beccariam *Kop.* Bechariam c) *Kop. wie b* d) ue de *theilweise auf Rasur* e) err *auf Rasur* f) *theilweise auf Rasur.* — 1) *Vergl. die Urk. vom 28 September 1157.*

Digitized by Google

Nr. 212.

Alexander III nimmt das Kloster Isola Gallinara (D. Genova) [1] *in apostolischen Schutz und bestätigt dessen Besitzthümer und Rechte, wofür es jährlich einen Byzanzier zu entrichten hat.*

1169 April 2. Benevent.

Alexander episcopus, servus servorum dei, dilectis filiis Raimundo, abbati monasterii de insula Gallinaria [2]), eiusque fratribus, tam presentibus quam futuris, regularem vitam professis, in ppm. Religiosam vitam eligentibus apostolicum convenit adesse presidium, ne cuiuslibet temeritatis incursus aut eos a proposito revocet vel robur, quod absit, sacre religionis infringat. Eapropter, dilecti in domino filii, vestris iustis postulationibus gratum impertimur assensum et prefatum monasterium, quod proprium est et speciale Romane ecclesie, in quo divino mancipati estis obsequio, sub beati Petri ac nostra protectione suscipimus et presentis scripti privilegio communimus. Imprimis siquidem statuentes, ut ordo monasticus, qui secundum deum et beati Benedicti regulam noscitur institutus, perpetuis ibidem temporibus inviolabiliter observ[etu]r. Preterea, quascumque possessiones, qu[ecumque] bo[na] idem monasterium iuste et canonice in presentiarum possidet aut in [fu]turum concessione pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium seu aliis iustis modis, largiente domino, poterit adipisci, firma vobis vestrisque successoribus et illibata permaneant. In quibus hec propriis duximus exprimenda vocabulis: in episcopatu Albiganensi ecclesiam sancti Martini in territorio civitatis Albinguin [3]) cum ipso monte, in quo sita est, sicut via publica vergit usque ad litus maris, ecclesiam sancte Crucis in eodem monte positam cum omnibus pertinentiis suis, ecclesiam sancti Ambrosii de Alaxe Dominicaturas, villam que ibi est, ecclesiam sancti Martini de Audoria cum omnibus pertinentiis suis, homines et possessiones in valle Andoria, homines in valle de Servo, medietatem portus Mauricii cum omnibus ad curtem eiusdem portus pertinentibus, molendinum regium, molendinum novum et alias possessiones in planitie Albinguinensi et aliis locis. In episcopatu Barchinonensi [4]) ecclesiam sancti Petri de Rivibirlis cum villa et aliis pertinentiis suis, ecclesiam sancti Marcialis, castrum de Terrazola cum pertinentiis suis, ecclesiam sancti Laurentii cum pertinentiis suis. Decimationes quoque piscium, qui circa et iuxta prescriptam insulam Gallinariam capiuntur, legitime vobis concedimus et devotioni vestre auctoritate apostolica confirmamus. Crisma vero, oleum sanctum, consecrationes altarium seu basilicarum, ordinationes clericorum, qui ad sacros ordines sunt promovendi, a dyocesano suscipietis episcopo, siquidem catholicus fuerit et gratiam apostolice sedis habuerit et gratis et absque ulla pravitate ea vobis voluerit exibere. Alioquin liceat vobis, quemcumque volueritis, catholicum adire antistitem, qui, nostra fretus auctoritate, que postulantur, indulgeat. Obeunte autem te, nunc eiusdem loci abbate, vel tuorum quolibet successorum, nullus ibi qualibet subreptionis astutia seu violentia preponatur, nisi quem fratres communi consensu vel fratrum pars consilii sanioris secundum timorem dei et beati Benedicti regulam providerint eligendum. Electus vero ad Romanum pontificem vel, cui ipse mandaverit, benedicendus accedat. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat, prefatum monasterium . . . usibus omnimodis profutura, salva apostolice sedis auctoritate et in prescriptis capellis dyocesani episcopi debita reverentia. Ad indicium autem huius percepte a Romana ecclesia libertatis bizantium unum nobis et successoribus nostris annis singulis persolvetis. Si qua igitur . . . Cunctis autem . . . inveniant. Am. A-m. Am.

(R) Ego Alexander catholice ecclesie episcopus ss. (M)
† Ego Hubaldus Hostiensis episcopus ss.
— † Ego Hubaldus presbiter cardinalis tit. sancte Crucis in Ierusalem ss.
† Ego Iohannes presbiter cardinalis sanctorum Iohannis et Pauli tit. Pamachii ss.
† Ego Albertus presbiter cardinalis tit. sancti Laurentii in Lucina ss.
† Ego Boso presbiter cardinalis sancte Pudentiane tit. Pastoris ss.
— † Ego Iacintus diaconus cardinalis sancte [Ma|rie in Cosmydyn ss.
† Ego Ardicio diaconus cardinalis sancti Theodori ss.
† Ego Cinthyus diaconus cardinalis sancti Adriani ss.

---

1) *Vergl. Spruner-Menke, Hand-Atlas Nr. 26. Richtiger wohl D. Albenga.* 2) *Es was dem heil. Martin geweiht.* 3) *Albenga.* 4) *Barcelona in Spanien.*

Digitized by Google

† Ego Hugo diaconus cardinalis sancti Heustachii iuxta templum Agrippe ss.
† Ego Vitellus diaconus cardinalis sanctorum Sergii et Bachi ss.
† Ego Petrus diaconus cardinalis sancte Marie in Aquiro ss.

Dat. Beneventi, per manum Gratiani, sancte Romane ecclesie subdiaconi et notarii. IIII Non. Aprilis. Indictione II. Incarnationis dominice anno MCLXVIIII. Pontificatus vero domni Alexandri pp. III anno X.

Abschrift der Miscell. di Stor. Lig. V p. 226, in der Bibl. Civica zu Genua. Bemerkt ist: „Pergamena autentica presso lo illustr. Signor G. Spinola, mancante del piombo".

Nr. 213.

Alexander III schreibt an den Prior Simon der Certosa Monte dei und an Bernard von Corilo wegen einer Gesandtschaft an König Heinrich II von England in der Sache des Erzbischofs Thomas von Canterbury [1]).

1169 (?) Mai 25. Benevent.

Alexander episcopus, servus servorum dei, dilectis filiis Simoni, priori cartusię Montis dei, et fratri Bernardo de Cenibo [a]), salutem et apostolicam benedictionem. Perlatum est ad nos, quod venerabilis frater noster T(homas), archiepiscopus Cantuariensis [2]), ab Henrico, illustri Anglorum regi, a sua ecclesia spoliatus, in contemptu sedis apostolicę et quia res de die in diem perniciosius crescere videtur, proinde, quicquid nobis super hac re ad presens visum est, ut vos ad regem properetis et litteras nostras commonitorias eidem reddatis et comminationem nostram in spiritu fortitudinis et lenitatis adiungere studeatis. Quod si vos nec(!) audire voluerit, sed in sua potius duritia et obstinatione duxerit persistendum, eidem litteras nostras comminatorias porrigatis, ex nostra parte constanter addentes, quod nos prenominato archiepiscopo os de cetero nulla ratione claudemus nec ipsi, nisi idem rex ante initium quadragesimę, quę iam quasi instare (videtur), ea, quę superius diximus, implere noluerit, ulterius inhibitionem aliquam faciemus, quin suas et ecclesię sibi commissę nec non et suorum iniurias ecclesiasticę severitatis gladio pro suis officiis debita [b]) ulciscatur. Non enim credere debet aut in mente habere, quin dormiens dominus non aliquando excitetur et, quod beati Petri gladium ita rubigo assumpserit, quin educi nollet et vindictam debitam exercere. Volumus autem, ut hęc, sicut prędiximus, diligentius exequamini, nisi venerabilis frater noster, Bellicensis episcopus [3]), et dilectus filius, prior Cartusiensis, ea, prout illis mandavimus, exequantur. — Dat. Beneventi, VIII Kalend. Iunii. Pontificatus nostri anno X.

Abschrift des Cod. 2 F. 10 p. 81, in der Bibl. Brancacciana zu Neapel.

Jaffé, Reg. 7625 findet sich eine Urkunde vom gleichen Datum und an dieselben Adressaten, auch inhaltlich wesentlich gleich, doch dem Wortlaute nach im ersten Theile ganz abweichend, im letzten dagegen ebenso formulirt. Da nun unsere Abschrift durch das dilectis filiis *der Adresse, welche in der anderen fehlt, und ihre auch sonst durchaus kanzleimässige Haltung zeigt, dass sie auf ein Original zurückgeht, während der bisher bekannte Text, einer Briefsammlung Alexanders III entnommen, offenbar auf das Register weist, so bleibt die Annahme, dass der Registertext umgearbeitet worden ist, oder, dass wir es mit zwei verschiedenen Breven zu thun haben, eines wahrscheinlich an Simeon, das andere an Bernard gesandt; in letzterem Falle wäre unseres das an Simon verabfolgte Exemplar. Zu beachten ist, dass wir* Pontificatus X *ungesetzt haben, was in der bisherigen Fassung fehlend, überhaupt von zweifelhafter Zuverlässigkeit ist. Vergl meine Urkunden der päpstl. Kanzlei S. 49.*

Nr. 214.

Alexander III nimmt das Kloster San Bartolomeo di Carpineto (D. Penne) in apostolischen Schutz und bestätigt seine Besitzthümer und Gerechtsame [4]).

1169 Juni 25. Benevent.

Alexander episcopus, servus servorum dei, dilectis filiis Oliverio, abbati monasterii

a) Corilo *in Jaffé 7625* b) sui officii debito, *in J. 7625.* — 1) *Die Abschrift dieser Urk. verdanke ich Herrn J. A. Wolffsohn in Neapel. — Vergl. das Nachwort.* 2) *Thomas Becket, Erzbischof von Canterbury, 1162—1170* 3) *Anthelmus, Bischof von Belley, 1163—1178.* 4) *Vergl. die Urk. vom 25 März 1138.*

Digitized by Google

sancti Bartholomei, quod in Pinnensi parrochia situm est, eiusque fratribus, tam presentibus quam futuris, regulariter substituendis, In ppm. — | Iustis religiosorum desideriis dignum est nos facilem prebere consensum, ut fidelis devotio celerem consequatur effectum. Eapropter, | dilecti in domino filii, vestris iustis postulationibus clementer annuimus et, predecessoris nostri, sancte recordationis Eugenii pape, vestigiis inherentes, prefatam ecclesiam, in qua divino mancipati estis obsequio, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus et presentis scripti privilegio communimus. Statuentes, ut quascumque possessiones, quecumque bona idem monasterium in presentiarum iuste et canonice possidet aut in futurum concessione pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium seu aliis iustis modis, prestante domino, poterit adipisci, firma vobis vestrisque successoribus et illibata permaneant. In quibus hec propriis duximus exprimenda vocabulis: castellum Carpinetum, castellum Fara cum pertinentiis suis, ecclesiam quoque sancti Vitalis, sancti Michahelis, sancti Iohannis, sancte Marie, sancti Peregrini cum pertinentiis suis, ecclesiam sancti Nicholai de Viculo, ecclesiam sancte Marie in Sereno, ecclesiam sancte Marie et sancti Felicis et sancti Iohannis in Catuniano cum pertinentiis suis, ecclesiam sancti Christofori, sancte Marie in Genestrulo, ecclesiam sancti Nicholai, sancte Marie, sancte Iuste de castello Ocretano, ecclesiam sancte Marie Brittulensis, ecclesiam sancti Laurentii de Fabrica, sancti Iohannis in Balneo, sancti Laurentii Unicani, ecclesiam sancte Marie in Plano, sancte Marie in Cellulis cum pertinentiis earum, Valethum cum pertinentiis suis, Fullonaci cum pertinentiis suis, terras, quas habetis (in) castro Civitelle. Sane crisma, oleum sanctum, consecrationes altarium seu basilicarum, ordinationes clericorum, qui ad sacros ordines fuerint promovendi, a diocesano suscipietis episcopo, siquidem catholicus fuerit et gratiam atque com(m)unionem apostolice sedis habuerit et ea gratis et absque [pravitate vel exactioni]bus voluerit exhibere. Alioquin liceat vobis, quem malueritis, adire antistitem, qui, nostra fultus auctoritate, quod pos[tulatu]r, indulgeat. Obeunte vero te, nunc eiusdem loci abbate, vel tuorum quolibet successorum, nullus ibi qualibet subreptionis astutia seu violentia preponatur, nisi quem fratres communi consensu vel fratrum pars consilii sanioris [a]) secundum dei timorem et beati Benedicti regulam providerint eligendum, a Romano semper pontifice consecrandum. Sepulturam quoque ipsius loci liberam esse omnino decernimus, ut eorum devotioni et extreme voluntati, qui se illic sepeliri deliberaverint, nisi forte excommunicati vel interdicti sint, nullus obsistat. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat, prefatum monasterium . . . . usibus omnimodis [b]) profutura, salva sedis apostolice auctoritate [b]). Si qua igitur . . . Cunctis autem . . . quatinus [c]) et hic fructum bone actionis percipiant et apud | districtum iudicem [c]) premia eterne pacis inveniant. Amen. A-m. Amen. —

(R) Ego Alexander catholice ecclesie episcopus ss. (M)

† Ego Hubaldus Hostiensis episcopus ss.

† Ego Bernardus Portuensis et sanctę Rufinę episcopus ss.

— † Ego Iacintus diaconus cardinalis sancte Marie in Cosmidyn ss. (2)

† Ego Hugo diaconus cardinalis sancti Heustachii iuxta templum Agrippe ss.

Dat. Beneventi, per manum Gerardi, sancte Romane ecclesie notarii. VII Kl. Iulii. Indictione secunda. Incarnationis dominice anno MCLXVIIII. Pontificatus vero domni Alexandri pp. III anno X.

Or. E. VI 182, in der Bibl. Chigiana zu Rom.

Perg. ital., br 0,53, lang 0,695, das Umgeschlagene abgeschnitten, 2 Löcher im Pergament erhalten, Schnur und Blei verloren. Faltung der Bullen. Die Seitenlinien stehen links 0,032, rechts 0,035 von der Kante ab, die Schrift setzt aber erst 0,058 von der linken Kante ein und schliesst 0,06 von der rechten, begrenzt von je einer zweiten Seitenlinie, nur in der ersten Zeile ist die Schrift bis zur äusseren Linie geführt. Ringkreuz und E *von dunklerer Dinte als das Uebrige. Datirung von anderer Hand als das Konscript,* G *darin mit dunklerer Dinte eingetragen.* + Ego Iacintus diaconus *von schwerer unschöner Hand,* cardinalis *Uebergang, das Folgende schön und klar geschrieben: der Schreiber fiel aus der Rolle.*

---

a) ris *auf Rasur* b) *von* modis *bis* Si *theilweise zusammengedrängt auf Rasur von anderer Hand, in* apostolice auctoritate *ist die ursprüngliche Schrift benutzt und nur nachgezogen, von* auctoritate *bis* Si *freier Raum von 0,08* c) *von* quatinus *bis* iud *alles ausser* apud *auf Rasur.*

Digitized by Google

Nr. 215.

Alexander III bewilligt dem Abte Marin von La Cava (D. Salerno) bischöfliche Abzeichen [1]).

1168—1170 Januar 30. Benevent.

ALEXANDER episcopus, servus servorum dei, dilecto filio M(arino), Cavensi abbati [2]), salutem et apostolicam benedictionem. | Et bone opinionis et fame et vite integritas et composita religio atque ordinata caritas, quibus monasterium, tibi | commissum, ab antiquo tempore tuo maxime redolere dinoscitur, hortantur nos multipliciter et invitant, ad incrementum et conservationem ipsius sollicita et vigili meditatione intendere et quodam speciali privilegio amoris et prerogativa dilectionis et gratie te et idem monasterium decorare. Ut autem caritatis et desiderii affectum, quem circa personam tuam et prescriptum monasterium gerimus, experientia operis valeas certius comprobare, tibi tuisque successoribus usum mitre et an(n)uli, sandaliorum quoque et cyrotecarum, tunice [a]) vero atque dalmatice in precipuis sollempnitatibus, in conciliis Romanorum pontificum et in exequiis magnarum ecclesiasticarum personarum et nobilium defunctorum auctoritate apostolica concedimus. Obtantes, ut de die in diem idem monasterium in proposito religionis proficere de[beat] et potiora | semper suscipere incrementa virtutum. — Dat. Beneventi, III Kl. Febr.

Or. im Archivio della Trinità zu La Cava.

Perg. ital., br. 0,31, lang 0,265, unten 0,03 umgeschlagen, durch 2 Löcher geht die reiche dunkelrothe Seidenschnur, woran das Bleisiegel hängt. Faltung der Breven. Das ganze Breve ist in seinem Aeusseren möglichst feierlich gehalten, es ist auf Linien geschrieben, die Seitenlinien stehen links und rechts 0,025 von der Kante ab, die Initiale ist verziert, die Oberlängen der ersten Zeile gestreckt, die s *im Konscripte haben einen Aufsatz. Hinter dem letzten Konscriptworte ein Doppelüberpunkt. Die Datirung ist von anderer Hand als das Uebrige geschrieben.*

Nr. 216.

Alexander III verleiht dem Prior Vivianus von San Salvatore di Venezia das Recht, Mitra und Ring tragen zu dürfen.

1168—1170 Februar 4. Benevent.

Alexander episcopus, servus servorum dei, dilecto Viviano, priori ecclesie Salvatoris, salutem et apostolicam benedictionem, Devotionis et fidei constantiam, quam erga sacrosanctam Romanam ecclesiam et specialiter erga personam nostram exhibuisti, studiosius attendentes, liberalitatis et consolationis subsidium, quod venerabili fratri nostro P(etro), Castellano [3]) episcopo [4]), tam tu, quam fratres tui laudabiliter impendistis, solicita consideratione pensantes, te et ecclesiam, tibi commissam, speciali prerogativa muneris et gratie nostre duximus decorandam. Inde est, quod nos precibus quorundam fratrum nostrorum, predicti episcopi et venerabilium fratrum nostrorum, Gradensis patriarche et V(italis), Castellani episcopi [5]), et tua quoque religione et honestate nihilominus inclinati, tibi et successoribus tuis mitram et baculum, quibus in precipuis sollemnitatibus et in exequiis mortuorum utamini, gratuita liberalitate concedimus et auctoritate apostolica indulgemus. — Dat. Beneventi, II Non Februarii.

Abschrift vom 16 Jahrh. des Cod. Vat. 6085 p. 151, in der Bibl. Vaticana zu Rom.

Nr. 217.

Alexander III ertheilt dem Domkapitel von Pisa eine ausführliche Beilegung seines Streites mit den Mönchen von San Russore (D. Pisa) wegen eines Theils von Tumuli.

1170 April 24. Veroli.

Alexander episcopus, servus servorum dei, dilectis filiis, Villano [b]) archipresbitero et universis canonicis Pisane ecclesie, tam presentibus quam futuris, canonice substituendis,

---

a) *Hinter* e *Rasur* b) *offenbar nachgetragen, wie der zu gross bemessene Raum beweist. Im Konscript ist der Raum für den Abtnamen freigelassen.* — 1) *Vergl. Guillaume, Essai historique sur l'abbaye de Cava, App. p. XXXVII.* 2) *Marin, Abt von La Cava, 1148—1170.* 3) *Castello di Olivolo, episcopatus Rivoaltensis, erecta in insula Olivolo.* 4) *Petrus Grandaliconi war Bischof von Castello im Jahre 1164.* 5) *Vitalis II Michel, Bischof von Castello, 1164—1182.*

Digitized by Google

IN PPM. — | Sicut equum est et officio [a]) . . . . et quiete habeant. Ut autem hec concordia sive transactio firmam(?) in perpetuum et inconvulsam permaneant . . . . . scripti patrocinio communimus. Statuentes, ut nulli omnino hominum liceat, hanc paginam nostre confirmationis infringere vel ei a[li]quatenus contraire. Si quis [autem hoc . . . . . omnip]otentis dei et beatorum | Petri et Pauli, apostolorum eius, se noverit incursurum.

(R) Ego Alexander catholice ecclesie episcopus ss. (M)
† Ego Hubaldus Hostiensis episcopus ss.
† Ego Bernardus Portuensis et sancte Rufine episcopus ss.
— † Ego Hubaldus presbiter cardinalis tit. sancte Crucis in Ierusalem ss.
† Ego Iohannes presbiter cardinalis sanctorum Iohannis et Pauli tit. Pamachii ss.
† Ego Ildebrandus basilice XII Apostolorum presbiter cardinalis ss.
† Ego Albertus presbiter cardinalis tit. sancti Laurentii in Lucina ss.
† Ego Guil(ielmus) presbiter cardinalis tit. sancti Petri ad vincula ss.
† Ego Boso presbiter cardinalis sancte Pudentiane tit. Pastoris ss. (I)
† Ego Theodinus presbiter cardinalis sancti Vitalis tit. Vestine ss.
— † E[go Iacinthus diaconus cardinalis sancte Marie in Cosmi]dyn ss.
† Ego Ardicio diaconus [cardinalis sancti Theodori] ss.
† Ego Cynthyus diaconus cardinalis [sancti Adriani] ss.
† Ego Manfredus diaconus [cardinalis sancti Georgii ad Velum au]reum ss. (I)
† Ego Hugo diaconus [cardinalis sancti Eustachii iuxta templum] Agrippe ss.
† Ego Petrus diaconus cardinalis [sancte Marie in A]quiro ss.

Dat. Verulis, per manum Gratiani, sancte [Roman]e ecclesie subdiaconi et notarii. VIII Kl. Maii. Indictione III. Incarnationis dominice anno MCLXX. Pontificatus vero domni Alexand[ri . . . . .

Or. Nr. 568, im Archivio Capitolare zu Pisa.

Perg. ital., br. 0,64, lang 0,75, unten 0,037 umgeschlagen, durch 2 Löcher ging die Schnur, welche mit dem Bleisiegel verloren. Faltung der Bullen. Während die Urkunde Hadrians IV eine Prunk-Mittelbulle war, ist diese Bestätigung Alexanders durchaus Prunkbulle, nur, dass die drei Amen am Schlusse des Konscriptes fehlen. Das IN PPM *der ersten Zeile füllt 0,14. Ringkreuz und das* E *der Unterschrift können von gleicher Hand herrühren, die Umschrift zeigt sehr kleine Buchstaben. Die Datirung ist von anderer Hand und Dinte als der Hauptkörper geschrieben, das* G *Gratians mit hellerer darin nachgetragen. Die meisten Zeugenfirmen weisen gleiche Dinte auf, nur Ildebrand (Apostolorum) und der Diakon Cinthius dunklere, der Bischof Bernard hellere, vielleicht die gleiche die im* G *des Datars Gratian hervortritt. Die Urkunde ist durch Feuchtigkeit theilweise zerstört.*

Nr. 218.

Alexander III befiehlt den Kanonikern von Sant' Antonino di Piacenza ihrem Bischofe gehorsam und gewärtig zu sein.

1170 Juli 21. Veroli.

Alexander episcopus, servus servorum dei, dilectis filiis, canonicis sancti Antonini de Placentia, salutem et apostoli|cam benedictionem. Ex parte venerabilis fratris nostri .T(edaldi), episcopi vestri [1]), gravem adversus [b]) vos querimoniam | accepimus, quod ei hospitium in festivitate ecclesie vestre [c]), sicut bone memorie Hugo, antecessor suus [2]), pacifice habuit, solvere recusatis [d]) nec illam obedientiam et reverentiam, quam antecessoribus [e]) eius vestri [f]) antecessores [g]) exhibuerunt, ipsi exhibere curatis et [h]), quia grave [i]) vobis est et omnino periculosum, episcopo vestro debita iura subtrahere aut consuetum obsequium [k]) denegare, per apostolica scripta vobis precipiendo mandamus et mandando precipimus, quatinus predicto episcopo debitam obedientiam et reverentiam impendatis et tam hospitium, quam alia obsequia, que antecessoribus suis vos et antecessores vestri exhibere consuevistis, sine molestia et contradictione aliqua impendatis. Si autem mandato nostro contumaciter duxeritis resistendum, sententiam, quam ipse in vos propter hoc canonice promulgaverit [l]) auctore domino, ratam et firmam habebimus. — Dat. Verulis, XII Kl. Aug.

---

a) *Mit den wenigen Abweichungen die durch die verschiedenen Personen bedingt wurden, wörtlich wie die Urk. vom 9 Juni 1166, wo in den Anmerkungen die Varianten verzeichnet stehen* b) a *auf Rasur* c) *auf Rasur, ursprünglich stand ein viel längeres Wort* d) tis *auf Rasur* e) ibus *auf Rasur* f) *hinter* i *Rasur* g) *das letzte* f *von anderer Dinte, bis im folgenden Worte Rasur* h) *auf Rasur* i) a *auf Rasur* k) e *auf Rasur* l) e *auf Rasur.* — 1) *Tedald, Bischof von Piacenza, 1167—1192.* 2) *Hugo, Bischof von Piacenza, 1155—1166.*

Digitized by Google

Or. im Archivio Capitolare di S. Antonino zu Piacenza.

Perg. ital., br. 0,163, lang 0,123, unten 0,018 umgeschlagen, Schnur und Bleisiegel verloren. Faltung der Breven.

Nr. 219.

Alexander III nimmt die Kollegiatkirche Santa Maria di Villa Gemini (D. Perugia) in apostolischen Schutz und betätigt ihre Besitzthümer und Rechte [1]).

1170 September 12. Alatri.

Alexander episcopus, servus servorum dei, dilectis filiis, canonicis sancte Marie de villa Gemini, eiusque fratribus, tam presentibus quam futuris, canonice substituendis, IN PPM. — | Ad hoc universalis cura nobis a provisore omnium bonorum deo commissa est, ut religiosas diligamus personas et beneplacentem domino religionem studeamus modis omnibus propagare. Nec enim deo gratus aliquando famulatus impenditur, nisi, ex caritatis radice procedens, a puritate religionis fuerit confirmatus. Eapropter, dilecti in domino filii, vestris iustis postulationibus clementer annuimus et prefatam ecclesiam, in qua divino mancipati estis obsequio, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus et presentis scripti privilegio communimus. In primis siquidem statuentes, ut ordo canonicus, qui secundum deum et beati Augustini regulam in eodem loco noscitur institutus [a]), perpetuis ibidem temporibus [b]) inviolabiliter observetur. Preterea, quascumque possessiones, quecumque bona eadem ecclesia in presentiarum iuste et canonice possidet, aut in futurum concessione pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium seu aliis iustis modis, prestante domino, poterit adipisci, firma vobis vestrisque successoribus et illibata permaneant. In quibus hec propriis duximus exprimenda vocabulis: quicquid habetis in villa Gemini, quicquid habetis in curtibus, quicquid habetis in viniolis, quicquid ecclesia vestra habet a presbitero Rainaldo, consocio vestro, et quicquid habetis in planitie Tiberis et [c]) quicquid habetis a presbitero Bernardo. Sane liberas et absolutas personas, e seculo fugientes, liberum sit vobis, absque alicuius contradictione ad religionem vestram recipere. Discedentem vero, nisi ad artiorem vitam transire voluerit, absque communium litterarum vestrarum cautione nullus audeat retinere. Cum autem in ecclesia vestra conventus regularium canonicorum, propitiante domino, fuerit institutus, vobis secundum beati Augustini regulam personam idoneam de collegio vestro aut de alio loco religioso, si ibi inventa non fuerit, eligendi in priorem, plenam indulgemus auctoritate apostolica facultatem. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat, supradictam ecclesiam . . . usibus omnimodis profutura, salva sedis apostolice auctoritate et dyocesani episcopi et Perusine ecclesie canonica iustitia et reverentia. Si qua . . . Cunctis autem . . . | inveniant. Amen. A-m. Amen. —

(R) Ego Alexander catholice ecclesię episcopus ss. (M)
— † Ego Hubaldus presbiter cardinalis tit. sancte Crucis in Ierusalem ss.
† Ego Iohannes presbiter cardinalis sanctorum Iohannis et Pauli tit. Pamachii ss.
† Ego Albertus presbiter cardinalis tit. sancti Laurentii in Lucina ss. (1)
† Ego Petrus presbiter cardinalis tit. sancti Laurentii in Damaso ss. (1)
† Ego Theodinus presbiter cardinalis sancti Vitalis tit. Vestine ss.
— † Ego Iacinctus diaconus cardinalis sancte Marie in Cosmydyn ss. (1)
† Ego Cinthyus diaconus cardinalis sancti Adriani ss.
† Ego Ugo diaconus cardinalis sancti [d]) Eustachii iuxta templum Agripe ss.
† Ego Petrus diaconus cardinalis sancte Marie in Aquiro ss. (2)

Dat. Aletrii, per manum Gratiani, sancte Romane ecclesie subdiaconi et notarii. II Idus Septemb. Indictione III. Incarnationis dominice anno MCLXX. Pontificatus vero domni ALEXANDRI PP. III anno undecimo. —

Or. im Archivio Capitolare zu Perugia.

Perg. ital., br. 0,6, lang 0,78, unten 0,038 umgeschlagen, durch 2 Löcher geht die braune und goldgelbe Seidenschnur, an der das Bleisiegel hängt. Faltung der Bullen. Das Konscript ist bis Tiberis *mit grauer, dann mit braunrother Dinte geschrieben, welche sich ebenfalls findet im Monogramm, in der Rota mit Ausnahme des Ringkreuzes, der päpstlichen Unterschrift mit Ausnahme des* E, *in der Datirung mit Ausnahme des* G *Gratians; diese 3 Theile scheinen von gleicher graubrauner Dinte herzurühren. Die Zeugenfirmen ausser Albert mit gleicher schwarzer Dinte eingetragen, in wie ferne von derselben Hand, ist unsicher. Das Kreuz vor Cinthyus wurde mit spitzerer Feder gemacht als die Schrift.*

a) *Das zweite* i *auf Rasur* b) ibide . tempo *auf Rasur, von der rothbraunen Dinte der zweiten Konscripthälfte* c) *mit* et *beginnt eine abweichende braunrothe Dinte* d) i *aus* e *korrigirt.* — .1) *Vergl. die Urk. vom 2 December 1150 und vom 18 Mai 1189.*

Digitized by Google

Nr. 220.

Alexander III bestätigt den Domkanonikern von Rimini ihre Besitzthümer [1]).

1170 December 8. Tusculum.

Alexander episcopus, servus servorum dei, dilectis filiis, ecclesie sancte Columbe Ariminensis canonicis, tam presentibus quam futuris, canonice substituendis, IN PPM. — Effectum iusta postulantibus indulgere, et vigor equitatis et ordo exigit rationis, presertim quando petentium voluntatem et pietas adiuvat et veritas non relinquit. Eapropter, dilecti in domino filii, vestris iustis postulationibus clementer annuimus et prefatam ecclesiam, in qua divino mancipati estis obsequio, predecessoris nostri, bone memorie Innocentii pape [2]), vestigiis inherentes, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus et presentis scripti privilegio communimus. Statuentes, ut quascumque possessiones, quecumque bona eadem ecclesia in presentiarum iuste et canonice possidet aut in futurum concessione pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium seu aliis iustis modis, prestante domino, poterit adipisci, firma vobis vestrisque successoribus et illibata permaneant. In quibus hec propriis duximus exprimenda vocabulis: in Ariminensi videlicet civitate ecclesiam sancte Crucis et sanctorum Cosme et Damiani cum casis et casalinis, ortis, vineis, terris, campis cultis et incultis, paludibus, lacubus, castris, curtibus et omnibus extra vel intra civitatem, ad eandem ecclesiam pertinentibus, ecclesiam quoque sanctorum Martini et Savini cum libris, paramentis, cum casis, terris, vineis et silvis et cum omnibus ad predictam ecclesiam pertinentibus, ecclesiam sancte Agnetis cum casis, terris, vineis, silvis et cum omnibus, ad eandem ecclesiam pertinentibus, ecclesiam quoque sancti Cataldi cum libris et paramentis, cum parrocchia sua, terris, vineis (et) cum omnibus ad ipsam ecclesiam pertinentibus, medietatem ecclesie sancte Marie, que est in litore maris posita, cum medietate de omnibus rebus, que ad ipsam ecclesiam pertinent; in comitatu Ariminensi ecclesiam sancti Martini in Viginti cum libris et paramentis, cum decimis et primitiis atque mortuariis, cum bonis et rationabilibus consuetudinibus, quas in ea hactenus habuistis, sive in visitationibus infirmorum sive in dandis penitentiis et oblationibus mortuorum, presertim, que ex villa, in qua ipsa ecclesia sita est, et de subscriptis villis sibi proveniunt, videlicet Maderno, Lauveto Iudeorum, Monte masinario, Medato, Aquiniano maiori et minori atque Casaria, ecclesiam sancti Ermetis cum libris et paramentis, decimis et primitiis atque mortuariis, casis, terris, vineis, silvis et cum omnibus ad ipsam ecclesiam pertinentibus, ecclesiam sancti Fortunati cum decimis et mortuariis, cum fundo Condido et cum omnibus ad ipsam ecclesiam pertinentibus, ecclesiam quoque sancti Iohannis in Perareto cum libris et paramentis, cum decimis et mortuariis, terris, vineis et silvis et cum omnibus ad ipsam ecclesiam pertinentibus, plebem sancti Angeli in Salutem cum cappella sancti Viti cum decimis et mortuariis, terris, vineis, silvis et cum omnibus ad plebem et ad capellam pertinentibus, et quicquid in Bulgaria canonice possidetis, ita tamen, ut in sacrarie vestre ecclesie libram singulis annis persolvatis, salvo nimirum annuo censu, scilicet quattuor solidorum monete Venetice vestris episcopis persolvendo, ecclesiam Bolognani cum terris, vineis et silvis et cum omnibus ad ipsam pertinentibus, ecclesiam sancte Mustiole cum omnibus pertinentiis suis, ecclesiam Falzani cum omnibus pertinentiis suis. Preterea confirmamus vobis ecclesiam sancti Martini in Liceto, ecclesiam sancti Pauli, ecclesiam sancti Gaudentii, ecclesiam sancti Felicis, ecclesiam sancti Symeonis, ecclesiam sancti Laurentii in Ventena cum libris et paramentis cum decimis et mortuariis, terris, vineis, silvis, olivetis et cum omnibus, ad predictas eccclesias pertinentibus. Ad hec capellam sancte Marie in Leura, que specialiter beati Petri et nostri iuris existit, cum omnibus bonis et possessionibus suis sub annuo censu trium solidorum Lucensis monete auctoritate vobis apostolica duximus concedenda; insuper castrum montis Floride cum pertinentiis suis, molendinum quod est iuxta domum canonicorum et molendillum iuxta illud positum, et aliud molendinum tot[um cum] aquimolo suo, quod est positum in loco qui dicitur Mirasolem, et aliud molendinum in fundo Aquario positum et molendinum cum vinea et agro in loco qui dicitur Ponticelli, et tres mansos in integrum positum(!) in fundo Viginti; proprietates omnes quas dedit Armenaldus Ariminensis canonice, et illas quas dedit uxor eius Benedicta in civitate et extra,

1) *Abschrift und Bemerkungen verdanke ich Herrn Can. Gaetano Niccolini zu Rimini.* 2) *Urk. vom 5 November 1135. Vergl. die Urk. vom 23 December 1183.*

Digitized by Google

quartam partem ripe cum ripatico suo et cum omnibus ad ipsam pertinentibus. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat, prefatam ecclesiam . . . usibus omnimodis profutura, salva sedis apostolice auctoritate et Ariminensis episcopi debita reverentia. Si qua igitur . . . inveniant. Amen. Amen. Amen.

(R) Ego Alexander catholice ecclesie episcopus ss. (M)
— † Ego Bernardus Portuensis et sancte Rufine episcopus ss.
— † Ego Iohannes presbiter cardinalis sanctorum Iohannis et Pauli tit. Pamachii ss.
† Ego Ildebrandus basilice XII Apostolorum presbiter cardinalis ss.
† Ego Albertus presbiter cardinalis tit. sancti Laurentii in Lucina ss.
† Ego Willelmus presbiter cardinalis tit. sancti Petri ad Vincula ss.
† Ego Boso presbiter cardinalis sancte Pudentiane tit. Pastoris ss.
— † Ego Iacinctus diaconus cardinalis sancte Marie in Cosmydyn ss.
† Ego Cinthyus diaconus cardinalis sancti Adriani ss.
† Ego Manfredus diaconus cardinalis sancti Georgii ad Velum aureum ss.
† Ego Hugo diaconus cardinalis sancti Heustachii iuxta templum Agrippe ss.
† Ego Theodinus presbiter cardinalis sancti Vitalis tit. Vestine ss.

Dat. Tusculani, per manum Gratiani, sancte Romane ecclesie subdiaconi et notarii. VI Idus Decembris. Indictione IIII. Incarnationis dominice anno MCLXX. Pontificatus vero domni Alexandri pp. III anno duodecimo.

Or. im Archivio Capitolare zu Rimini.

Perg. ital., br. 0,55, lang 0,645, unten 0,045 umgeschlagen, durch zwei Löcher geht die rothe und gelbe Seidenschnur, deren Bleisiegel verloren, Faltung der Bullen. Die Zeugenfirmen scheinen von verschiedenen Schreibern herzurühren.

Nr. 221.

Alexander III ernennt den Magister David zum Kanoniker von Lincoln und überweist ihm die erste dort frei werdende Präbende [1]).

1171 c. April.

(Alexander) dilecto filio magistro D(avid). Litteraturam, honestatem et prudentiam tuam diligenti consideratione pensantes et, quod in ecclesia dei non modicum imposterum proficere poteris, attendentes, ad comodum et profectum tuum, in quantum honestas permittit, pro nostri offitii debito libenter intendimus et necessitati tue presertim, cum benefitium satis parvum et tenue habeas, scilicet quod honeste substentationi tue non sufficit, promto studio subvenire curamus. Unde, cum Lincolniensis ecclesia nullum ad presens episcopum habeat [2]) nosque non in partem sollicitudinis, sed in plenitudinem potestatis, licet immeriti, a domino sumus vocati, te eiusdem ecclesie auctoritate beati Petri et nostra canonicum instituimus et primam prebendam, quam in ea vacare contigerit, ea, qua fungimur potestate, concedimus. Statuentes, ut, si episcopus vel alius quislibet contra hoc venire presumpserit, eius in hac parte factum nullas vires optineat, sed cassum et vacuum penitus habeatur nec concessio sive donatio, quia iam ab alio facta, tibi in hoc aliquid possit nocumentum prestare. Decernimus ergo, ut nulli hanc nostre concessionis et cetera.

Abschrift vom 13 Jahrh. des Cod. Vat. 6024 p. 152b, in der Bibl. Vaticana zu Rom; daraus Mon. Bologn. XLIII Nr. 3, in der Bibl. dell' Università zu Bologna.

Der Brief ist zu Anfang und am Schlusse verkürzt. Es ist übrigens fraglich, ob die verschiedenen Davidbriefe nicht in verschiedene Zeit gehören.

Nr. 222.

Alexander III tadelt den Kanonikerkonvent der Saint Pauls Church of London, wegen seines Verhaltens gegen den Mitkanoniker Magister David, befiehlt das entzogene Einkommen nachzuzahlen und ihm letzteres in Zukunft nicht zu verkürzen [3]).

1171 c. April.

(Alexander) decano et capitulo sancti Pauli Londoniensis. Constitutus in presentia nostra dilectus filius noster, magister D(avid), canonicus vester, vir utilis, litteratus,

1) *Vergl. Jaffé, Reg. 7966, 7967 und die Briefsammlung in meinem Iter Italicum p. 490 sq.; Reuter, Alexander III, III S. 116 ff., woraus sich auch die Zeit ergiebt.* 2) *Das Bisthum Lincoln war von 1168—1173 vakant.* 3) *Vergl. den vorigen Brief.*

Digitized by Google

providus et discretus, et nobis ob litteraturam et probitatem suam carus pariter et acceptus, auribus nostris diligentius intimavit, quod, cum in ecclesia vestra prebendam satis tenuem et modicam habeat, vos ei, in scolis iam per triennium et eo amplius commoranti, partem de communia, que parva dicitur, duas scilicet marcas et dimidiam ad minus annis singulis subtraxistis nec ipsam ei, sepius per illum et amicos suos exinde requisitam, reddere voluistis, licet vos ipsi optentu discretionis et honestatis sue de vestro nedum de suo deberetis, maxime dum scolasticis disciplinis intendit nec multum habundet, non semel, sed sepius liberaliter contulisse. Unde quoniam comodis et incrementis eius tanto propensius volumus, sicut tenemur, intendere, quanto ille litterarum studiis et alias honestati ultra vires et facultates suas noscitur ferventius aspirare. Universitati vestre per apostolica scripta mandamus atque precipimus, quatenus ea, que memorato D(avid) de prescripta communia, ex quo hac secunda vice Bononie [1]) scolasticis disciplinis intendit, subtraxisse noscimini, eidem vel alii nomine suo, cui ipse mandaverit, omni mora, excusatione et appellatione cessante, reddatis et, quod eum de cetero continget, ipsi vel alii nomine suo absque diminutione solvatis et ita nostris in hac parte mandatis atque preceptis deferre curetis, quod adversum vos non debeamus merito commoveri nec propter hoc inobedientiam vestram punire, potius obedientiam commendare. Si enim, sicut aliquando consuevistis, nobis in his presumpseritis obviare, pro certo sciatis, quod nos id incorrectum et impunitum nullatenus ommittemus, cum vobis pro tam honesta causa et pro viro tam idoneo scripta nostra mittamus.

Abschrift vom 13 Jahrh. des Cod. Vat. 6024 p. 152, in der Bibl. Vaticana zu Rom; daraus Mon. Bologn. XLIII Nr. 6, in der Bibl. dell' Università zu Bologna.

Nr. 223.

Alexander III schreibt dem Bischofe von London, der Magister David habe sich ihm äusserst ergeben bewiesen, weswegen er denselben empfehle [2]).

1171 c. April.

Dominus papa episcopo Londoniensi [3]) post cetera. Et quoniam dilectus filius noster, magister D(avid), ecclesie tue canonicus, vir utique literatus, providus et discretus et tibi etiam fidelissimus, aput nos pro negotio tuo tam secreto, quam publice coram nobis et fratribus nostris sollicite institit et eius executioni omnem, quam potuit, et etiam ultra, quam debuit, studium et diligentiam adhibere curavit, diligentiam tuam per apostolica scripta rogamus attentius et monemus, quatenus eundem pro reverentia beati Petri et nostra et optentu sui ipsius, qui tibi adeo fidelis et devotus extitit, habeas propensius commendatum nec adversus eum pravis aliquorum sugestionibus credas vel de ipsius in aliquo fidelitate diffidas, sed eius obsequium ita remuneres, quod ipse tibi et tuis debeat omni tempore fidelis et devotus existere et nos, id gratum acceptumque tenentes, affectioni tue multiplices interim gratias teneamur referre.

Abschrift vom 13 Jahrh. des Cod. Vat. 6024 p. 152b, in der Bibl. Vaticana zu Rom; daraus Mon. Bologn. XLIII Nr. 7, in der Bibl. dell' Università zu Bologna.

Nr. 224.

Alexander III schreibt an den Kanonikerkonvent von Lincoln, er habe den Magister David zu ihrem Kanoniker erhoben und ihm die erste ihrer freiwerdenden Präbenden überwiesen, sie sollen ihn als Bruder aufnehmen und ihn bis zum Freiwerden der Präbende ein jährliches Beneficium zukommen lassen [4]).

1171 c. April.

(Alexander) decano et capitulo Lincolnensi. Quoniam ad nostrum spectat officium, viris honestis et literatis in ecclesia dei locum congruum assignare et eorum provisioni animo libenti intendere, dilectum filium nostrum, magistrum D(avid), virum utilem, litteratum, providum ac discretum, et non solum canonicatui sed episcopali

1) *Vergl. Jaffé, Reg. 7966.* 2) *Vergl. die beiden vorigen Briefe.* 3) *Gilbert, Bischof von London, 1163—1188.* 4) *Vergl. die vorigen Briefe.*

Digitized by Google

etiam, in quantum nos comprehendere potuimus, idoneum dignitati, ecclesie vestre canonicum auctoritate apostolica constituimus, et ipsi primam prebendam, quam in eadem ecclesia vacare contigit, ipsi vel alii nomine suo [a]) ea, qua fungimur, potestate concessimus. Unde, quoniam de tanti viri consortio debetis non immerito plurimum gratulari, presertim cum per eum ecclesie vestre magisterium, quod ipsi per ecclesiam videatur collatum fuisse, universitati vestre per apostolica scripta precipiendo mandamus et in virtute obedientie iniungimus, ut eum, cum ad vos venerit, in fratrem et concanonicum, omni contradictione, dilatione et appellatione postposita, recipiatis et, illi certum locum in choro et capitulo assignantes, ipsum de prima prebenda, que [b]) in ecclesia vestra vacare continget, auctoritate nostra investiatis, et aliis, si que solent in prebendarum investituris de ecclesie vestre consuetudine, sollempnitatibus adhibitis, concessionem nostram precipiatis ab omnibus irrefragabiliter observari. Si autem aliquis episcopus vel alius quislibet contra hoc venire presumpserit et prebendam, cum vacaverit, alii concedere vel assignare tentaverit, eius in hac parte factum nullas vires optinere volumus, sed irritum et vacuum prorsus haberi, neque donatio sive concessio, quia iam ab alio facta, ei in hoc impedimentum aliquid sive nocumentum possit prestare. Interim vero vos precibus nostris volumus exoratos haberi, ut prenominato D(avid) aliquod benefitium annuum pro beati Petri et nostra reverentia et optentu litterature et probitatis sue liberaliter concedatis et, donec prebendam vacare contigerit, assignetis, ut nos devotioni vestre multiplices interim gratias teneamur exsolvere et preces ac petitiones vestras, cum opportunitas se optulerit, promptius et efficatius exaudire. In hoc enim aliquid donationis, in eum facte, comprobabitur inditium et necessitati sue qualecumque subsidium conferetur.

Abschrift vom 13 Jahrh. des Cod. Vat. 6024 p. 152, in der Bibl. Vaticana zu Rom; daraus Monum. Bologn. XLIII Nr. 4, in der Bibl. dell' Università zu Bologna.

Nr. 225.

Alexander III berichtet dem König Heinrich II von England, wie eifrig der Archidiakon Reginald von Salisbury und Magister David seine Sachen vertreten haben [1]).

1171 c. April.

Alexander episcopus, servus servorum dei, illustri Anglorum regi. Antequam secundi nuntii tui ad nostram presentiam accessissent, dilecti filii nostri R(eginaldus), archidiaconus Saresberiensis, et Ricardus Bar [2]) et magister D(avid) nostro se conspectui presentarunt et, iniuncto sibi negocio, omnem, quam decuit, curam et sollicitudinem adhibuerunt et apud nos plus iusto etiam institerunt. Unde, quoniam aliis supervenientibus et, quia in labores illorum intrantibus ea, que nobis proposuerant, locum nequaquam habebant, prefati viri una cum aliis, qui postremo venerant, diligentes et studiosi fuerunt et maxime prefatus archidiaconus et magister D(avid), postquam R(icardus), socius illorum, a nostra curia recesserat, non solum sicut et ceteri ad promotionem negotii tui cum aliis, sed etiam sine illis diserte [c]) ac sollicite laborarunt. Verum, si de illis in aliis litteris nostris mentionem non fecimus, mirari non debes nec id alia credas ratione ommissum, nisi, quia secundi nuntii tui, pro eo, quod cum illis non venerant, ipsos in litteris suis nolebant apponi, sed sicut verbum gratius et magis acceptum attulerant, sic responsum regie sublimitati soli reportare volebant, licet constanter proponerent, quod eos post adventum suum de mandato regio detinebant. Quare nos fidei et sollicitudini, quam circa iniunctum sibi et sociis eorum negotium habuerunt, significatione presentium testimonium duximus perhibendum, presertim cum indignum esset, ut, qui in his non minus efficaciter aliis laborarunt, sed cum eis potius in toto negotio usque ad consumationem steterunt, minorem a regia munificentia gratiam optinere deberent.

Abschrift vom 13 Jahrh. des Cod. Vat. 6024 p. 153, in der Bibl. Vaticana zu Rom; daraus Mon. Bologn. XLIII Nr. 6, in der Bibl. dell' Università zu Bologna.

---

a) *Von* ipsi *an unterstrichen* b) *ursprünglich* quam c) discerte. — 1) *Da sich diese Urk. nur in Savioli, Annal. Bolog. I, II p. 269 nicht auch in Migne Patr. CC p. 738 findet, wie Jaffé, Reg. 7966, so gebe ich sie noch einmal. Sie gehört zu der grossen Gruppe der Davidbriefe.* 2) *Richard Barre war Hofgeistlicher Heinrichs II, vergl. Reuter Alexander III, II S. 419, 467, 482, besonders III S. 120.*

Digitized by Google

Nr. 226.

Alexander III beurkundet dem Erzbischofe Alfano von Capua, wie er in einem Streite zwischen ihm und dem Kloster Santa Maria di Capua wegen dessen Unabhängigkeit die Privilegien der Päpste Zacharias und Leos IX für gefälscht erkläre und das Kloster dem Erzbischofe unterstelle [1]).

1171 Juni 19. Tusculum.

Alexander episcopus, servus servorum dei, venerabili fratri Alphano, Capuano archiepiscopo, salutem et apostolicam benedictionem. Officii nostri debito et auctoritate compellimur, ut controversias, quae ad apostolicae sedis perferuntur examen, exacta diligentia et studio debeamus audire et, quae apud eam decisa fuerint et fine congruo terminata, ne in scrupulum recidivae contentionis valeant devenire, apostolicis scriptis convenit adnotari. Ad hoc enim ecclesiarum omnium matrem atque magistram sacrosanctam Romanam ecclesiam providentia divina constituit, ut multiplices et graves quaestiones explicare debeat et, quae dubietate aliqua detinentur, iudicii sui examine, servato rigore iustitiae, diffinire. Cum tu siquidem et dilecta in Christo filia nostra Mathia, abbatissa sanctae Mariae Capuanae, pro causa, quae inter te et eam vertebatur super subiectione, quam in eodem monasterio requirebas, et libertate pariter, in quam eadem abbatissa proclamabat, in nostra essetis praesentia constituti, iam dicta abbatissa privilegia principum et trium praedecessorum nostrorum, Zachariae videlicet, Leonis et Adriani, Romanorum pontificum, coram nobis in medium protulit multitudinemque testium ad defendendam et demonstrandam, in quam proclamabat, libertatem produxit. Tu vero e contra proposuisti, quod cum infra fines tuae dioecesis, immo iuxta muros tuae civitatis idem sit monasterium fundatum, iure communi ad ecclesiam tuam debeat pertinere, et super hoc multorum te canonum auctoritate fretum dixisti, quibus expresse monstratur, quod monasteria et ecclesiae ad episcopos pertinent, in quorum territorio fundata noscuntur. Allegasti etiam, quod a sexaginta annis retro ecclesia tua et hii, qui te in archiepiscopatus dignitate praecesserunt, possessionem eiusdem monasterii, benedictiones abbatissarum et monialium et celebrationes missarum publicarum, obedientiam et fidelitatem ac suspensionem clericorum eiusdem monasterii habuissent. Quatuor quoque testes nihilominus produxisti, tres quoque iurati deposuerunt, quod Atha abbatissa, cum, vacante ecclesia Capuana, a Roberto, quondam Suessano episcopo [2]), eiusdem ecclesiae suffraganeo, benedicta fuisset, ad suggestionem canonicorum Capuanae ecclesiae ab eodem episcopo requisita de obedientia et fidelitate ipsi ecclesiae exhibenda, tam ecclesiae, quam archiepiscopo, cum foret substitutus, obedientiam et fidelitatem iuravit. Adiecisti insuper, quod quandam monialem, quam eiecerat, ad tuam commonitionem et mandatum recepit et ei in quadam monasterii sui cella de Teano providit. Praeterea, ipsius monasterii clerici, a te et praedecessore tuo de fidelitate requisiti, eam vobis exhibuerunt. Sane, cum super hiis fuisset hinc inde diutius litigatum, privilegiis principum quantum ad libertatis donationem et monasterii exemptionem, quia nec illi, nec alii laici huiusmodi possunt ecclesiis libertatem donare, nullatenus, sicut dignum est, innitentes, privilegium Zachariae propter stilum dictaminis et corruptionem grammaticae artis et propter symoniacum contractum, quem continebat, videlicet quod ecclesiam venditam, quod de tam sancto viro nefas est credere, confirmasset, et propter pergamenum etiam, quod vix centum videbatur esse annorum, cum quadrigentorum annorum, prout in cronicis habetur, spatium decurrerit, quod idem Zacharias decessit; privilegium autem Leonis propter vitium et corruptionem grammaticae artis, de quo tam litterato et prudenti viro absurdum est existimare, quod tam ydiotas scriptores habuerit, et propter bullam, quae a bullis eiusdem Leonis, quae coram nobis productae fuerant, omnino comparebat dissimilis, et diversa, cum illae inter se comparerent per omnia similes, suspecta et fide non digna iudicavimus. Porro privilegium beatae memoriae Adriani papae nullam praelibato monasterio absolute libertatem conferebat, sed cum conditione, sicut habuerat antiquitus, confirmabat. Caeterum, licet multitudo testium, qui ex parte abbatissae producti fuerant, constanter asseverarent, praescriptum monasterium semper fuisse liberum et nulli, nisi ecclesiae Romanae et principi Capuano, subiectum, interrogati tamen, si certa signa subiectionis Romanae ecclesiae scirent, se id nescire asseruerunt. Testati sunt quoque, se non vidisse, quod

1) *Vergl. das Nachwort.* 2) *Robert, Bischof von Sessa, c. 1144 ff.*

Digitized by Google

abbatissae praedictae [a]) obedientiam praedecessoribus tuis promiserint aut fidelitatem iuraverint; profitebantur tamen, quod eas viderint ab eisdem tuis praedecessoribus benedici. Nos igitur cognoscentes tam ex hiis, quae ex parte tua allegata sunt, quam ex attestatione testium alterius partis, quod antecessores tui abbatissas et moniales supradicti monasterii benedixerint, missas ibi publicas celebraverint et praedictae Athae obedientiam et fidelitatem receperint et quomodo etiam clerici illius monasterii eis obedientiam exhibuerint et fidelitatem iuraverint, attendentes quoque, cautum esse canonibus, quod omnis ecclesia episcopo, in cuius episcopatu consurgit, subesse debeat, te a petitione memoratae abbatissae super libertate, quam sibi adversum te vendicare nitebatur, de communi fratrum nostrorum consilio absolvimus et tam tibi, quam ecclesiae tuae idem monasterium adiudicavimus et perpetuo subesse decrevimus. Ut autem haec nostrae diffinitionis sententia rata et firma permaneat et perpetuis temporibus inviolabiliter observetur, eam auctoritate apostolica roboramus et praesentis scripti pagina communimus. Statuentes, ut nulli omnino hominum liceat, hanc paginam nostrae diffinitionis infringere vel ei aliquatenus contraire. Si quis autem hoc attemptare praesumpserit, indignationem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli, apostolorum eius, se noverit incursurum.

(R) Ego Alexander catholicae ecclesiae episcopus ss. (M)
† Ego Bernardus Portuensis et sanctae Rufinae episcopus ss.
† Ego Hildebrandus basilicae XII Apostolorum presbiter cardinalis ss.
† Ego Guilielmus tit. sancti Petri ad Vincula presbiter cardinalis ss.
† Ego Boso presbiter cardinalis sanctae Pudentianae tit. Pastoris ss.
† Ego Petrus presbiter cardinalis tit. sancti Laurentii in Damaso ss.
† Ego Iacinthus diaconus cardinalis sanctae Mariae in Cosmedin ss.
† Ego Ardicio diaconus cardinalis sancti Theodori ss.
† Ego Manfridus diaconus cardinalis sancti Georgii ad Velum aureum ss.
† Ego Ugo diaconus cardinalis sancti Eustachii iuxta templum Agrippae ss.

Datum Tusculani, per manum Gratiani, sanctae Romanae ecclesiae subdiaconi et notarii. XIII [b]) Kalendas Iulii. Indictione IV. Incarnationis dominice anno MCLXXI. Pontificatus vero domni Alexandri papae III anno XII.

Kopialurkunde im Arch. Arcivescovile zu Capua, danach Abschrift und Kollation des Herrn Can. Gianelli zu Capua.

Diese Urk. ist schon zweimal gedruckt, fehlerhaft: Francesco Granata, Storia Sacra della Chiesa di Capua 1766. II p. 138, besser: Sacra Guida della Chiesa Cattedrale di Capua, Napoli 1859 p. 311 Anm. Beide Werke sind sehr selten. — Für die Kritik in der päpstlichen Kanzlei und deren Anwendung ist dieses eine der interessantesten Urkunden, die auf uns gekommen sind. Im Sacra Guida p. 293 sq. längere Abhandlung über das als unecht erklärte Privilegien des Papstes Zacharias etc.; schon der Umstand, dass es auf Pergament geschrieben, erhärtet die Fälschung. — Ihrem Aeussern nach gehört die Urkunde zu den Prunk-Mittelbullen.

Nr. 227.

Alexander III beauftragt die Bischöfe von Exeter und Worcester und den Abt von Fauresham, die Ursachen des Verfalls von St. Augustin of Canterbury zu untersuchen und zu entfernen.

c. 1170—1172 Tusculum.

Alexander episcopus, servus servorum dei, venerabilibus fratribus, B(artholomeo) Exoniensi [1]) et R(ogerio) Wigorniensi [2]) episcopis [3]), et dilecto filio, abbati de Fauresham, salutem et apostolicam benedictionem. Cum ex suscepti regiminis officio circa ecclesias dei curam et sollicitudinem adhibere debeamus, ut in statu integro et honesto, sicut decet, conserventur, dolemus plurimum et turbamur, cum aliqua illarum contingit ex insuffitienti custodia provisoris aut in discreto regimine dilapidationem bonorum suorum et enormem sustinere iacturam. Pervenit autem ad audientiam nostram, quod monasterium sancti Augustini Cantuariensis, quod ad dispositionem et ordinationem nostram et ecclesie Romane, nullo mediante, spectare dinoscitur, ad tam miserabilem statum devenerit, quod non solum in temporalibus, sed etiam in spiritualibus videtur ad ultimum venisse defectum et, nisi remedium celerius adhibeatur, timeri poterit, ne lapsum irreparabilem,

---

a) *In der Kollation Gianellis ausgestrichen, muss wohl fehlen* b) III *Granata.* — 1) *Bartholomäus, Bischof von Exeter, 1161—1184.* 2) *Roger, Bischof von Worcester, 1164—1179.* 3) *An die Bischöfe von Exeter und Worcester gemeinsam sind eine Reihe Briefe Alexanders III gerichtet, z. B. Jaffé, Reg. 8989—8994.*

Digitized by Google

quod deus avertat, non posset aliquatenus evitare. Quia igitur nolumus nec debemus hec incorrecta relinquere, vobis, de quorum prudentia et honestate plurimum confidimus, veritatem super his committimus inquirendam, discretioni vestre per apostolica scripta mandantes, quatenus ad predictum monasterium pariter accedatis et de statu ipsius sollicite investigantes, monachis eiusdem loci auctoritate nostra firmiter iniungatis, ut, omni gratia et timore postposito, vobis exinde nudam et simplicem veritatem aperiant nec eam in animarum suarum periculum reticere presumant. Verum, si ad predictum monasterium accedere non poteritis, electum et monachos, quos magis ad hoc noveritis expedire, congruo loco ad presentiam vestram convocetis et, horum veritate inquisita plenius et cognita, que corrigenda fuerint, commissa vobis auctoritate sine omni personarum acceptione, appellatione remota, corrigatis scelerius et emendetis et monasterium ipsum in pristinum statum studeatis modis omnibus reformare et ibidem antiquas et rationabiles patrum institutiones et honestas ipsius loci consuetudines faciatis inviolabiliter observari. Porro, si cognoveritis, quod idem monasterium absque amotione electi et quorundam monachorum reformari non possit, tam ipsum electum, quam monachos, quos videritis amovendos, omni occasione et appellatione remota, amovere non differatis, et aliunde personas idoneas eiusdem ordinis et honestas ibidem substituere ita, ut idem monasterium per studium et sollicitudinem vestram in suo statu reformatum, leta possit tam in spiritualibus, quam in temporalibus incrementa percipere et vestre discretionis prudentia debeat ex hoc, tam apud deum, quam apud homines non immerito commendabilem apparere. — Dat. Tusculani.

Abschrift vom 13 Jahrh. des Cod. Vat. 6024 p. 150, in der Bibl. Vaticana zu Rom.

Nr. 228.

Alexander III bestätigt dem Bischofe Offredo von Cremona, den Schiedsspruch des Bischofs von Brescia in einem Streite zwischen ihm und dem Propste von Pontita (D. Brescia) [1].

1171—(1172) März 6. Tusculum.

Alexander episcopus, servus servorum dei, venerabili fratri Offredo, Cremonensi episcopo [2], salutem et apostolicam benedictionem. Ea, que compositione vel iuditio terminantur, in sua debent stabilitate consistere et, ne quorumlibet presumptione immutari valeant, apostolico munimine roborari. Inde est, quod, tuis iustis postulationibus benigno animo annuentes, diffinitionis sententiam, quam venerabilis frater noster, Brixiensis episcopus [3], super causa, que inter te et Pontidensem priorem super tribus partibus decime duarum portarum Morengi, occidentalis scilicet et septentrionalis, et super decima Petrignani vertebatur, cognita ratione utriusque partis, noscitur protulisse, sicut in autentico scripto ipsius episcopi, exinde facto, continetur, auctoritate apostolica confirmamus et, ut inposterum rata et firma permaneat, presentis scripti patrocinio communimus. Statuentes, ut nulli omnino hominum liceat, hanc paginam nostre confirmationis ausu temeritatis infringere vel ei aliquatenus contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli, apostolorum eius, se noverit incursurum. — Dat. Tusculani [a], II Nonas Martii.

Abschrift vom Ende des 12 Jahrh. des Cod. Sicardi p. 86, im Privatbesitze des Sign. Dr. F. Robolotti, im Palazzo Ponzone zu Cremona.

Nr. 229.

Alexander III bestätigt dem Domkapitel von Mailand die überkommenen Gewohnheiten, wie sie in der Urkunde des Erzbischofs Galduin von Mailand enthalten sind.

1171—1172 Juli 6. Tusculum.

Alexander episcopus, servus servorum dei, dilectis filiis, capitulo Mediolanensis ecclesie, salutem et apostolicam benedictionem. Iustis petentium desideriis dignum

a) Tusculum. — .1) *Vergl. Repertorio Dipl. Cremonese p. 47 Nr. 1170.* 2) *Offredo, Bischof von Cremona, 1168—1185. Vergl. über ihn Sanclementius, Series episcoporum Cremonensium p. 95 sq.* 3) *Raimund von Brescia ist gemeint, die Urk. vom Jahre 1170. Steht im Cod. Sicardi vor dieser eingetragen.*

Digitized by Google

est nos facilem prebere consensum et vota, que a rationis tramite non discordant, effectu sunt [a]) prosequente complenda. Eapropter, dilecti in domino filii, vestris iustis postulationibus grato concurrentes assensu, antiquas et rationabiles consuetudines seu patrum traditiones, quas ecclesia vestra a longis retro temporibus tenuit, quemadmodum in autentico scripto venerabilis fratris nostri Galdini, archiepiscopi vestri [1]), apostolice sedis legati [2]), contineri noscuntur, vobis et per vos eidem ecclesie auctoritate apostolica confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus. Statuentes, ut nulli omnino hominum liceat, hanc paginam nostre confirmationis infringere vel ei aliquatenus contraire. Si quis autem hoc attemtare presumpserit, indignationem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli, apostolorum eius, se noverit incursurum. — Dat. Tusculani, II Nonas Iulii.

Kopie des 17 Jahrh. Cart. LXXVI Nr. 29, im Archivio Capitolare della Metropolitana zu Mailand.

Nr. 230.

Alexander III tadelt Klerus und Volk von Oria (D. Brindisi), dass sie Aufreizungen gegen ihren Erzbischof Gehör geben, er befiehlt ihnen, diesem gehorsam zu sein [3]).

1173—1174 October 20. Anagni [4]).

Alexander episcopus, servus servorum dei, dilectis filiis, clero et populo Uritano, salutem et apostolicam benedictionem. Miramur plurimum et adversum vos de iure movemur, quod vos consiliis quorundam aures accomodantes, qui vobis falsa sugerere praesumunt et inter vos et Brundusinos discordiam seminare, adversus fratrem nostrum, Brundusinum archiepiscopum [5]), seditiones et scandala concitare nitimini et Brundusinam ecclesiam dividere ac memorato archiepiscopo debitam obedientiam et reverentiam denegare praesumitis, eo quod vobis de consecratione sua litteras nostras non misimus, cum praedecessores nostri vobis vel praedecessoribus vestris de consecratione Brundusini archiepiscopi litteras mittere nullatenus consueverunt. Quia igitur gravem culpae maculam contrahunt et non mediocriter oculos divinae maiestatis offendunt, qui ecclesiae corpus dividere audent et praelato ac patri suo spirituali debitam obedientiam et reverentiam denegare, universitati vestrae per apostolica scripta mandamus et mandando praecipimus, quatenus eidem archiepiscopo debitam reverentiam et obedientiam humiliter impendatis et contra eum scandala et seditiones nullatenus moveatis. Scitis profecto, quod, si secus agere praesumpseritis, carissimus in Christo filius noster W(ilhelmus) [6]), illustris rex Siciliae, dominus vester, id molestum omnimodis feret ac non immerito nostram et suam poteritis formidare vindictam. Nos quoque sententiam, quam idem archiepiscopus in vos propter hoc rationabiliter tulerit, auctore domino ratam et firmam habebimus et faciemus inviolabiliter observari. — Datum Anagniae, XIII Kal. Novembr.

Abschrift des Cod. Dipl. ecclesiae Brundusinae, im Archivio Capitolare zu Brindisi.

Nr. 231.

Alexander III entscheidet einen Streit zwischen dem Kloster San Pietro di Villamagna (D. Anagni) und dem Anagninischen Bürger Theobald wegen einiger Hufen in Gorga zu Gunsten des ersteren.

1174 Januar 6. Anagni.

ALEXANDER episcopus, servus servorum dei, dilectis filiis Amato, abbati et fratribus monasterii sancti Petri de Villa magna, salutem et | apostolicam benedictionem. Cum sepius tu, fili abbas, apud nos querelam deposuisses, quod dilectus filius noster | Tebaldus, Anagninus civis, vobis quosdam mansos in castro Gorge [7]) contra iustitiam

a) effectum suum. — 1) *Galdinus, Erzbischof von Mailand, 1166—1176.* 2) *Pagi, Breviarium III, p. 88; Reuter, Alexander III, II S. 269; Giulini, Memorie VI p. 337. Seit dem 11 November 1166 findet er sich als presbiter card. tit. S. Sabinae. Jaffé, Reg. p. 678.* 3) *Die Abschrift dieser Urkunde verdanke ich dem Herrn Arcidiacono Giovanni Tarantini zu Brindisi. Vergl. die Urk. vom 2 August 1144.* 4) *Das Jahr ergiebt sich aus Anm. 5 und dem Itinerar.* 5) *Aus dem Folgenden geht hervor, dass es Wilhelm II ist, Erzbischof von Brindisi, 1173—1181; im Archivio Capitolare zu Brindisi wird eine Bestätigungsbulle Alexanders III für Wilhelm von Brindisi vom 29 Mai 1173 aufbewahrt.* 6) *Wilhelm II, König von Sicilien, 1166—1194.* 7) *Gorga, Velletri, P. di S. Pietro.*

Digitized by Google

detineret, quos Transmundus a) Ildicii pro Petro fratre suo oblato vestro vobis contulerat, tandem, te et predicto T(ebaldo) in nostra presentia constitutis, coram nobis et fratribus nostris eadem querela fuit iterum replicata. Idem vero .T(ebaldus) asserebat, quod non violenter vel iniuste, set obligationis titulo prescriptos mansos b) tenebat, asseverans, quod, cum ipse prefato Petro ad sequendum illum heresiarcham Octavianum [1]) quendam runcinum dedisset, idem Petrus mansos ipsos sibi pignori obligavit et ideo runcinum sibi restitui postulabat. Nos itaque studiosius attendentes, quomodo prefato Petro non licuerit, prescriptos mansos, cum vobis collati fuissent, pro qualibet causa nedum pro tam prava et enormi per c) se c) aliquo titulo obligare, de consilio fratrum nostrorum decrevimus, ut idem mansi ad manus vestras debeant sine aliqua contradictione vel exactione redire et iamdictum T(ebaldum) per publicum instrumentum, quod de mansis ipsis vobis factum fuerat, eisdem mansis fecimus renuntiare. Per presentis itaque scripti paginam artius inhibemus, ne idem Tebaldus vel heredes sui de prescriptis mansis aliquando molestare vos audeant vel in causam trahere aut quodlibet vobis vel monasterio vestro exinde gravamen inferre. Ut autem huius diffinitionis nostre sententia perpetuis temporibus inviolabiliter observetur, eam in scriptis redigi fecimus, ut non possit in posterum aliquorum temeraria presumptione rescindi. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat, hanc paginam nostre diffinitionis et c) prohibitionis c) infringere vel ei aliquatenus contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis dei et | beatorum Petri et Pauli, apostolorum eius, se noverit incursurum.

(R) Ego Alexander catholice ecclesie episcopus ss. (M)
† Ego Hubaldus Hostiensis episcopus ss.
† Ego Bernardus Portuensis et sancte Rufinę episcopus ss.
† Ego Gualterius Albanensis episcopus ss. (5)
— † Ego Iohannes presbiter cardinalis tit. sanctę Anastasię ss d).
† Ego Guillelmus presbiter cardinalis tit. sancti Petri ad Vincula ss.
† Ego Boso presbiter cardinalis sancte Pudentiane tit. Pastoris ss.
† Ego Petrus presbiter cardinalis tit. sancti Laurentii in Damaso ss.
† Ego Iohannes presbiter cardinalis tit. sancti Marci ss.
† Ego Manfredus presbiter cardinalis tit. sancte Cecilie ss.
† Ego Petrus presbiter cardinalis tit. sancte Susanne ss.
† Ego Petrus presbiter cardinalis tit. sancti Grisogoni ss.
— † EGo Oddo diaconus cardinalis sancti Nicholai in carcere Tulliano ss.
† Ego Cinthius diaconus cardinalis sancti Adriani ss.
† Ego Hugo diaconus cardinalis sancti Eustachii iuxta templum Agrippe ss.
† Ego Vitellus diaconus cardinalis sanctorum Sergii et Bachi ss.
† Ego Hugo diaconus cardinalis sancti Angeli ss.
† Ego Laborans diaconus cardinalis sanctę Marię in Porticu ss. (1)

Dat. Anagnie, per manum Gratiani, sancte Romane ecclesie subdiaconi et notarii. VIII(?) e) Id. Ianuar. Indictione VII. Incarnationis dominice anno MCLXXIII. Pontificatus vero domni ALEXANDRI pp. III anno XV f).

Or. (Prunk-Mittelbulle), im Archivio Capitolare zu Anagni.

Perg. ital., br. 0,575, lang 0,705, unten 0,027 umgeschlagen, durch zwei Löcher geht die goldgelbe Seidenschnur, woran das Bleisiegel hängt. Faltung der Bullen. Das Initial-A ganz in der Art der Prunkbullen gehalten, der weitere Name in gestreckter Schrift, alles Uebrige in Bullenminuskel, die Oberlängen der ersten Zeile ungefähr bis zur Höhe des einleitenden A gestreckt; die Majuskeln nach einem grossen Punkt hervorgehoben. Schrift raumverschwenderisch eingetragen. Amen fehlen. Ringkreuz und E der päpstlichen Unterschrift von graubrauner, die übrige Unterschrift und Umschrift von rothbrauner Dinte wie der Hauptkörper. Das G Gratians in der Datumzeile wohl nachgetragen. Die Zeugenfirmen rühren durchgehends von verschiedenen Händen her.

Nr. 232.

Alexander III nimmt die Kirche von Au am Inn (D. Salzburg) mit dem, was ihr von ihrem Gründer überwiesen ist, in apostolischen Schutz und bestätigt ihre Besitzthümer und Rechte [2]).

1174 Januar 30. Anagni.

Alexander episcopus, servus servorum dei, dilectis filiis Henrico, prepósito ecclesie sancte Marie in Owe Pozani, eiusque fratribus, tam presentibus quam futuris,

a) ra *auf Rasur* b) s manso *auf Rasur* c) *auf Rasur* d) es pbr. card. *auf Rasur* e) *abgescheuert* f) *auf Rasur.* — — .1) *Victor IV.* 2) *Bonelli, Not. istoriche sul Adelpreto di Trento III p. 168.*

Digitized by Google

regularem vitam professis, IN PPM. — | Religiosam vitam eligentibus apostolicum convenit adesse presidium, ne forte cuiuslibet temeritatis incursus aut eos a proposito revocet aut robur, quod absit, | sacre religionis infringat. Eapropter, dilecti in domino filii, vestris iustis postulationibus benignius annuentes, prelibatam ecclesiam cum omnibus, que bone memorie Arnulfus [a]) et uxor eius Mathildis [b]), fundatores ipsius loci, eidem ecclesie pro remedio animarum suarum rationabiliter contulerunt, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus et presentis scripti privilegio communimus. Statuentes, ut quascumque possessiones, quecumque bona eadem ecclesia in presentiarum iuste et canonice possidet aut in futurum concessione pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium seu aliis iustis modis, prestante domino, poterit adipisci, firma vobis vestrisque successoribus et illibata permaneant. In quibus hec propriis duximus exprimenda vocabulis: locum ipsum in quo ecclesia vestra sita est, vineas vero et agros circa eundem locum positas, et quicquid in montibus et in vallibus, molendinis et pascuis et alpibus atque aliis locis rationabiliter possidetis, vobis et ecclesie vestre auctoritate apostolica confirmamus. Sepulturam quoque ipsius loci liberam esse decernimus, ut eorum devotioni et extreme voluntati, qui se illic sepeliri deliberaverint, nisi forte excommunicati vel interdicti sint, nullus obsistat, salva tamen iustitia matricis ecclesie. Cum autem generale interdictum terre fuerit, liceat vobis, clausis ianuis, exclusis excommunicatis et interdictis, non pulsatis campanis, suppressa voce divina officia celebrare. Sane novalium vestrorum, que propriis manibus aut sumptibus colitis, sive de nutrimentis vestrorum animalium nullus a vobis decimas presumat exigere. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat, prefatam ecclesiam . . . usibus [omni]-modis profutura, salva sedis apostolice auctoritate et diocesani episcopi canonica iustitia. Si qua igitur . . . Cunctis autem . . . inveniant. Amen. A-m. Amen. —

(R) Ego Alexander catholice ecclesie episcopus ss. (M)
† Ego Hubaldus Hostiensis episcopus ss.
† Ego Bernardus Portuensis et sancte Rufine episcopus ss. (6)
— † Ego Iohannes presbiter cardinalis tit. sancte Anastasie ss.
† Ego Guillelmus presbiter cardinalis tit. sancti Petri ad Vincula ss.
† Ego Boso presbiter cardinalis sancte Pudentiane tit. Pastoris ss.
† Ego Petrus presbiter cardinalis tit. sancti Laurentii in Damaso ss.
† Ego Iohannes presbiter cardinalis tit. sancti Marci ss.
† Ego Manfredus presbiter cardinalis tit. sancte Cecilie ss. (1)
† Ego Petrus presbiter cardinalis tit. sancti Grisogoni ss.
— † EGo Oddo diaconus cardinalis sancti Nicholai in carcere Tulliano ss.
† Ego Cinthyus diaconus cardinalis sancti Adriani ss.
† Ego Hugo Boniensis diaconus cardinalis sancti Eustachii iuxta templum Agrippe ss.
† Ego Vitellius diaconus cardinalis sanctorum Sergii et Bachi ss. (4)

Dat. Anagnie, per manum Gratiani [c]), sancte Romane ecclesie subdiaconi et notarii. III Kl. Febr. Indictione VII. Incarnationis dominice anno MCLXXIII. Pontificatus vero domni Alexandri pp. III anno XV.

Or. im Archive des Germanischen Museums zu Nürnberg.

Perg. ital., br. 0,534, lang 0,675, unten 0,036 umgeschlagen, durch 2 Löcher geht die bräunlichgelbe Seidenschnur, woran das Bleisiegel hängt. Faltung der Bullen. Hauptkörper misst nur 0,402. Umschrift und Unterschrift vom Kontextschreiber ausser das die letztere einleitende E, *welches wie das Ringkreuz von dunklerer Dinte herrührt, wohl von anderer als das* G *Gratians, welches in die Datirungzeile eingetragen ist; wahrscheinlich dieses und die Korrecturen und Nachtragungen des Hauptkörpers von gleicher Hand und Dinte. Zeugenfirmen zum grösseren Theile von verschiedenen Händen und Dinte geschrieben, das Kreuz des ersten Presbyters Johannes zeigt hellere Dinte und schwerere Hand als die Schrift, das des Diakonen Otto rührt wohl von dunklerer Dinte her als die übrige Firma.*

---

a) rnulf *auf Rasur von dunklerer Dinte und anderer Hand* b) *von dunklerer Dinte und der vorigen Hand eingetragen* c) *auf Rasur.*

Digitized by Google

Nr. 233.

Alexander III berichtet dem Kloster Passignano (D. Firenze [1]), er habe an den Konvent von San Michele di Poggio San Donato di Siena und an den Sieneser Kanonikerkonvent seinetwegen geschrieben, an den Abt von Vallombrosa, dass er dessen Gerechtsame aufrecht erhalte, wofür das Kloster diesem die schuldige Unterwürfigkeit zu leisten habe.

1174 October 25. Ferentino.

Alexander episcopus, servus servorum dei, dilectis filiis . . abbati et fratribus monasterii Passinianensis, | salutem et apostolicam benedictionem. Cum vos et monasterium vestrum sincere in domino diligamus, iura vestra prompto animo | illesa volumus conservare et petitiones vestras admittere in eo, quod rationi conveniat et consonet honestati. Inde utique fuit, quod nos, receptis litteris, quas vestra nobis devotio destinavit, petitionem vestram, quantum secundum deum potuimus, et iustitiam libenter admisimus et de promittenda et exsolvenda tibi, fili abbas, obedientia a priore et fratribus monasterii sancti Michaelis de Podio sancti [a]) Donati Senensis, ad eos [a]) et ad dilectos filios nostros, electum prepositum et canonicos Senenses, nostra [b]) scripta direximus [c]), sicut vidimus expedire. Dilecto quoque filio nostro, Vallembrosanensi abbati, ad petitionem vestram dedimus in mandatis, ut vos et monasterium vestrum tanquam unum [b]) de maioribus monasteriis sue congregationis propensius diligat, et iura vestra [b]) et honorem studeat conservare, et a vestris [b]) et eiusdem monasterii gravaminibus et molestiis omnino desistat. Verum illud scire [d]) vos volumus [d]), quod predictus abbas adversum vos gravem nobis querelam transmisit, asserens, quod vos ei debitam et consuetam obedientiam et honorem pro vestra voluntate subtrahitis, qui deberetis sibi tanquam religiosi viri prompta devotione subesse. Quoniam igitur, sicut honorem et iura vestra vobis cupitis conservari, ita etiam predicto abbati debetis reverenter impendere, quod ei tenemini de iure persolvere, discretioni vestre per apostolica scripta mandamus, quatinus eidem abbati debitam reverentiam impendatis et tu, fili abbas, eam sibi obedientiam et honorem exhibeas, quam [e]) predecessores tui suis consueverunt antecessoribus exhibere, scituri pro certo, quod, si mandato nostro nolueritis acquiescere, quantumcumque | vos diligamus, id relinquere non poterimus incorrectum. — Dat. Ferentini, VIII Kl. Novembr.

Or. (S. Trinità di Firenze, 1159 Ott. 25) und neuere Abschrift (S. Trinità di Firenze 1159 Ott. 25), im Archivio di Stato zu Florenz.

Or., Perg. ital., br. 0,19, lang 0,205, unten 0,017 umgeschlagen, durch 2 Löcher ging die Schnur, welche mit dem Bleisiegel verloren. Faltung der Breven.

Nr. 234.

Alexander III bestätigt dem Kanonikerkonvente von Pistoia das Hospital von Umbroncello mit Zubehör, welches er in apostolischen Schutz nimmt [2]).

1174 November 19. Ferentino.

Alexander episcopus, servus servorum dei, dilectis filiis Nevaldo, Pistoriensis ecclesie preposito, eiusque fratribus, tam presentibus quam futuris, canonice instituendis [f]), IN PPM. — | Desiderium, quod ad religionis propositum et animarum salutem pertinere monstratur, deo auctore sine aliqua est dilatione complendum. Eapropter, | dilecti in domino filii, vestris iustis postulationibus clementer annuimus et predecessoris nostri, felicis memorie Urbani [3]), et sancte recordationis patris et predecessoris nostri Eugenii, Romanorum pontificum [4]), vestigiis inherentes hospitalem domum de Umbroncello, quam predecessores vestri studiis et impensis suis construxisse noscuntur, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus et presentis scripti privilegio communimus. Statuentes, ut quascumque possessiones, quecumque bona predicta domus in presentiarum iuste et canonice possidet aut in futurum concessione pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium seu aliis iustis modis deo propitio poterit adipisci, firma

---

a) *Von* cti *an auf Rasur* b) *theilweise auf Rasur* c) ximus *auf Rasur* d) scire vos vol *auf Rasur* e) *theilweise auf Rasur durch Korrectur von anderer Dinte hergestellt* f) instuendis. — .1) *Oder Fiesole, vergl. die Urk. vom 19 November 1128.* 2) *Vergl. die Urk. vom 8 Februar 1154.* 3) *Vergl. Pflugk-Harttung, Iter Italicum p. 205 Nr. 213.* 4) *Urk. vom 11 December 1151.*

Digitized by Google

ei et illibata permaneant. In quibus hec propriis duximus exprimenda nominibus: decimarum, que vobis a populo dantur, partem [a]) decimam, et laborum vestrorum decimas, quemadmodum ab eisdem predecessoribus vestris unanimiter statutum est. Preterea eiusdem tenoris privilegium ceteris quoque per vestrum episcopatum sitis hospitalibus indulgemus; ei videlicet, quod iuxta villam Quarratam edificatum est, ei, quod iuxta Caprariam oppidum, ei, quod in prato, quod dicitur Episcopi, ei, quod iuxta locum, qui [b]) dicitur crux Brandeliana, hospitale de Docio, quod ab hedificatore Esnello nomine per scriptum publicum vobis concessum est, ei quoque, quod in Brisceto predecessorum vestrorum studiis impensisque edificatum est, quod nimirum predicto vestro xenodochio de Umbroncello, quemadmodum a memorato predecessore nostro statutum est, perpetuis temporibus subiectum esse decernimus; quia vero extra urbes he hospitales domus consistunt, huius privilegii decreto statuimus, ut intra unum stadium nemo iuxta eas aliquem capere, predari aut hostiliter disturbare presumat, quarum omnium ordinationes ac dispositiones vobis vestrisque successoribus duximus committendas, ut eorum, qui in vobis religiosiores [c]) fuerint, voluntate communi, communicato etiam fratrum vallis Umbrosiane consilio et consensu quoque vestri episcopi, si catholicus fuerit et religiosus, adhibito, rectores eisdem domibus preponantur, qui secundum deum earum curam habere et pauperibus, eo convenientibus, sollicite ministrare procurent. Decernimus ergo, ne ulli omnino hominum liceat, easdem domos temere perturbare aut in eisdem aliquem capere aut ei subditas possessiones auferre, minuere vel temerariis vexationibus fatigare, set omnia integra conserventur eorum, pro quorum sustentatione concessa sunt, usibus eorumque saluti, qui obtulerint, profutura. Sane, si quis in crastinum archiepiscopus, episcopus, imperator aut rex, princeps aut dux, comes aut vicecomes aut iudex aut persona quelibet magna vel parva, potens aut impotens, huius nostri privilegii paginam sciens, contra eam temere venire temptaverit, secundo tertiove commonita, si non satisfactione congrua emendaverit, a Christi et ecclesie corpore eam auctoritate potestatis apostolice segregamus. Hii autem, qui ob dei proximique dilectionem et sedis apostolice reverentiam predictas domos suis bonis ditare et exaltare curaverint, dei apostolorumque eius benedictione et peccatorum absolutione donentur. Qua adiuti ad vitam | perveniant sempiternam. Amen. A-m. Amen.

(R) Ego Alexander catholice ecclesie episcopus ss. (M)
† Ego Hubaldus Hostiensis episcopus ss.
† Ego Bernardus Portuensis et sancte Rufine episcopus ss.
† Ego Gualterius Albanensis episcopus ss. (1)
— † Ego Iohannes presbiter cardinalis sanctorum Iohannis et Pauli tit. Pamachii ss.
† Ego Guill(ielmu)s presbiter CARdinalis tit. sancti Petri ad Vincula ss. (2)
— † Ego Ardicio diaconus cardinalis sancti Theodori ss.
† Ego Cinthyus diaconus cardinalis sancti Adriani ss. (1)
† Ego Laborans diaconus cardinalis sancte Marię in Porticu ss.

Dat. Ferentini, per manum GRatiani, sancte Romane ecclesie subdiaconi et notarii. XIII Kl. Decembr. Indictione VIII. Incarnationis dominice anno MCLXXIIII. Pontificatus vero domini Alexandri pp. III anno sextodecimo. —

Or. (Capitolo di Pistoia 1174 Nov. 19), im Archivio di Stato zu Florenz.

Perg. ital., br. 0,595, lang 0,66, unten 0,031 umgeschlagen, durch 2 Löcher geht die reichliche bräunlichgelbe Seidenschnur, welche unterhalb des daran hängenden Bleisiegels noch 0,35 misst, Faltung der Bullen. Ringkreuz und E *der päpstlichen Unterschrift von gleicher Hand. Datirung wahrscheinlich vom Konscriptschreiber, doch wohl mit hellerer Dinte ausgeführt, das* G *Gratians mit dunklerer eingetragen. Die Zeugenfirmen theilweise von verschiedener Hand und Dinte.*

Nr. 235.

Alexander III bestätigt dem Kanonikerkonvente von Pistoia seine Besitzthümer und Rechte. 1174 November 19. Ferentino.

Alexander episcopus, servus servorum dei, dilectis filiis, Nevaldo preposito et ceteris Pistoriensis canonice fratribus, tam presentibus quam futuris, in regularis vite

a) tem *theilweise auf Rasur von anderer Dinte* b) i *auf Rasur von anderer Dinte* c) *das* *weite* io *auf Rasur mit anderer Dinte zwischengeschrieben.*

Digitized by Google

observantia permansuris, IN PPM. — Quotiens illud a nobis petitur, quod religioni et honestati convenire dinoscitur, animo nos decet libenti concedere et petentium desideriis congruum impertiri suffragium. | Eapropter, dilecti in domino filii, vestris iustis postulationibus clementer annuimus et ad exemplar predecessorum nostrorum, bone memorie Alexandri, Urbani, Lucii et sancte recordationis patris et predecessoris nostri Eugenii, Romanorum pontificum, canonice vite ordinem, quam professi estis, auctoritate nostri privilegii communimus. Presenti igitur decreto statuimus, ut nemini viventium liceat, vos et successores vestros a vite canonice c[omm]unione distrahere, neve alicui vestrum post professionem liberum sit, a congregatione discedere et latioris vie prerupta sectari. Quam ob rem decernimus, ut si ex vobis q[uisqu]am a proposito aberraverit, ad corrigendum eum et secundum disciplinam regule cohercendum a), tibi, fili preposite, vel a) successoribus tuis et ceteris, qui prefuerint, nulla debeat persona obsistere. Obeunte te vel ceteris canonice vestre rectoribus, nullus ibi qualibet subreptionis astutia vel violentia preponatur, nisi, quem regulares fratres secundum dei timorem vel de suis, si talem inter se reppererint, vel de alienis, si oportuerit, cum consilio episcopi, qui canonice electus et per Romanam fuerit ecclesiam ordinatus, elegerint. Preterea, quascumque possessiones, quecumque bona in presentiarum iuste et canonice possidetis aut in futurum concessione pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium seu aliis iustis modis deo propitio poteritis adipisci, firma vobis vestrisque successoribus, qui in eadem religione permanserint, et illibata permaneant. In quibus hec propriis duximus exprimenda vocabulis: plebem de Viliano b) cum omni decimatione, plebem de sancto Quirico, similiter et ceteras decimationes sive infra civitatem seu extra, ab episcopis vobis concessas, et quartam portionem oblationum, quas letanie offerunt, et decimationes de Groppole, et de Collina, et capellam eiusdem loci, capellam sancti Salvatoris sitam in porta Guidonis, capellam sancti Leonardi, et capellam sancte Marie in burgo eiusdem porte, capellam sancte Marie in burgo Guittradi, capellam sancti Vitalis, et ecclesiam de Vicofario in porta Lucensi c), et ecclesiam sancti Blasii cum terris positis in Aqua vivola, et in Vizano, et in Falagrano, et in Barzani, et in Glandaria, sicut easdem d) terras d) dedit Gerardus, filius Baronci, et Rolandus cum Davizo, genero suo, ecclesiam sancti Andree cum pertinentiis suis, ecclesiam de Faltugnano cum pertinentiis suis. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat, eandem canonicam temere perturbare aut eius possessiones auferre vel ablatas retinere, minuere seu quibuslibet vexationibus fatigare, sed illibata omnia et integra conserventur vestris e) et eorum, pro quorum gubernatione et sustentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura. Ea nimirum diligentia curaque adhibita, ne rerum augmentis in libertatem carnis et velamen malitie abutamini, [et] ne quoquo modo res augere et fratrum debeatis numerum imminuere, sed tantus canonicorum numerus conservetur, quantum loci vestri facultas pati posse videbitur, ne religionis et servitii debiti detrimentum ecclesia patiatur, salva in omnibus apostolice sedis auctoritate et Pistoriensis episcopi canonica iustitia. Vos igitur oportet, regularis vite institutionibus diligenter insistere et in omnibus apostolice sedis dec[reta] servare, ut post vite presentis angustias, opitulante domino, ad superne beatitudinis gloriam pervenire mereamini. Sane, si quis in crastinum archiepiscopus aut episcopus, imperator aut rex, marchio, comes, vicecomes, iudex aut castaldio, aut persona quelibet, [ma]gna vel parva, huius privilegii paginam sciens, contra eam temere venire temptaverit, secundo tertiove commonita, nisi presumptionem suam [di]gna satisfactione correxerit, potestatis honorisque sui dignitate careat reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo corpore ac sanguine dei et domini, redemptoris nostri Iesu Christi, aliena fiat, atque in extremo examine districte ultioni subiaceat. Cunctis autem, eidem loco sua iura servantibus, sit pax domini nostri Iesu Christi, qua|tinus et hic f) fructum bone actionis percipiant et apud districtum iudicem premia eterne pacis inveniant. | Amen. A-m. Amen. —

(R) Ego Alexander catholice ecclesie episcopus ss. (M)
† Ego Hubaldus Hostiensis episcopus ss.
† Ego Bernardus Portuensis et sancte Rufine episcopus ss.
† Ego Gualterius Albanensis episcopus ss.

---

a) *Von* ndum *bis* vel *auf Rasur von dunklerer Dinte* b) Vi *auf Rasur* c) Lucense d) *auf Rasur von anderer Dinte* e) ur vestris *theilweise auf Rasur und von anderer Dinte* f) c *auf Rasur.*

Digitized by Google

— † Ego Iohannes presbiter cardinalis sanctorum Iohannis et Pauli tit. Pamachii ss.
† Ego Guill(ielmu)s presbiter cardinalis tit. sancti Petri ad Vincula ss. (2)
— † Ego Ardicio diaconus cardinalis sancti Theodori ss.
† Ego Cinthyus diaconus cardinalis sancti Adriani ss. (1)
† Ego Laborans diaconus cardinalis sancte Marie in Porticu ss.

Dat. Ferentini, per manum GRatiani, sancte Romane ecclesie subdiaconi et notarii. XIII Kl. Decembr. Indictione VIII. Incarnationis dominice anno MCLXXIIII. Pontificatus vero domini Alexandri pp. III anno sextodecimo. —

Or. (Capitolo di Pistoia, 1174 Nov. 19), im Archivio di Stato zu Florenz.

Perg. ital., br. 0,595, lang 0,74, unten 0,032 umgeschlagen, durch 2 Löcher ging die Schnur, welche mit dem Blei verloren, Faltung der Bullen. Die erste Zeile steht von der oberen Kante 0,095 entfernt. In der Ausführung, selbst im Monogramme entspricht die Urkunde durchaus der anderen vom gleichen Tage, nur dass die Datirung hier von der nämlichen Dinte wie das Konscript sein dürfte.

Nr. 236.

Alexander III beauftragt den Bischof von Tortona und den Abt von Sant' Andrea di Genova, die Streitsache zwischen dem Kloster Monte Cristo und dem Erzbischofe von Genua wegen der Kirche von Molo beizulegen [1]*).*

(1170)—1175 September 20. Ferentino.

Alexander episcopus, servus servorum dei, venerabili fratri, Terdonensi episcopo [2]), et dilecto filio, abbati sancti Andree, salutem et apostolicam benedictionem. Causam, que inter dilectos filios nostros, abbatem et fratres de Monte Christi, et venerabilem fratrem, Ianuensem archiepiscopum [3]) super ecclesia de Molo [4]) agitari dignoscitur, experientie vestre, de qua plene confidimus, committimus audiendam et fine debito terminandam. Ideoque discretioni vestre per apostolica scripta precipiendo mandamus, quatinus, cum exinde requisiti fueritis, utramque partem ante vestram presentiam convocetis et, rationibus hinc inde auditis (et) diligenter cognitis, eamdem causam infra duos menses post harum susceptionem, appellatione remota, concordia vel mediante iustitia terminetis. Ceterum, si uterque vestrum his exsequendis interesse non poterit, alter ea nihilominus exsequatur. — Datum Ferentini, XII Kal. Octubris. —

Abschrift der Miscell. di Stor. Ligur. V p. 278, in der Bibl. Civica zu Genua.

Nr. 237.

Alexander III berichtet dem Domkapitel von Genua, er habe ihre Streitigkeiten mit dem Erzbischofe an den Bischof von Tortona zur Entscheidung überwiesen.

1175 Juni 21. Ferentino.

Alexander episcopus, servus servorum dei, dilectis filiis, preposito et canonicis Ianuensibus, salutem et apostolicam benedictionem. Causam, quam inter venerabilem fratrem nostrum, archiepiscopum vestrum [5]), et vos ipsos super variis et diversis capitulis et precipue super oblationibus prime misse circumcisionis domini et epyphanie et super oblationibus missarum, que inter primam et maiorem missam per omnes pene festivitates totius anni cantantur, agitari dignoscitur, venerabili fratri nostro, Terdonensi episcopo [6]), commisimus audiendam et fine debito terminandam. Ideoque discretioni vestre per apostolica scripta precipiendo mandamus, quatinus cum ab eodem episcopo vocati fueritis, eius presentiam adeatis et, quod ipse inter vos et eundem archiepiscopum super predictis causis iudicaverit, suscipiatis et observetis. — Dat. Ferentini, XI Kl. Iulii.

Abschrift der Miscell. di Stor. Lig. V p. 264, in der Bibl. Civica zu Genua.

---

1) *Vergl. die Urk. vom 12 September 1184—1185.* 2) *Oberto, Bischof von Tortona, c. 1153 — c. 1184(?), vergl. auch die Urk. vom 21 Juni 1175.* 3) *Hugo della Volta, Erzbischof von Genua, 1163—1188.* 4) *Molo, Frz. del com. di Genova, prov. di Genova.* 5) *Hugo della Volta, Erzbischof von Genua, 1163—1188.* 6) *Oberto, Bischof von Tortona, c. 1153 — c. 1184(?).*

Digitized by Google

Nr. 238.

Alexander III beauftragt die Bischöfe von Sagona und Nebbio (auf Corsica), dafür zu sorgen, dass Zehnten der Kirche von Santa Maria di Capo Corso dem Kloster Santa Maria in Gorgona (D. Luna-Sarzana) nicht durch den Pfarrherrn von Luri entzogen werden.

(1159)—1176 November 21. Anagni.

Alexander episcopus, servus servorum dei, venerabilibus fratribus, Segonensi et Nebulensi episcopis, [salutem] et apostolicam benedictionem. Ex trans|missis litteris dilectorum filiorum nostrorum, abbatis et fratrum Gorgonensis [a]) monasterii, accepimus quod L. [M]aranensis [1]) episcopus, cognoscens plebem | sancte Marie de capite Corsice [2]) ad Gorgonense monasterium [b]) pertinere, ipsam(?) cum(?) omnibus [b]) pertinentiis suis, tam terris, quam domibus, vineis, pratis, pascuis, silvis, decimis et baptismate aliisque rationibus suis(?) auctoritate pontificali in perpetuum confirmavit, statuens, ut in iure, potestate et dominio Gorgonensis monasterii et abbatis eius permaneat [c]), et ut clerici, qui soliti sunt servire predicte plebi de baptismate faciendo, deinceps sine contradictione aliqua serviant, salvo sibi, quod tantum percipiant de oblatione, quantum soliti sunt percipere. Nunc autem plebanus de Luri [3]) predictos [d]) abbatem et fratres [d]) super decimis, pertinentibus ad eandem plebem, contra iusticiam inquietare presumit et, quod idem abbas et fratres quadraginta annis pacifice tenuerunt et, quod ad eos rationabiliter pertinet, sibi nititur vendicare, terminum transgrediens, qui inter eum et ipsos diffinitus est et statutus [e]) et vocatur [f]) Serra de Pero [g]); super hoc etiam eos fecit a venerabili fratre nostro Ianuensi archiepiscopo commoneri et ad causam vocari; sed ipsi, cum ad iurisdictionem beati Petri et nostram pertineant et nullum habeant preter Romanum pontificem ep[iscopum] vel magistrum, ad eius noluerunt vocationem accedere, nec exinde ausi sunt sine mandato nostro causam [observa?]re. Quia igitur iura prelibati monasterii tanto studiosius conservare tenemur, quanto ad ius et tutelam beati [h]) Petri et nostram noscitur spetialius pertinere, vobis, de quorum prudentia et honestate confidimus, causam ipsam committimus audiendam et fine debito terminandam. Ideoque fraternitati vestre per apostolica scripta precipiendo mandamus, quatinus predictum plebanum ex parte nostra commoneatis et distric(t)ius compellatis, ut eisdem abbati et fratribus prescriptam decimam secundum terminum, qui inter eos positus est, quiete pacificeque dimittat et nullum exinde ulterius molestiam inferat vel gravamen, aut in presentia vestra ordine iudiciario experiatur et vos causam audiatis et eam concordia vel mediante iusticia terminetis. Si qua vero partium duxerit appellandum, nichilominus rationes et allegationes utriusque partis cum omni studio audiatis et testes, qui hinc inde producti fuerint, appellatione remota, recipiatis et, eorundem iuratorum depositiones diligentius conscribentes, eas nobis sub sigillis vestris clausas mittatis, terminum utrique parti congruum prefigentes, quo debeant cum ipsis attestationibus et rationibus | apostolico se conspectui presentare. — Dat. Anagnie, XI Kl. Decembr.

Or. im Archivio della Certosa di Calci, unfern Pisa.

Perg. ital., br. 0,252, lang 0,29, unten 0,024 umgeschlagen, durch zwei Löcher ging die Schnur, welche mit dem Bleisiegel verloren. Faltung der Breven.

Nr. 239.

Alexander III befiehlt dem Erzbischofe von Braga und dessen Suffraganen wiederholt, dem Erzbischofe von Toledo als Primaten zu gehorchen [4]).

(1160)—1176 Februar 23. Anagni.

Alexander episcopus, servus servorum dei, venerabili fratri, archiepiscopo Bracharensi, eiusque suffraganeis, salutem et apostolicam benedictionem. Cum a patribus et prędecessoribus nostris statutum sit ab antiquo . . . super vos et ecclesias vestras primatum obtineat grave nimis gerimus et molestum et adversum . . . vos non possumus non

---

a) *Zwischen* n *und* e *Rasur* b) *von* monasterium *bis* o *auf Rasur* c) perm *auf Rasur* d) *von* ctos *bis* fratres *auf Rasur* e) *dahinter Rasur* f) r *auf Rasur* g) e *durch Rasur hergestellt* h) eati *auf Rasur.* — .1) *Ein Bischof L von Mariana ist bisher nicht bekannt.* 2) *Nordspitze von Corsica.* 3) *Luri, etwa 2½ Meilen südlich von Capo Corso, in schönem Thale gelegen.* 4) *Vergl. die Urk. von 1159—1160.*

Digitized by Google

moneri etc. Per iterata vobis scripta precipiendo mandamus, quatenus memorato archiepiscopo sic(ut) primati vestro, contradictione et appellatione cessante, debitam obedientiam et reverentiam intra duos menses post harum susceptionem promittere et exhibere curetis. — Datum Anagnie, IIII Kal. Martii.

Abschrift des Cod. C. 23 fol. 82b, in der Bibl. Vallicelliana zu Rom.

Dazu ist bemerkt: In registro Alexandri III. — *Obiges ist die vorsichtigere Datirung, wenngleich das Breve schwerlich vor 1174—1176 erlassen ist.*

Nr. 240.

Alexander III nimmt die Kirche San Savino di Piacenza in apostolischen Schutz und verbietet, dass ohne ihre und des Sprengelbischofs Erlaubniss Kirchen und Bethäuser innerhalb ihrer Grenzen errichtet werden dürfen.

(1160—)1176 Mai 7. Anagni.

Alexander episcopus, servus servorum dei, dilectis filiis, abbati et fratribus sancti Savini, salutem et apostolicam benedictionem. Que a nobis rationabiliter postulantur, libenter admittimus et effectu prosequente adimplemus. Eapropter, dilecti in domino filii, rationabili postulationi vestre annuentes, monasterium, in quo divino estis obsequio mancipati, cum omnibus, que in presentiarum iuste et canonice possidet aut in futurum iustis modis, prestante domino, poterit adipisci, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus et presentis scripti patrocinio communimus. Statuentes, ut nemini liceat, infra terminos parochiarum vestrarum capellas vel oratoria sine assensu diocesani episcopi et vestro de novo construere, salvis privilegiis Romane ecclesie. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat, hanc paginam nostre protectionis et constitutionis infringere vel ei aliquatenus contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli, apostolorum eius, se noverit incursurum. — Dat. Anagnie, Non. Madii.

Abschrift vom 13 Jahrhunderte (Stück eines Cartulars) fol. 17, aus dem Nachlasse des Grafen Palastrelli, in der Bibl. Comunale zu Piacenza.

Nr. 241.

Alexander III verbietet der Kollegiatkirche von Mortara (D. Pavia), der Domkirche von Genua ihr zustehende Zehnten zu entziehen.

(1160—)1176 Mai 9. Anagni.

Alexander episcopus, servus servorum dei, dilectis filiis, preposito et canonicis Mortariensibus [1]), salutem et apostolicam benedictionem. Sicut volumus vobis, que beneficio privilegiorum Romane ecclesie obtinetis, integra et quieta dimitti, ita nolumus sustinere, ut vobis aliquatenus usurpetis, que religioni vestre sunt et honestati contraria et que ad vos nullo iusto titulo pertinere noscuntur. Inde est, quod per apostolica vobis scripta artius prohibemus, ne de terris, quas propriis manibus aut sumbtibus non colitis et de quibus archiepiscopus Ianuensis et ecclesia sua decimam consuevit percipere, eidem archiepiscopo et ecclesie Ianuensi decimas debitas subtrahatis, sed eas sibi integre et sine contradictione solvatis, quod si forte eidem, que vobis non competunt, presumpseritis denegare, timere poteritis, ne ea, que de gratia et liberalitate sedis apostolice habere noscimini, penitus amittatis. — Dat. Anagnie, VII Idus Madii.

Abschrift der Miscell. di Stor. Lig. V p. 264, in der Bibl. Civica zu Genua.

---

1) *Mortara, prov. di Pavia, circond. di Lomellina. Ein weniger bedeutendes Mortaria, Frz. del com di Perrero, prov. di Torino. Vergl. auch Hist. Patr. Mon. Chart. II p. 994, 1060, 1074, 1078, 1117, 1188, 1268, 1311.*

Digitized by Google

Nr. 242.

Alexander III beauftragt die Bischöfe von Vintimiglia und Antibes, die Streitigkeiten zwischen dem Domkapitel von Genua und dem Kloster San Siro di Genova wegen der Unabhängigkeit und des Weiheortes des Abtes beizulegen.

1160—1176 Mai 12. Anagni.

Alexander episcopus, servus servorum dei, venerabilibus fratribus, Vigintimiliensi et Antipolitano episcopis, [salutem et apostolicam benedictionem. [Qui?]a [a]) nuntii prepositi et | canonicorum Ianuensis ecclesie et abbatis et fratrum [sancti Syri] Ianuensis in nostra essent presentia constituti pro controversia, que [int]er [eos de] ex[hibenda] vel non exhibenda obe|dientia, ab eodem abbate choro Ianu[ensis ecclesie] et de loco, ubi abbas sit benedicendus, monasterio suo [vi]delice[t . . . . .] [b]) Ianuensi fuerat diutius agitata. Nuntius canonicorum ipsorum pro eisdem canonicis allegabat, quod secundum communem consuetudinem Ianuensis ecclesie [ill]e abbas predicto choro obedientiam [promittere] debeat, sicut eam ⟨quam⟩ abbates et omnes episcopi, ad ipsam ecc[lesiam] pertinentes, eidem choro promittunt, unde, sicut ex attestationibus, super hoc nobis transmissis, plene(?) intelleximus, ideo canonici ad pro[posi]tum, quod Albericus, quondam abbas [sancti] Syri [1]), choro obedientiam promisisset, produxerunt testes, quibus obiectum fuit quod, cum essent de familia pr[edi]cte ecclesie, non possent super hoc testimonium ferre. Ex parte vero abbatis monachi et alie idonee [persone] producte fuerunt, que testate sunt, quod predecessores predicti abbatis soli archiepiscopo, de choro nulla mentione habita, obedientiam promiserunt. Licet autem(?) ex depositionibus testium satis esset nobis expeditum iudicium, cum non sit de iure canonum, ut abbates choro, per qu[em] canoni[corum] universitas intelligitur, obedientiam promittere debeant nec canonici a predicto abbate de consuetudine possint sibi promissionem obedientie vendicare pro eo, quod unus solus [abbas], sicut ex depositionibus testium canonicorum comparet, choro obedientiam promisisse dicatur. Quia tamen nuntius eorundem canonicorum dicebat, se non habere auctoritatem suscipiendi iudicium nostrum, non potuimus [definitivam] sententiam ferre, s[et] eandem sententiam vobis committimus proferendam. Illud autem predicto abbati non debet nec potest preiudicium facere, quod consules Ianuenses predictis testibus canonicorum dicun[tur] facultatem dedisse, ut in omnibus causis testimonium fer[re]nt, cum causis ecclesiasticis, que ad eorum audientiam [p]erferri nullatenus debent, faculta[tem ipsam] nequeant dare. Sane, si fa[cul]tatem ipsam [exhibere] potuiss[ent], habita comparatione inter testes canonicorum et testes abbatis, preferendi sunt testes abbatis, utpote omni exceptione [c]) maiores, presertim cum a bone [me]morie predecessore nostro Adriano pape scriptum emanasse dicatur, i . . . . i canonici infra quaranta dies super hoc non probarent, quod [si . . . debeant testes eisdem canonicis ulterius producere non liceret. Inde est, quod fraternitati vestre per apostolica scripta precipiendo mandamus, quatinus, utraque parte ante vestram presentiam convocata, supradictum abbatem ab impetitione canonicorum super promissione obedientie auctoritate nostra, omni contradictione, excusatione et appellatione cessante, penitus absolvatis. Ad hec, cum testes predicti abbatis, sicut ex attestationibus ipsis plenius nobis innotuit, testati sint, quod abbates, qui in prescripto monasterio p[ro] tempore fuerunt, in eodem monasterio consueverint benedici, nec testes canonicorum super hoc contra testentur, [vobis] precipiendo mandamus, ut a[uc]toritate nostra, omni contradictione, excusatione et appellatione postposita, decernatis, ut abbates in eodem [mona]sterio ammodo sine contradictione [q]ualibet benedicantur [d]), presertim cum monasterium ipsum sedes episcopalis fuisse dicatur. Si vero canonici, legi[time] citati, ad presentiam vestram accedere . . . . . contempserint, nichilominus iuxta tenorem mandati nostri infra quadraginta dies post harum susceptionem, omni contradictione, excusatione et appellatione remota, sicut super[ius] [e]) dictum est, ad sententiam proceda[ti]s. Verum, si ambo his exsequendis non poteritis interesse, alter vestrum ea, s[ic]ut supradictum est, infra prescriptum terminum, sublato appellationis reme|dio, exsequi non postponat. — Dat. Anagnie, III [I]d. [f]) Mai.

Or. (S. Sisto), im Archivio di Stato; Abschrift der Miscell. di Stor. Lig. V p. 309, in der Bibl. Civica zu Genua. Or., Perg. ital., br. 0,303, lang 0,295, das Umgeschlagene abgeschnitten, durch zwei Löcher ging die Schnur, welche mit dem Bleisiegel verloren. Faltung der Breven. Die Urkunde hat durch Feuchtigkeit stark gelitten.

a) *Vielleicht:* Cum et b) *etwa:* vel in ecclesia c) ex *auf Rasur von anderer Dinte* d) a *auf Rasur* e) uperius *auf Rasur* f) *vor* Id *Rasur wohl eines* Kal. *oder* Non. — .1) *War um 1145 Abt von San Siro. Hist. Patr. Mon. Lib. Jur. I p. 100, ihm folgten Bartholomeus und Bertram, letzterer ungefähr zur Zeit von Alexanders Regierungsantritt.*

Digitized by Google

Nr. 243.

Alexander III schreibt dem Domkapitel von Pisa, er habe dem Kloster San Russore (D. Pisa) angetragen, dem stattgefundenen Vergleiche entsprechend Abgabe zu zahlen, widrigenfalls ersterem das ganze strittige Grundstück zufalle [1]).

1160—1176 Juli 5. Anagni.

Alexander episcopus, servus servorum dei, dilectis filiis, Villano archipresbitero et ca|nonicis Pisanis, salutem et apostolicam benedictionem. Volentes vobis, tanquam devotis et spe|cialibus ecclesie filiis, in iure vestro propensiori sollicitudine et cura adesse, dilectis filiis nostris, abbati et fratribus sancti Ruxorii, firmiter per scripta nostra precipiendo mandavimus, ut usque ad proximum festum purificationis beate Marie censum, quem vobis pro transactione, que inter vos et ipsos facta est, debent, sine diminutione aliqua reddant et de cetero absque ulla molestia et difficultate persolvant. Quod si usque ad tempus illud non fecerint, cum in ipsa transactione contineatur, quod, si quando monachi adversus transactionem istam venire temptaverint, ex tunc vos totam terram illam, super qua controversia mota fuerat, quiete et libere habeatis, vobis plenam concedimus facultatem, ut secundum tenorem scripti, exinde facti et auctoritate Romane ecclesie roborati, liceat vobis, possessionem ipsam, nullius contradictione vel | appellatione obstante, auctoritate nostra intrare. — Dat. Anagnie, III Non. Iulii.

Or. im Archivio Capitolare zu Pisa.

Perg. ital., br. 0,226, lang 0,26, unten 0,025 umgeschlagen, durch zwei Löcher geht die rosa und gelbe Seidenschnur, an der das Bleisiegel hängt. Faltung der Breven. Die Urkunde hat durch Feuchtigkeit gelitten, sie gehört zu den seltenen, wo der einleitende Name des Papstes in Minuskeln geschrieben, während die Plumbirung mit Seide geschah.

Nr. 244.

Alexander III verleiht dem Domkapitel von Bologna die Befugniss, gegen die Bewohner von Medicina (D. Bologna) zur Erlegung der schuldigen Zehnten mit der Excommunication vorzugehen, was er auch auf andere Sprengelangehörige ausdehnt, welche Güter des Kapitels unerlaubt zurückhalten [2]).

1160—1176 August 6. Anagni.

Alexander episcopus, servus servorum dei, dilectis filiis, Alberto archipresbitero et canonicis Bononie, salutem et apostolicam benedictionem. Dum vestre devotionis constantiam et fidei fervorem attendimus, que ad vestrum pertinent commodum et profectum, libenti animo prosequimur et desideranti studio promovemus. Inde est, quod vobis auctoritate apostolica indulgemus, ut homines de plebatu Medicine ad debitas decimas vobis persolvendas, et Rambaldum et Ioannem Palmerium precipue, ne decimas ipsas vobis auferant, districtius compellendos facultatem liberam habeatis. Si autem monitis vestris acquiescere noluerint, tam eos, quam alios homines vestri episcopatus, qui bona vestra manifeste et illicite detinent et ea reddere nolunt, exquisito assensu episcopi vestri, indubitanter excom(m)unicetis. — Dat. Anagnie, VIII Id. Augusti.

Jüngere Abschrift des Cart. del Capitolo di San Pietro p. 7, im Archivio di Stato; nach Kaltenbrunner Papsturk. S. 49, des Libro delle Asse fol. 2 (war mir unzugänglich), im Archivio Capitolare zu Bologna.

Nr. 245.

Alexander III schreibt an das Kloster Marmoloso, er habe die Burg Tivoli mehreren Edlen überwiesen, aber nicht die Kirche Sant' Eleuthero.

1160—1176 September 17. Anagni.

Alexander episcopus, servus servorum dei, dilectis filiis, Aimoni et universis fratribus monasterii de Marmuloso [3]), salutem et apostolicam benedictionem. Cum ex

1) *Vergl. die Urk. von 1156—1159.* 2) *Vergl. die Urk. vom 7 December 1167—1169.* 3) *Ich weiss nicht anzugeben, um welchen Ort es sich hier handelt; jetzt findet sich kein Marmoloso mehr in Italien und ebenso wenig ein Marinuloso, wie sich auch lesen liesse. Der bekannteste ähnlich klingende Ort ist Marino am Albanergebirge.*

Digitized by Google

iniuncto nobis officio singulorum iura defendere debeamus, illis presertim cogimur suas iusticias conservare, quos habitus honestatis exornat et cultus reddit sacre religionis insignes. Nos siquidem dilectis filiis nostris, nobilibus viris Iohanni et Petro et Leoni, filiis quondam bone memorie Cinthii Fraiapani, castrum Tyberie pro eo, quod nobis Olibanum concesserunt ad tenendum in custodiam, sicut Olibanum habuerunt, concessimus. Sed ecclesia sancti Eleutherii cum pertinentibus suis, in tenimento eiusdem castri sitam, que ad ius monasterii vestri pertinet, eis nullatenus duximus concedenda. Et ideo nulla racione volumus, ut occasione illius concessionis, quam eis fecimus, ius monasterii vestri depereat vel super eandem ecclesiam debeatis aliquatenus infestari aut eius possessiones imminui debeant vel auferri. — Dat. Anagnie, XV Kl. Octobr.

Abschrift vom 14 Jahrh. des Cencius Camerarius B p. 174, im Archivio Segreto des Vaticans zu Rom.

Nr. 246.

Alexander III tadelt das Verhalten des Mönchskonventes von Tutti i Santi di Bari und befiehlt ihm, dem Erzbischofe von Bari in Allem gehorsam zu sein [1].

1170—1176 October 9. Anagni [2].

Alexander episcopus, servus servorum dei, dilectis filiis, abbati et capitulo omnium Sanctorum de [a] Cutis [3], salutem et apostolicam benedictionem. Movemur plurimum et turbamur, quod, cum nos monasterio vestro praecipue teneamur et spetialiter providere, vos minus, quam deceat, mandatis nostris et monitis obeditis. Sed potius usque adeo videmini in elationem et superbiam erigi, quod obedientiae virtute postposita, nobis contumaces esse dicimini pariter et [b] rebelles. Sane cum nos monasterium vestrum venerabili fratri nostro, Barensi archiepiscopo, tempore suo tantum concessimus [4], veriti plurimum, ne idem monasterium pro minori vigilantia et sollicitudine in deterius elabatur [c]; vos, quod grave nimis gerimus et molestum, ⟨sibi⟩ sicut accepimus, iuxta tenorem mandati nostri obedire penitus contempsistis, immo, quod gravius est, presumpsistis asserere, nos in isto monasterio nil habere, nisi quod ibi nostrum possumus offitium exercere. Quod autem idem archiepiscopus statum eiusdem monasterii perquisivit, commendamus exinde prudentiam et sollicitudinem suam, cum in hoc monasterio vestro ita voluerit providere, quod, si in aliquo tempore suo idem monasterium laberetur, ipsum exinde non immerito convenire possemus. Quoniam igitur, cum praescriptum monasterium preter Romanum pontificem nullum habeat episcopum vel magistrum, nobis iminet non solum vestrarum correctio personarum, sed etiam providentia et depositio totius monasterii. Propterea vobis scripto [d] mandamus et in virtute obedientiae precipimus, quatinus praedicto archiepiscopo iuxta communicationem dilecti filii P., acoliti nostri, sicut in litteris aliis, quas vobis direximus, continetur, tam de correctione personarum vestrarum, quam de aliis obedire curetis et ei in omnibus, sicut gratiam beati Petri et nostram charam habetis, sine contradictione qualibet respondeatis, in quibus nobis ipsis respondere debetis, et ei, statum ipsius monasterii describentes, ipsum sibi plenius aperiatis. Si vero hac vice, sicut olim, praecepto nostro praesumpseritis obviare, ita graviter auctore domino vestram inobedientiam puniemus, quod cum poena scietis, quam gravius sit reatus inobedientiae et quantum sit mandatis nedum praeceptis apostolicis deferendum. Eumdem quoque acolitum nostrum, sicut spetialem ecclesiae filium benigne recipiatis, et hae esse, prout convenerit, pertractetis et monitis et consilio suo in his ita studeatis efficaciter acquiescere, quod exinde obedientiam vestram debeamus non immerito comendare. — Datum Anagnie, VII Idus Octobris.

Or. und neuere Abschrift im Archivio di San Nicola zu Bari.
„Extat pendens bulla plumbea cum filo de canapo".

---

a) *Abschr.* et b) ut c) decimis elabratur d) per cerea a nobis scripta. — 1) *Vergl. die Urk. vom 18 Februar 1116. Die Abschrift verdanke ich Herrn Loehrl in Bari.* 2) *Aus dem Inhalte der Urk. geht hervor, dass sie nicht während des ersten Aufenthalts Alexanders III ausgestellt ist.* 3) *Der Ort Cuti lag in der Vorstadt von Bari.* 4) *Scheint nicht erhalten zu sein.*

Digitized by Google

Nr. 247.

Alexander III bestätigt dem Kapitel von San Silvestro di Vicenza die Beilegung des Streites mit den Domkanonikern von Vicenza, durch den Bischof von Padua herbeigeführt[1]*).*

(1173—)1176 März 29. Anagni.

Alexander episcopus, servus servorum dei, dilectis filiis, priori et fratribus sancti Silvestri de Vincentia, salutem et apostolicam benedictionem. Cum inter vos et dilectos filios nostros, canonicos Vicentine ecclesie, de ecclesia sancte Marie de Fabrica, decimis, oblationibus defunctorum et de celebratione misse specialis in exsequiis defunctorum et de penitentiis parrochianorum suorum iampridem controversia verteretur, nos causam ipsam venerabili fratri nostro, Maguntinensi archiepiscopo, apostolice sedis legato [2]), si bene meminimus, appellatione remota, commisimus terminandam. Ipse vero, intentus aliis, per se [a]) ipsum eidem cause iuxta mandatum nostrum debitum non potuit finem imponere, set, sicut ei fuerat a nobis commissa, ita, etiam de utriusque partis assensu, causam ipsam venerabili fratri nostro, Paduano episcopo [3]), terminandam commisit. Qui utique post cause cognitionem sententiam, sicut accepimus, tulit et, cum a nobis sit de verbo ad verbum, sicut dicitur, confirmata, nos contra sententiam ipsam et confirmationem nostram veritas [b]), non attendentes, quomodo nobis nequaquam expedit, litem, debito fine sopitam, iterum suscitare. Quoniam igitur nostrum est, ea, que iusto sunt iudicio terminata et confirmata, scripto apostolice sedis illesa et integra conservare, discretioni vestre per apostolica scripta precipiendo mandamus et mandando precipimus, quatenus prescriptam sententiam, omni contradictione et appellatione cessante, firmiter observetis, nec contra eam in aliquo venire temptetis, aut dilectis filiis nostris priori sancti Georgii in Braida et archipresbitero congregationis Veronensis vos pro eadem causa, occasione postposita, presentetis et, quod ipsi [c]) inde statuerint, sublato appellationis remedio, suscipiatis [d]) firmiter et servetis. — Dat. Anagnie, IIII Kl. Aprilis.

Or. in der Biblioteca Comunale zu Vicenza.

Nr. 248.

Alexander III schreibt den Bischöfen, dass sie dem Kloster Chaise-Dieu (D. Clermont) keine neuen Auflagen machen, sondern es in seinem Besitzthume schützen [4]*).*

1173—1176 August 9. Anagni [5]*).*

Alexander episcopus, servus servorum dei, venerabilibus fratribus, archiepiscopis et episcopis, in quorum parrochiis monasterium Casedei suas habet ecclesias, salutem et apostolicam benedictionem. Decet honestatem vestram, viros ecclesiasticos diligere et honorare, non eos novis et indebitis consuetudinibus irrationabiliter fatigare. Inde est, quod rationabilitati(!) vestre per apostolica scripta precipiendo mandamus, quatenus ab ecclesiis dilectorum filiorum nostrorum, abbatis et fratrum monasterii Casedei, procurationes, quas predecessori vestri ab ecclesiis ipsis non exegerint, per vos aut per alios nullatenus exigatis, nec eis novas et indebitas consuetudines imponatis neque ipsos, qui in iisdem ecclesiis domino famulantur, irrationabiliter fatigetis, et eosdem fratres et ecclesias ipsas [e]) divini amoris intuitu et pro reverencia beati Petri et nostra diligatis et honoretis et ab iniuriis malignantium protegatis pariter et defendatis et in iure suo manuteneatis propensius [f]) et foveatis, ita, quod apud deum et homines debeatis commendabiles apparere. — (Datum) Anagnie, quinto Idus Augusti.

Transsumpt vom Jahre 1316, (Parchemin H. 31 XL. 265. côte Nr. 43), in der Biblioteca del Rè zu Turin.

---

a) te b) *ob:* editas? c) ipsi d) precipiatis e) ipsis f) perpenenius. — .1) *Die Abschrift dieser Urkunde verdanke ich Herrn Prof. Bernardo Morsolin zu Vicenza. — Vergl. die Urk. vom 23 April 1177.* 2) *Konrad von Scheiern, Erzbischof von Mainz und Bischof von Sabina (1161)—1166—1177—(1200).* 3) *Gerhard Marostica (Offreduzzi), Bischof von Padua, 1169—1213.* 4) *Der Inhalt spricht dagegen, dass das Breve schon 1160 erlassen ist, wo Alexander auch zur betreffenden Zeit in Anagni verweilte.* 5) *Die Abschrift dieser Urkunde verdanke ich Herrn Baron A. Manno in Turin.*

Digitized by Google

Nr. 249.

Alexander III befiehlt den Weltgeistlichen von Poggio Imperiale di Firenze, sich wegen der Streitsache mit dem Kloster von Poggio Imperiale endgültig vor Gericht zu stellen, das Hospital von Calcinaia nicht länger zu belästigen und den von ihnen Excommunicirten Genüge zu thun [1]).

1173—1176 September 18. Anagni.

Alexander episcopus, servus servorum dei, dilectis filiis, plebano et clericis plebis Marturensis, salutem et apostolicam benedictionem. Miramur plurimum et movemur, quod, cum causam, que inter vos et dilectos filios nostros, abbatem et fratres Marturensis monasterii, vertitur, dilectis filiis nostris, archipresbitero [a]) Vulterrano et abbati de Spongia [2]), commisissemus fine debito terminandam et abbas et fratres parati essent, iudicium eorum subire, si vos eis super questionibus, quas adversus vos proponunt, deberetis in continenti respondere, vos, sicut idem iudices suis nobis litteris [intimaverunt,] id efficere noluistis. Unde, quoniam rationis ordo exigit, ut, qui sibi vult ab alio iustitiam fieri, ei non debeat, quod iustum est, [denegare,] universitati vestre per apostolica scripta precipiendo mandamus et mandando precipimus, quatinus actione, quam ad[versus] predictos abbatem et fratres intenditis, proposita et responsione facta, eidem abbati et fratribus coram predictis iudicibus in continenti respondeatis, ut causa vestra et ipsorum vicissim post modum audiri debeat et terminari. Nos enim eisdem iudicibus dedimus in mandatis, ut vos ad id efficiendum instanter moneant et auctoritate nostra districte compellant. Nichilominus etiam vobis mandamus eaque precipimus, ut hospitale de Calcinaria [3]), quod beate memorie Innocencius papa sub [beati] Petri protectione recepit, de cetero nullatenus indebite fatigare aut perturbare quomodolibet presumatis, et de eo, quod monachos et clericos . . . nostri [b]) monasterii, qui ibi officium celebrabant, excommunicare ausi fuistis, ita congrue et plenarie satisfaciatis, quod ad nos amplius non debeat huiusmodi querela perferri et vos, si secus egeritis, duplicem non debeatis penam portare. Sicut enim non liceret vobis, clericos alterius episcopatus excommunicare, ita quoque et multo minus licuit vobis, monachos vel clericos nostros excommunicationi aut interdicto subicere, et ideo nos sententiam ipsam decernimus nullam fuisse. — Dat. Anagnie, XIIII Kl. Octobr.

Kopialurkunde vom Ende des 12 Jahrh. (Bonifazio 1175), im Archivio di Stato zu Florenz.

Diese Urk. ist ausgiebig wegen der abweichenden und bei weitem weniger guten Lesarten des Corpus Iuris Canon. und wegen der Folgerung, die aus der protectio *gezogen wird.*

Nr. 250.

Alexander III beauftragt die Konsuln von Piacenza, das Kloster Santa Giulia di Brescia in seinen Piacentinischen Besitzungen nicht zu belästigen und demselben das von den Kaiserlichen entzogene Pedagium zu zahlen, schreibt ihnen, dass er W. und Er., welche dem päpstlichen Subdiakonen Petrus Gewalt angethan haben, nicht ohne deren persönliches Erscheinen freisprechen könne. Der Erzbischof von Mailand soll die Sache untersuchen [4]).

1173—1176 October 17. Anagni.

Alexander episcopus, servus servorum dei, dilectis filiis, consulibus Placentinis, salutem et apostolicam benedictionem. Cum moni ta et mandata nostra pro ecclesiis et personis ecclesiasticis recipitis, tanto vos decet ea libentius et celerius exequi, | quanto manifestius ad salutem animarum pertinere noscuntur. Meminimus siquidem, nos devotioni vestre iam pridem in mandatis dedisse, ut dilecte in Christo filie nostre, abbatisse monasterii sancte Iulie [c]), super iure, quod habet monasterium eius in portu et ponte Placentino et etiam in pedagio, nullam molestiam vel iniuriam faceretis [d]), set illud eam [e]) permitteritis pacifice p[oss]idere, aut exinde secum pacifice componeretis [f]) vel in presentia venerabilium fratrum nostrorum G(aldini), Mediolanen[sis] archiepiscopi [5]), apostolice sedis

---

a) *Jaffé Reg. 9191 hat* archidiacono b) *es scheint* vestri *zu stehen* c) e *auf Rasur von dunklerer Dinte* d) faceritis e) am *von dunklerer Dinte* f) componeritis. —— .1) *Vergl. Jaffé Reg. 9191 (Fragment) und das Nachwort.* 2) *S. Salvatore di Spugna, unfern Colle di Valdelsa.* 3) *Wohl Calcinaia, Frazione del comune di Lastra a Signa, prov. di Firenze. Ein grösserer Ort Calcinaia liegt im Pisanischen.* 4) *Boselli, Storie Piacentine p. 125, seltener und mangelhafterer Druck.* 5) *Galdinus, Erzbischof von Mailand, 1166—1176.*

Digitized by Google

legati, et Terdonensis episcopi [1]) faceretis iustitie complementum. Quia vero nichil est, unde gratiam et favorem altissimi vobis magis comparare possitis, quam si sacras dei ecclesias et personas ecclesiasticas dilexeritis ac iura sua sibi absque gravamine et diminutione solveritis, discretioni vestre per apostolica scripta mandamus, quatinus pedagium, quod .F(ridericus), dictus imperator, et nuntii eius memorate abbatisse ac mo[nasteri]o suo solvebant, sibi cum integritate solvatis . . . . in . . . . s . . . . . dict . . . . ud . . um faciatis in statuto ter[min]o, quod ratio postulat equitatis. Ad hec devotioni vestre notum fieri volumus, quod licet preces et petitiones vestras libenti animo velimus admittere, sicut eorum, quos sincere caritatis brachiis amplexamur et sicut qui [a]) [honor]em et exaltationem civitatis vestre omnimodis affectamus, eas tamen in hac parte iuxta votum vestrum admittere non potuimus, ut videlicet .W. et Er. de Porta [b]), non exhibita nobis corporali presentia, a vinculo anathematis absolveremus, qui in dilectum filium, magistrum .P(etrum), subdiaconum nostrum, ecclesie sancti Antonini canonicum, ausu sacril[ego] violentas manus iniecerunt et eum vulnerando incarcerando . . . . . s . . . . . d . . . . . pando inhoneste tractarunt. Non enim d[ecet omn]ino, si quemlibet clericum etiam in maxilla percusserit absolvi, nisi ad presentiam Romani pontificis accesserit, si se illius po[tuerit con]spectui presentare, nedum illos, qui subdiaconum nostrum, tante ecclesie canonicum, ita viliter et inhoneste tractare pre[sum]pserunt. Veruntamen vestris precibus inclinati venerabili fratri G(aldino), Mediolanensi archiepiscopo, apostolice sedis legato, dedimus in mand[atis], ut eundem W. [c]), si ita claudicat, quod nostro se conspectui presentare | [non] possit, recepto ab eo iuramento, secundum formam ecclesie [d]) [a vi]nculo excommunicationis absolvat. — Dat. Anagnie, XVI Kl. Novemb.

Or. im Archivio Capitolare di S. Antonino zu Piacenza.

Perg. ital., br. 0,243, lang 0,24, unten 0,018 umgeschlagen, durch 2 Löcher geht die Hanfschnur, woran das Bleisiegel hängt, ursprüngliche Faltung der Breven (jetzt in der Breite 3 mal gefaltet).

Nr. 251.

Alexander III bestätigt dem Domkapitel von Bologna die Vereinbarung, wonach ein Kanoniker, der gegen den Willen des Konvents dem Kanonikate etwas entfremdet, seines Kleiderbeneficiums beraubt werden soll [2]).

1174—1176 März 25. Anagni [3]).

Alexander episcopus, servus servorum dei, dilectis filiis, Alberto archipresbitero et canonicis Bononiensis ecclesie, salutem et apostolicam benedictionem. Ex publico instrumento manifeste nobis innotuit, quod vos, indemnitati vestre volentes in posterum providere, pro parte et unanimitate inter vos conservanda per vota et communi consilio statuistis, ut, si quis canonicorum ecclesie vestre abstulerit vel aliquis ex his, qui nunc sunt vel, qui imposterum fuerint, quicquam de rebus canonice vestre contra voluntatem conventus abstulerit et in capitulo erit comonitus, si non restituerit, privetur beneficio suo in parte illa, que pro vestimentis canonicis erogatur, donec communitati fratrum digne satisfecerit de commisso. Quoniam igitur vestra postulavit devotio, constitutionem ipsam auctoritate apostolica roborari, nos iustis vestris postulationibus gratum impertientes assensum, eamdem constitutionem, sicut a vobis communiter facta est, et in instrumento publico continetur, ratam habentes et firmam, eam auctoritate apostolica confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus. Statuentes, ut nulli omnino hominum liceat, hanc paginam nostre confirmationis infringere vel ei aliquatenus contravenire. Si quis autem hac attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli, (apostolorum) eius, se noverit incursurum. — Dat. Anagnie, VIII Kal. Aprilis.

Jüngere Abschrift des Cart. del Capitolo di San Pietro p. 5, im Archivio di Stato zu Bologna.

---

a) sicut qui *von dunklerer Dinte* b) *von* ut *an gedrängt auf Rasur von dunklerer Dinte* c) *von* ut *an auf Rasur von dunklerer Dinte* d) *auf Rasur von dunklerer Dinte.* — .1) *Obertus, Bischof von Tortona, 1153 — c. 1184.* 2) *Vergl. die Urk. vom 2 Mai 1180.* 3) *Wohl nicht bis 1160 zurückzudatieren.*

Digitized by Google

Nr. 252.

Alexander III beurkundet dem Könige Wilhelm von Sicilien, dass er das Kloster Santa Maria Reale (D. Palermo) eximire und ihm seine Besitzthümer und Vorrechte bestätige oder erweitere, wofür es jährlich einen Zins von 100 Tareni an die Kurie zu zahlen hat [1]).

1176 Januar 15. Anagni.

Alexander episcopus, servus servorum dei, karissimo in Christo filio Willelmo, illustri Sicilie regi, et heredibus eius [a]), in perpetuum. Ex debito suscepti regiminis qualitates attendere cogimur et merita singulorum, ut circa omnes sic esequamur dispensationis nobis credite ministerium, quod devoti ecclesie filii pro modo personarum et merito ab apostolica sede, cui licet indigni, disponente domino, presidemus, gratum sue reportent petitionis effectum. Hac siquidem ratione tanto libencius et benignius regie volumus serenitati deferre et tue condescendere volumptati in hiis maxime, que redemptori nostro grata sint et accepta et tue saluti ac nomini fructuosa, quanto personam tuam sicut karissimi filii et christianissimi regis habundantiori caritate diligimus, et de tue gratissime devotionis fervore nobis et ecclesie dei graciora commoda provenisse recolimus et iugiter credimus auctore domino proventura, ut circa deum et sanctas eius ecclesias maiorem semper devotionem et reverenciam habeas et fervencius cultui iusticie et operibus pietatis intendas, cum de prerogativa nostre dilectionis et gratie fueris efficaciter consecutus, quod pio et ferventi desiderio concupiscis. Unde, cum monasterium in honore beate Marie, dei genitricis et virginis, sicut non solum ex litteris tue celsitudinis, sed etiam aliorum certa relatione non sine multo gaudio et leticia cordis audivimus, super sanctam Kuriaciam, divine gratie inspiratione regalibus construere ceperis opibus et largissimis et amplissimis possessionibus disposueris, domino cooperante, ditare, ut locus ille celebris habeatur et ibi ad serviendum deo conventus institui debeat monachorum, nos pium votum et propositum tuum in hac parte preconio dignissime laudis extollimus et petitionibus tuis ad exequendum pium opus, quod, domino inspirante, cepisti tam benignum, quam iocundum impertimur effectum. Eapropter, karissime in Christo fili, pro unica et speciali affectione, quam ad te sicut ad christianissimum regem habemus, de consilio fratrum nostrorum apostolica auctoritate statuimus, ut monasterium ipsum nulli archiepiscopo vel episcopo aut alie persone ecclesiastice, nisi tamen Romano pontifici, aliquo tempore sit subiectum, sed pocius ab omni debito et subiectione aliarum ecclesiasticarum personarum liberum et absolutum semper existat. Nichilominus in auctoritate apostolica duximus indulgendum, ut is, qui in prescripti monasterii abbatem canonice electus fuerit, a quocumque archiepiscopo vel episcopo maluerit, accedente tuo et heredum tuorum assensu, benedicatur [b]). Insuper etiam presenti scripto sancimus, ut omnia, prescripto monasterio extra regnum tuum oblata vel offerenda, commutata vel commutanda, perpetuo in abbatis et conventus eiusdem monasterii potestate permaneant. Ea vero, que infra regnum tuum eidem monasterio collata sunt vel conferentur, commutata sunt vel commutabuntur, cum volumptate tua et heredum tuorum illibata persistant. Liceat etiam abbati et conventui prefati monasterii, pro ordinatione clericorum vel monachorum, qui in monasterio vel pertinentiis eius fuerint ordinandi, quemcumque maluerint, catholicum advocare antistitem et ab eo ordinationes eorum, crisma, oleum sanctum, consecrationes altarium seu basilicarum recipere, qui gratis et sine contradicione qualibet nostra auctoritate, quod postulatur, indulgeat. In omnibus vero parrochialibus ecclesiis eiusdem monasterii per clericos suos fontem benedici concedimus et sanctum celebrari baptisma. Prohibemus insuper et auctoritate apostolica arcius interdicimus, ne quis archiepiscopus vel episcopus, populum Christianum, ecclesias iam dicti monasterii aut monasterium ipsum ingredi et in eis de rebus suis, ut pia de religione fieri solet, aliquid offerre, audeat prohibere. Si vero aliqua ecclesia vel tenimenta prescripto monasterio oblata fuerint, de quibus decime vel aliud ius alicui episcopo aut alie ecclesiastice persone debeatur, episcopus ipse vel ipsa persona decimas et ius aliud, quod in illa ecclesia vel tenimentis habere noscuntur, eidem monasterio iure pontificali concesserint, oblationem et concessionem illam perpetuis temporibus

---

a) et heredibus eius *fehlt bei Del Giudice* b) *Dieser Satz von* Nichilominus *an steht bei Del Giudice weiter nach hinten zwischen* manifestam rationem *und* Si vero. — .1) *Vergl. die Urk. vom 5 Februar 1183. Theobald war eximirter Abt von Monreale 1176—1178. Sein Nachfolger Wilhelm wurde Erzbischof. Das Kloster war mit Benedictinern aus La Cava besetzt. Näheres: G. L. Lello, Hist. della chiesa di Monreale, Roma 1596. Vergl. auch oben das Nachwort.*

Digitized by Google

inviolabiliter manere censemus. Ad hec adicientes statuimus, ut nullus archiepiscopus vel episcopus aut alia quelibet persona ecclesiastica de tenimentis et possessionibus eidem monasterio vel cellis eius, cum episcopali iure concessis, aut de terris, quas fratres ipsius monasterii in monasterio vel cellis eius propriis sumptibus excoluerint, decimam vel quartam exigere audeat. Prohibemus etiam, ne quis homines in tenimentis ipsis habitantes excommunicationi vel interdicto subicere aut clericos monasterii vel eorundem tenimentorum ad sinodum vocare presumant. Abbati quoque ipsius monasterii congregandi sinodum tam monachorum, quam aliorum clericorum, qui in tenimentis monasterii habitaverint, plenam facultatem et licenciam indulgemus. Illud autem modis omnibus inhibemus, ne aliqua persona in amministracione preponatur abbati, nisi idem abbas de talibus convictus fuerit criminibus, que sint de censura sacrorum canonum punienda. Quemlibet vero monachum pro aliis monasteriis ordinandis, invito abbate, removeri ab ipso monasterio prohibemus. Ut autem fervor devotionis et desiderii tui amplius accendatur, abbati eiusdem monasterii, qui ibi canonice fuerit institutus, et successoribus eius usum mitre, cirothecarum, sandaliorum, tunice et dalmatice et virgam pastoralem, et concedimus a) usum anuli, nichilominus indulgemus. Et ut post missam et alia divina officia more episcopi benedictionem ad populum faciant, eis plenam concedimus facultatem. Liceat quoque abbati et fratribus tam prescripti monasterii, quam cellarum eius, clericos cuiusque ordinis seu laycos, e seculo fugientes, liberos et absolutos, in sanitate vel egritudine cum rebus et possessionibus suis, ad conversionem eorum venientes, sine cuiuslibet episcopi vel alterius ecclesiastice persone contradictione recipere et sine alicuius molestia retinere. Fas etiam sit de auctoritate nostra fratribus per cellas pretaxati monasterii, in civitatibus vel aliis locis constitutis, quandocumque ad officia divina voluerint, signa pulsare. Nullus autem archiepiscopus vel episcopus populum domini b), prescriptum monasterium vel eius cellas ingredi ad audiendum verbum divinum, nisi pro communi tocius civitatis vel parrochie interdicto prohibere presumant. Sepulturam sane tam ipsius monasterii, quam omnium ecclesiarum et cellarum suarum liberam esse censemus, ut eorum devotioni et extreme volumptati, qui se illic sepelliri deliberaverint, nisi excommunicati vel interdicti sint, nullus obsistat nec alicui archiepiscopo vel episcopo liceat, quemlibet in monasterio ipso vel cellis eius sepelliri deliberantem excommunicare vel interdicere aut penitenciam seu viaticum denegare nisi ob manifestam rationem. Si vero abbas de aliquo fuerit accusatus vel impeditus, cum assensu tuo et heredum tuorum a personis ecclesiasticis, ydoneis et discretis eiusdem regni, causa eius tractetur, discutiatur et terminetur. Preterea apostolica auctoritate sancimus, ut nullus archiepiscopus vel episcopus aut alia persona infra claustrum monasterii sine licencia et volumptate abbatis vel conventus intrare audeat, aut in eodem monasterio vel ecclesiis suis sine ipsius abbatis et conventus et prelatorum earundem ecclesiarum licencia divina officia celebrare. Nichilominus etiam abbati pretaxati monasterii indulgemus, ut liceat ei, monasterium et ecclesias suas canonice ordinare. Insuper autem fas sit eidem abbati, omnes clericos et laycos suos cuiusque ordinis vel sexus ad confessionem recipere et de quibuscumque criminibus vel causis ad ecclesiasticum iudicium pertinentibus iudicare. Liberum quoque sit predicto abbati et fratribus suis, in quibuscumque locis tenimentorum suorum ad usum suum et hominum tenimentorum ipsorum oratoria construere. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat, prescriptum monasterium temere perturbare aut ei c) dignitates et libertates, sibi indultas, subtrahere vel minuere vel eius c) possessiones auferre aut ablatas retinere d) seu aliquibus molestiis fatigare, sed omnia illibata et integra conserventur eorum, pro quorum gubernacione ac sustentacione concessa sunt, usibus omnimodis profutura. In predicto autem monasterio nobis ac Romane ecclesie reservamus, ut abbas et fratres ipsius monasterii censum centum tarenorum Sicilie 1) nobis nostrisque successoribus annuatim persolvant. Si qua igitur in futurum ecclesiastica . . . . Cunctis autem . . . inveniant. Amen. Amen.

(R) Ego Alexander catholice ecclesie episcopus ss. (M)

† Ego Hubaldus Hostiensis episcopus ss.

† Ego Bernardus Portuensis et sancte Rufine episcopus ss.

---

a) quotidianum *Dle Giudice*, concediamus *MS.* b) domino c) aut eius possessiones auferre, minuere seu quibuslibet vexationibus fatigare aut hanc paginam nostrae constitutionis infringere aut ei aliquatenus contraire. Si quis autem hoc attentare presumpserit, indignationem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli, apostolorum eius, se noverit incursurum. *Del Giudice* d) habundus. — 1) *Tarenus, taris: moneta aurea apud Apulos et Siculos. Tarenus ponderat grana 20. Du Cange, Gloss. VI p. 508.*

Digitized by Google

† Ego Iohannes presbiter cardinalis sanctorum Iohannis et Pauli tit. Pamachii ss.
† Ego Iohannes presbiter cardinalis tit. sancte Anastasie ss.
† Ego Albertus presbiter cardinalis tit. sancti Laurencii in Lucina ss.
† Ego Guillelmus presbiter cardinalis tit. sancti Petri ad Vincula ss.
† Ego Boso presbiter cardinalis sancte Pudentiane tit. Pastoris ss.
† Ego Iohannes presbiter cardinalis tit. sancti Marci ss.
† Ego Theodinus presbiter cardinalis sancti Vitalis tit. Vestine ss.
† Ego Manfredus presbiter cardinalis tit. sancte Cecilie ss.
† Ego Petrus presbiter cardinalis tit. sancte Susanne ss.
† Ego Vivianus presbiter cardinalis tit. sancti Stephani in Celio monte ss.
† Ego Cinthius diaconus cardinalis sancti Adriani ss.
† Ego Hugo diaconus cardinalis sancti Eustachii iuxta templum Agrippe ss.
† Ego Laborans sancte Marie in Porticu diaconus cardinalis ss.
† Ego Raynerius diaconus cardinalis sancti Georgii ad Velum aureum ss. [a])

Data Anagnie, per manum Graciani, sancte Romane ecclesie subdiaconi et notarii. XVIII Kal. Febr. Indictione IX. Incarnationis dominice anno MCLXXV. Pontificatus vero domni Alexandri pape III anno XVII [b]).

Abschrift vom 15 Jahrh. des Cod. Vat. 3880 fol. 22 und Vat. 6420 p. 13, in der Bibl. Vaticana zu Rom. Die bei Del Giudice Descrizione del R. Temp. di Morreale II p. 34, und Margarini Bull. Canon. II p. 186 gedruckte Urkunde ist eine andere als diese, wie die Varianten beweisen. Es war deshalb unrichtig, wenn Jaffé, Reg. 8332, diese (Pirri Sic. Sac. I p. 541) und jene zusammen legte.

Nr. 253.

Alexander III beauftragt den Erwählten und das Domkapitel von Siena, dafür zu sorgen, dass die Konsuln von Siena das Kloster Sanť Ambrogio di Monticelli (D. Siena) herausgeben und sich fernerer Bedrückung von Kirchen enthalten.

1176 März 8. Anagni [1]).

Alexander episcopus, servus servorum dei, dilectis filiis electo, prępposito et capitulo Senensi, salutem et apostolicam benedictionem. Dilecta in Christo filia nostra . . abbatissa et sorores sancti Ambrosi(i) Montis Cellensis, transmissa [c]) nobis conquestione, monstrarunt [d]), quod dilecti filii nostri consules civitatis vestrę pręter possessiones, quas eis infra ambitum castri Quercus grosse [e]) abstulerunt, ad possessiones, quas extra castrum habebant, non sunt veriti violentas [f]) manus extendere et eas in suę salutis periculum detinere. Sane, si iudicia dei cognoscerent, ecclesiarum iura diripere non temptarent, sed cum divinam ultionem videantur pro nihilo reputare, adversus ecclesias ea sępe committunt, quod timemus, ne indignationem dei adversus se gravius provocent et inviti demum non sine gravi pęna ab huiusmodi excessibus arceantur. Inde est, quod discretioni vestrę per apostolica scripta pręcipiendo mandamus, quatenus prędictos consules monere curetis et diligenter inducere, ut saltem possessiones prędscripti monasterii, quas extra prędscriptum castrum occuparunt, memoratis sororibus, dilatione et contradictione cessante, restituant et in pace et quiete dimittant et non solum ab ipsius monasterii, sed etiam ab aliarum ecclesiarum gravaminibus et molestiis, sicut suam salutem diligunt et honorem, penitus conquiescant. Si vero monitis vestris noluerint acquiescere, ipsis ex parte nostra constanter et firmiter proponatis, quod, quantumcumque eos prędcordialiter diligamus, memoratis sororibus in suo non poterimus iure deesse, sed potius eosdem consules ad ablatorum restitutionem pro nostri officii debito compellemus. — Datum Anagnię, VIII Id. Martii.

Abschrift E V. 143 p. 29, in der Bibl. Chigiana zu Rom; und B. VI. 19, in der Bibl. Pubbl. zu Siena.

---

a) *Die Zeugen bei Del Giudice sind:* Hubaldus, Bernardus, Gualterius (Alban. ep.), Iohannes, Iohannes, Guillelmus, Boso, Petrus, Arditio (diaconus cardinalis sancti Theodori), Vitellus (diaconus cardinalis sancti Sergii)
b) *das Datum bei Del Giudice:* Data Ferentini, per manum Gratiani S.R.E. subdiaconi et notarii. III Kl. Ian. Ind. VIII. Incarnationis dominice anno MCLXXIV. Pontificatus vero domni Alexandri pp. III anno XVI
c) *fehlt in B* d) monstravit *B* e) Quercos grosses *A* f) violenter *B.* — .1) *Die Jahreszahl ergiebt sich aus dem electus, womit nur Guntram II gemeint sein kann, 1176—1188; dass er erst im Juni electus geworden, ist nach unserer Urkunde unwahrscheinlich.*

Digitized by Google

Nr. 254.

Alexander III bestätigt dem Erzbischofe Aimo von Tarantaise die Besitzthümer und Rechte seiner Kirche, die er in apostolischen Schutz nimmt [1]).

1176 März 20. Anagni.

Alexander episcopus, servus servorum dei, venerabili fratri Aimoni, Tarantasiensi archiepiscopo, eiusque successoribus canonice substituendis, in perpetuum. In apostolice sedis specula, disponente domino, constituti, fratres nostros episcopos, tam vicinos quam longe positos, fraterna debemus caritate diligere et eorum quieti et tranquillitati salubriter, auxiliante domino, providere. Huius utique rei consideratione, venerabilis in Christo frater archiepiscope, tuis iustis postulationibus clementer annuimus et Tarentasiensem ecclesiam, cui deo auctore presides, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus et presentis scripti privilegio communimus. Statuentes, ut quascumque possessiones, quecumqua bona eadem ecclesia in presentiarum iuste et canonice possidet, aut in futurum concessione pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium seu aliis iustis modis, prestante domino, poterit adipisci, firma tibi tuisque successoribus et illibata permaneant. In quibus hec propriis duximus exprimenda vocabulis: Augustensis [2]) et Sedunensis [3]) episcopatus, ecclesiam sancti Mauritii cum omnibus decimis et pertinentiis suis, decimas de Bellantio, ecclesias de Carina cum decimis et omnibus pertinentiis suis, ecclesiam de Longafai cum decimis et pertinentiis suis, ecclesiam de Vileta cum decimis et omnibus pertinentiis suis, ecclesias de Prato cum decimis et pertinentiis suis, ecclesiam sancti Iacobi cum decimis et pertinentiis suis, ecclesiam de Bosellis cum decimis et pertinentiis suis, ecclesiam de Campaniaco cum decimis et pertinentiis suis, ecclesiam de Alodiis cum decimis et pertinentiis (suis), ecclesiam sancti Martini de Desertis cum decimis et pertinentiis suis, ecclesiam sancti Iohannis in eadem terra cum decimis et omnibus pertinentiis suis, ecclesias de monte Pontio cum decimis et omnibus pertinentiis suis, ecclesiam de Celariis cum decimis et pertinentiis suis, ecclesiam sancti Desiderii cum decimis et pertinentiis suis, ecclesiam de Turonis cum decimis et pertinentiis, ecclesias de Conflens cum decimis et pertinentiis suis, ecclesiam de Ventonio cum decimis et pertinentiis suis, quatuor ecclesias de Lucia cum decimis et omnibus pertinentiis suis, ecclesias de Casarchis cum decimis et pertinentiis suis, ecclesiam de Clariaco cum omnibus ecclesiis ad ipsam pertinentibus cum decimis et pertinentiis earum, villam Azosterii cum omnibus proprietatibus, feodis et casamentis, castrum sancti Iacobi cum omnibus proprietatibus, feodis et casamentis, vallem de Bosellis cum appendiciis suis, vallem de Alodiis cum omnibus proprietatibus, feodis et casamentis, villam sancti Iohannis de Desertis cum omnibus proprietatibus, feodis et casamentis, villam de Flacteria cum omnibus proprietatibus, feodis et casamentis, villam de Comba cum omnibus pertinentiis suis, villam sancti Martini cum proprietatibus, feodis et casamentis, vallem de Nanis cum omnibus proprietatibus suis et casamentis, vallem sancti Desiderii cum omnibus proprietatibus, feodis et casamentis, partem, quam habet in castro de Conflens, cum proprietatibus et feodis, vallem de Lucia cum pertinentiis suis, ecclesias sancti Iacobi, sancti Georgii, quas habet in Augusta civitate, cum decimis et pertinentiis earum, ecclesiam sancti Iacobi de castro Argenteo cum pertinentiis suis. Statuimus insuper, ut prescripta ecclesia nulli unquam archiepiscopali ecclesie primatie iure subesse debeat, set soli sacrosancte Romane ecclesie sit, nullo mediante, subiecta, sicut hactenus fuisse dinoscitur. Iustitias quoque, forum, feuda, casamenta et bonos usus, que in terra Tarentasiensis ecclesie tu et predecessores tui hactenus rationabiliter habuistis, tibi et successoribus tuis auctoritate apostolica confirmamus. Nichilominus etiam omnia illa, que rationabiliter vel ad manus tuas tenes aut alii tenent nomine tuo et prescripte ecclesie, tibi et successoribus tuis duximus confirmanda, sub interminatione anathematis prohibentes, ne quis eorum, qui feuda tuo vel ecclesie tue nomine tenent, bonos usus feodorum subtrahere, nobis autem eadem feoda vel usus celare seu temeritate qualibet ab eadem ecclesia alienare presumat. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat, prefatam ecclesiam temere perturbare aut eius possessiones auferre vel ablatas retinere, minuere aut quibuslibet vexationibus fatigare, set omnia integra et illibata serventur eorum, pro quorum gubernatione ac sustentatione concessa sunt, usibus(que) omnimodis profutura, salva sedis apostolice auctoritate. Si qua igitur in futurum

1) *Die Abschrift dieser Urk. verdanke ich Herrn Cav. Moris in Turin.* 2) *Aosta.* 3) *Sion, Sitten.*

Digitized by Google

ecclesiastica secularisve persona, hanc nostre constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire temptaverit, secundo tertiove commonita, nisi reatum suum digna satisfactione correxerit, potestatis honorisque sui dignitate careat reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo corpore ac sanguine dei et domini, redemptoris nostri Iesu Christi, aliena fiat, atque in extremo examine districte ultioni subiaceat. Cunctis autem, eidem loco sua iura servantibus, sit pax domini nostri Iesu Christi, quatenus et hic fructum bone actionis percipiant et apud districtum iudicem premia eterne pacis inveniant. Amen. Amen.

(R) Ego Alexander catholice ecclesie episcopus ss. (M)
† Ego Hubaldus Hostiensis episcopus ss.
† Ego Bernardus Portuensis et sancte Rufine episcopus ss.
† Ego Iohannes presbiter cardinalis sanctorum Iohannis et Pauli tit. Pamachii ss.
† Ego Iohannes presbiter cardinalis tit. sancte Anastasie ss.
† Ego Albertus presbiter cardinalis tit. sancti Laurentii in Lucina ss.
† Ego Guillelmus tit. sancti Petri ad Vincula presbiter cardinalis ss.
† Ego Boso presbiter cardinalis sancte Pudentiane tit. Pastoris ss.
† Ego Theodinus presbiter cardinalis sancti Vitalis tit. Vestine ss.
† Ego Petrus presbiter cardinalis tit. sancte Susanne ss.
† Ego Iacobus diaconus cardinalis sancte Marie in Cosmedin ss.
† Ego Cinthyus diaconus cardinalis sancti Adriani ss.
† Ego Hugo diaconus cardinalis sancti Eustachii iuxta templum Agrippe ss.
† Ego Laborans diaconus cardinalis sancte Marie in Porticu ss.
† Ego Raynerius diaconus cardinalis sancti Georgii ad Velum aureum ss.

Dat. Anagni(e), per manum Gratiani, sancte Romane ecclesie subdiaconi et notarii. XIII Kalendas Aprilis. Indictione VIIII. Incarnationis dominice anno MCLXXV. Pontificatus vero domini Alexandri pape III anno XVII.

Transsumpt vom Jahre 1412, im Archivio Mauriziano zu Turin.

Nr. 255.

Alexander III nimmt die Kollegiatkirche von Pruno (D. Volterra) in apostolischen Schutz und bestätigt ihre Besitzthümer und Rechte.

1176 April 20. Anagni.

Alexander episcopus, servus servorum dei, dilectis filiis IOHANNI, priori ecclesie de Pruno [1]), eiusque fratribus, tam presentibus quam futuris, canonice substituendis, IN PPM. — | Pie postulatio voluntatis effectu debet prosequente compleri, ut et devotionis sinceritas laudabiliter enitescat et utilitas postulata vires indubitanter assumat. | Eapropter, dilecti in domino filii, vestris iustis postulationibus clementer annuimus, et prefatam ecclesiam, in qua divino estis mancipati obsequio, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus et presentis scripti privilegio communimus. In primis siquidem statuentes, ut ordo canonicus, qui secundum deum et beati Augustini regulam in eadem ecclesia institutus esse dinoscitur, perpetuis ibidem temporibus inviolabiliter observetur. Preterea, quascumque possessiones, quecumque bona eadem ecclesia in presentiarum iuste et canonice possidet aut in futurum concessione pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium seu aliis iustis modis, prestante domino, poterit adipisci, firma vobis vestrisque successoribus et ill[ibata] permaneant. In quibus hec propriis duximus exprimenda vocabulis: locum ipsum cum omnibus pertinentiis suis tam hominibus, quam terris, vineis, pascuis, silvis, pratis, a [quis?] . . . et pri . . . . . et cum omni iure parrochiali et vestimentis defunctorum parrochianorum . . . . . cum omni eo, quod datum est eidem ecclesie in die consecrationis ei[us], totam villam de Castagnolo cum omnibus pertinentiis suis, quicquid iuris habetis in Saxa tam in decimis, quam in parrochiis et aliis vestris proprietatibus; totam decimam de Camponeri, et totam decimam confinii, ab Aia a Persico usque ad Lacoram, et usque ad campum Domnicum, et usque ad Paltonem, et usque ad Tarprulam, et usque

1) *Ein Pruno oder Bruno oder dergl. habe ich als modernen Namen in der Diöcese Volterra nicht auffinden können, in Corsica kommt der Name Pruno zweimal vor, ein Pruno liegt in der Provinz Lucca. Auch in dem Verzeichniss der Pia Opera Volterranea von 1875 findet sich kein Ort obigen Namens. Andererseits scheint aus den Schenkungen der Volterranischen Bischöfe hervorzugehen, in welcher Diöcese der Ort gesucht werden muss.*

Digitized by Google

ad Cannetolum, et usque ad rivum Iumentelli, et usque ad Arlatem, et usque ad Confredum, et usque ad Aream de Persico, secundum quod rationabiliter concessum est vobis a bone memorie Guidone [1]), Hermanno [2]), Rugerio [3]), Crescentione [4]), quondam Vulterranis episcopis. Quicquid habetis apud castrum de Wardistallo in hominibus, possessionibus, decimis et pensionibus [a]), quicquid habetis in Casali in decimis, in pensionibus et aliis proprietatibus, quicquid habetis in Punpiniano et in curte de Bibone, in possessionibus et decimis, quicquid habetis in curte de Turricella et in casa Veccla et in Vivaio, quicquid habetis in masia de Colle, in masia de Trapula, et masia de Ribattula, et in masia de fonte Petri, masiam de Guardia, quicquid habetis in Pastina, medietatem unius hominis de Montecclo cum medietate omnium, que habet. Preterea, quecumque a quadraginta annis usque et nunc quiete ac pacifice possedistis, vobis et eidem ecclesie vestre auctoritate apostolica confirmamus. Obeunte vero te, nunc eiusdem loci priore, vel tuorum quolibet successorum, nullus ibi qualibet subreptionis astutia seu violentia preponatur, nisi quem fratres communi consensu vel fratrum pars consilii sanioris secundum deum et beati Augustini regulam providerit eligendum. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat, prefatam ecclesiam . . . usibus omnimodis profutura, salva sedis apostolice auctoritate et diocesani episcopi [b]) canonica iustitia. Si qua igitur . . . . Cunctis autem . . . inveniant. Amen. — A-m. — Amen. —

(R) Ego Alexander catholice ecclesie episcopus ss. (M)
† Ego Hubaldus Ostiensis episcopus ss.
† Ego Bernardus P(ortuensis) et sancte Rufine episcopus ss. (7)
— † Ego Iohannes presbiter cardinalis sanctorum Ioannis et Pauli tit. Pamachii ss.
† Ego Albertus presbiter cardinalis tit. sancti Laurentii in Lucina ss.
† Ego Guilelmus presbiter cardinalis tit. sancti Petri ad Vincula ss.
† Ego Boso presbiter cardinalis sancte Pudentiane tit. Pastoris ss.
† Ego Iohannes presbiter cardinalis tit. sancti Marci ss.
† Ego Theodinus presbiter cardinalis sancti Vitalis tit. Vestine ss.
† Ego Manfredus presbiter cardinalis tit. sancte Cecilie ss.
† Ego Petrus presbiter cardinalis tit. sancte Susanne ss. (1)
— † Ego Iacinthus diaconus cardinalis sancte Marie in Cosmidyn ss.
† Ego Cinthius diaconus cardinalis sancti Adriani ss. (1)
† Ego Laborans diaconus cardinalis sancte Marie in Porticu ss.
† Ego Rainerius diaconus cardinalis sancti Georgii ad Velum aureum ss.

Dat. Anagnie, per manum Gratiani, sancte Romane ecclesie subdiaconi et notarii. XII Kl. Maii [c]). Indictione VIIII. Incarnationis dominice anno MCLXXVI. Pontificatus vero domni ALEXANDRI pape III anno XVII. —

Or. und Abschrift des Cod. Dipl. I, im Archivio Vescovile zu Volterra.

Or., Perg. ital., br. 0,5, lang 0,69, unten c. 0,036 umgeschlagen, durch 2 Löcher ging die Schnur, welche mit dem Bleisiegel verloren. Faltung der Bullen. Ringkreuz und E *der Unterschrift von gleicher Hand und Dinte; Umschrift wohl Dinte und Hand für sich. Datirung vom Hauptkörperschreiber, das* G *Gratians wohl nachgetragen. Zeugenfirmen zum grössten Theile von gleicher Hand und Dinte ausgeführt,* † Ego Theodinus *dunklere Dinte und schwerere Hand, der Rest von der Dinte der Mehrzahl und der der zwei folgenden Presbyter, mit denen sie im Ductus völlig stimmt; genau das Gleiche bei Laborans. Auch* † E *des Jacinthus von der dunklen Dinte und schweren Hand, ebenfalls etwas höher als die übrige Signirung, die mit der hellen Dinte der anderen, Albertus ganz von der dunklen Dinte ausgeführt.*

Nr. 256.

Alexander III nimmt das Hospital von Pontepopolo (D. Lucca) in apostolischen Schutz und bestätigt ihm seine Besitzthümer und Rechte, wofür es jährlich ein Pfund Wachs an die Kurie zu entrichten hat.

1176 Mai 31. Anagni.

Alexander episcopus, servus servorum dei, dilectis filiis Massucio, rectori et fratribus hospitalis de Ponte populi, tam presentibus quam futuris, communem vitam

a) *Von* ensionibus *an gedrängt auf Rasur* b) ate et diocensani episcopi *auf Rasur von anderer Dinte* c) XII Kl. Mai *auf Rasur.* 1) *Guido II, Bischof von Volterra, 1039—1061.* 2) *Hermann, 1064—1077.* 3) *Roger, 1099—1131.* 4) *Crescentius, 1134—1136. Ueber alle vergl. Ammirato, Vescovi di Volterra, und G. Leoncini, Illustrazione di Volterra.*

Digitized by Google

professis, in perpetuum. Quotiens illud a nobis petitur, quod religioni et honestati convenire dinoscitur, animo nos decet libenti concedere et petentium desideriis congruum impertiri assensum. Eapropter, dilecti in domino filii, vestris iustis postulationibus clementer annuimus et predictum hospitale cum ecclesia, sibi adiacente, quod cum eadem ecclesia specialiter beati Petri et nostri iuris existit, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus et presentis scripti privilegio communimus. Statuentes, ut, quascumque possessiones, quecumque bona idem hospitale cum ecclesia in presentiarum iuste et canonice possidet aut in futurum concessione pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium seu aliis iustis modis, prestante domino, poterit adipisci, firma vobis vestrisque successoribus et illibata permaneant. In quibus hec propriis duximus exprimenda vocabulis: locum ipsum, in quo predicta ecclesia cum hospitale edificata est, cum molendinis, vualcariis et aliis pertinentiis suis, boscum quem Massucius eidem ecclesie pro anime sue suorumque parentum remedio et eidem hospitali contulisse dinoscitur, totum quod habetis apud Populum, domum et alia que habetis apud Camporolem, totum quod habetis apud Cascium balbum, silvam et alia que habetis apud Bargam, totum redditum quem Hugo de Loppia apud Molathanum in perpetuam elemosinam predicto loco concessit, silvam quam habetis apud Albianum. Preterea auctoritate apostolica duximus indulgendum, ut in cimiterio ecclesie vestre fratres tantum et familiam vestram facultatem sepeliendi liberam habeatis. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat, prefatum hospitale vel ecclesiam temere . . . . omnimodis profutura, salva sedis apostolice auctoritate. Ad indicium autem huius ab apostolica sede percepte libertatis nobis nostrisque successoribus unam libram cere annis singulis persolvetis. Si qua igitur . . . Cunctis autem eidem loco sua . . . inveniant. Amen. A-m. Amen.

(R) Ego Alexander catholice ecclesie episcopus ss. (M)
† Ego Bernardus Portuensis et sancte Rufine episcopus ss.
— † Ego Iohannes presbiter cardinalis sanctorum Iohannis et Pauli tit. Pamachii ss.
† Ego Albertus presbiter cardinalis tit. sancti Laurentii in Lucina ss.
† Ego Boso presbiter cardinalis sancte Pudentiane tit. Pastoris ss.
† Ego Iohannes presbiter cardinalis tit. sancti Marci ss.
† Ego Theodinus presbiter cardinalis sancti Vitalis tit. Vestine ss.
† Ego Manfredus presbiter cardinalis tit. sancte Cecilie ss.
— † Ego Iacintus diaconus cardinalis sancte Marie in Cosmydin ss.
† Ego C(inthius) diaconus cardinalis sancti Eustachii ss.
† Ego Hugo diaconus cardinalis sancti Adriani ss.
† Ego Laborans diaconus cardinalis sancte Marie in Porticu ss.

Dat. Anagnie, per manum Gratiani, sancte Romane ecclesie subdiaconi et notarii. II Kl. Iunii. Indictione VIIII. Incarnationis dominice anno MCLXXVI. Pontificatus vero domni Alexandri pape III anno septimo decimo.

Abschrift G. VIII, 243 p. 152, in der Bibl. Chigiana zu Rom.

Das Original dieser Urkunde befindet sich im Archivio Arcivescovile zu Lucca (XI. Nr. 57), leider bewirkten die ungünstigen Verhältnisse des Archivkatalogs, dass ich die Urk. zu spät bemerkte, um noch eine Kollation bewerkstelligen zu können.

Nr. 257.

Alexander III bestätigt dem Priester Madius von San Basilio di Siena die Besitzthümer und Rechte seiner Kirche, welche er in apostolischen Schutz nimmt.

1176 November 2. Anagni.

Alexander episcopus, servus servorum dei, dilecto filio MADIO, presbitero ecclesie sancti Basilii, site in suburbio Senensi, in loco, qui dicitur Camulia, eiusque successoribus canonice substituendis, IN PPM. — | Quotiens illud a nobis petitur, quod religioni et honestati convenire dinoscitur, animo nos decet libenti concedere et petentium desideriis congruum impertiri suffragium. | Eapropter, dilecte in domino fili, vestigiis recolende memorie predecessorum nostrorum, Innocentii, Lucii et Celestini, Romanorum pontificum, inherentes, prefatam ecclesiam, cui deo auctore preesse dinosceris, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus et presentis scripti privilegio communimus. Statuentes, ut, quascumque possessiones, quecumque bona in presentiarum iuste et canonice possidet,

Digitized by Google

aut in futurum concessione pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium seu aliis iustis modis, prestante domino, poterit adipisci, firma tibi tuisque successoribus et illibata permaneant. Prohibemus quoque, ut infra parrochiam ipsius ecclesie absque assensu Senensis episcopi, qui pro tempore fuerit, nullus [a]) ecclesiam vel oratorium umquam [b]) edificare presumat, salvis privilegiis [c]) Romane ecclesie. Decimas autem et primitias omnes, quas prefata ecclesia rationabiliter possidet, tibi et per te eidem ecclesie auctoritate apostolica confirmamus. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat, prefatam ecclesiam . . . usibus omnimodis profutura, salva sedis apostolice auctoritate et Senensis episcopi canonica iustitia. Si qua . . . Cunctis autem . . . inveniant. Amen. A-m. Amen. —

(R) Ego Alexander catholice ecclesie episcopus ss. (M)
† Ego Hubaldus Hostiensis episcopus ss. (7)
— † Ego Iohannes sanctorum Iohannis et Pauli presbiter cardinalis tit. Pamachii ss.
† Ego Albertus presbiter cardinalis tit. sancti Laurentii in Lucina ss.
† Ego Willelmus presbiter cardinalis tit. sancti Petri ad Vincula ss.
† Ego Boso presbiter cardinalis sancte Pudentiane tit. Pastoris ss.
† Ego Theodinus presbiter cardinalis sancti Vitalis tit. Vestine ss.
† Ego Manfredus presbiter cardinalis tit. sancte Cecilie ss.
† Ego Petrus presbiter cardinalis tit. sancte Susanne ss. (1)
— † Ego Iacinctus diaconus cardinalis sancte Marie in Cosmydyn ss.
† Ego Cinthyus diaconus cardinalis sancti Adriani ss.
† Ego Hugo diaconus cardinalis sancti Eustachii iuxta templum Agrippe ss. (5)

Dat. Anagnie, per manum GRatiani, sancte Romane ecclesie subdiaconi et notarii. IIII Non. Novembr. Indictione X. Incarnationis dominice anno MCLXXVII. Pontificatus vero domini Alexandri pp. III anno XVIII.

Or. im Archivio Arcivescovile; Regest, C. X. 9. p. 114b, in der Bibl. Pubblica zu Siena.

Perg. ital., br. 0,58, lang 0,53, unten 0,037 umgeschlagen, durch zwei Löcher geht die reichliche gelbe Seidenschnur, an der das Bleisiegel hängt, Faltung der Bullen. Der Hauptkörper füllt nur die Hälfte des Pergaments, so, um Raum zu füllen, die Rota sehr gross, misst 0,088 im Durchmesser. Ringkreuz und einleitendes E *der Unterschrift von hellerer Dinte; das* G *Gratians mit abweichender dunkler in die Datirung eingetragen, welche hier auch noch sonst an mehreren Stellen in kleinen Korrekturen hervortritt. Die Zeugenfirmen ziemlich alle von gleicher Hand und Dinte.*

Nr. 258.

Alexander III bestätigt dem Domkapitel von Pistoia den Besitz von San Pietro Romei beim Ombronefluss.

1177 Januar 20. Siponto.

ALEXANDER episcopus, servus servorum dei, dilectis filiis . . preposito et cano|nicis Pistoriensibus, salutem et apostolicam benedictionem. Iustis petentium desideriis dignum | est nos facilem prebere consensum et vota, que a rationis tramite non discordant, effectu sunt prosequente complenda. Eapropter, dilecti in domino filii, vestris iustis postulationibus grato concurrentes assensu, quicquid vobis in ecclesia sancti Petri Romei [1]), sita iuxta flumen Umbronis [2]), vobis venerabilis frater noster .T(raccia) [d]), episcopus vester [3]), rationabiliter contulit, auctoritate vobis apostolica confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus. Statuentes, ut nulli omnino hominum liceat, hanc paginam nostre confirmationis infringere vel ei aliquatenus contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis dei et beatorum | Petri et Pauli, apostolorum eius, se noverit incursurum. — Dat. Siponti, XIII Kalendas Februarii.

Or. (Capitolo di Pistoia 1177 Gen. 20), im Archivio di Stato zu Florenz.

Perg. ital., br. 0,176, lang 0,205, umgeschlagen 0,022, Schnur und Blei verloren. Faltung der Breven.

---

a) *Von* copi *an raumverschwenderisch auf Rasur* b) *auf Rasur* c) vilegi *auf Rasur* d) *auf Rasur von anderer Hand.* — .1) *Non saprei dire con precisione quale delle chiese con titolo di S. Pietro, che anticamente dipenderano dai Canonici di Pistoia, sia la qui nominata (Cesare Paoli).* 2) *Ombrone, Nebenfluss des Arno.* 3) *Traccia, Bischof von Pistoia, 1154—1166.*

Digitized by Google

Nr. 259.

Alexander III bestätigt dem Bürger Philipp von Bari die Rechte und Besitzthümer der von ihm errichteten Kirche San Pietro e Andrea di Basiliano (D. Bari).

1177 März 16. Zara.

Alexander episcopus, servus servorum dei, dilectis filiis Philippo, Barensi civi, eiusque heredibus, IN PPM. — | Votis et desideriis, que a rationis tramite non discordant, li[bent]er debemus annuere et eorum supplicationibus consueta be|nignitate admittere, qui erga a) beatum Petrum et erga nos ipso[s] fidem probantur constantem gerere et devotionem exhibere sinceram. Tue igitur laudande devotionis et fidei, quam circa de[um] et ecclesiam geris, meritis provocati et, quam promptum te et ferventem circa obsequium beati Petri et nostrum exhibeas, attend[entes], tibi heredibusque tuis de consueta b) clementia et benignitate sedis apostolice indulgemus, ut ad ecclesiam beatorum apostolorum Pet[ri] et Andree, quam non longe a castello Basiliano in proprio allodio construxisti, licitum sit vobis, capellanum elige[re] et Barensi archiepiscopo, in cuius dyocesi est, presentare, ut ab eo, si idoneus fuerit, curam suscipiat animarum, et unam libram incensi et tres cere solvat pro predicta ecclesia annuatim, et nichil ibi amplius Barensis archiepiscopus exigere possit, quemadmodum a bone memorie Iohanne, quondam Barensi archiepiscopo [1]), statutum est et venerabil[is] fratris nostri Rainerii, Barensis archiepiscopi [2]), privilegio roboratum. Sane, si prelibata ecclesia monasterium vel canonica fu[e]rit, abbas seu prior ibi cum consilio et assensu tuo et heredum tuorum electione fratrum instituatur, qui e . . am clericos et laicos, liberos et absolutos, in eodem loco possit sine alicuius contradictione ad conversionem recipere, [ce]reum et fontem in sancto sabbato benedicere, campanas et pulsum sonare et processionem pro vivis et mortuis face[re], sicut in privilegio predicti Rainerii, Barensis archiepiscopi, eidem ecclesie noscitur esse indultum, reservata Barensi archiepiscopo consec[ratione] ipsius ecclesie, ordinatione clericorum et benedictione abbatis, si quando ibi monasterium fuerit. Decernimus ergo, ut nul[li] omnino hominum liceat, prefatam ecclesiam . . . usibus omnimodis profutura, salva sedis apostolice auctoritate et Barensis archiepiscopi canonica iustitia. S[i] qua igitur . . . Cunctis autem . . . inveniant. Amen. A-m. Amen. —

(R) Ego Alexander catholice ecclesie episcopus ss. (M)

† Ego Manfredus Prenestinus episcopus ss. (I)

— † Ego Iohannes presbiter cardinalis tit. sancte Anastasie ss.

— † Ego Cinthyus diaconus cardinalis sancti Adriani ss.

† Ego Ugo diaconus cardinalis sancti Eustachii iuxta templum Agrippe c) ss.

Dat. Iadere, per manum G[er]ardi, sancte Romane ecclesie subdiaconi et notarii. XVII Kl. April. Indictione . . . Incarnationis dominice anno MCLXXVII. Pontificatus vero domni ALEXANDRI PP. III anno XVIII.

Or. (Pergamene di Curia eccl. I) und Regest des Repertorio della Badia di S. Leonardo della Matina p. 101, im Archivio di Stato zu Neapel.

Perg. ital., br. 0,48, lang 0,552, unten c. 0,028 umgeschlagen, durch 2 Löcher ging die Schnur, welche mit dem Blei verloren, Faltung der Bullen. Schrift weitläufig. Umschrift ziemlich sicher von derselben Dinte wie das nachgetragene G *Gerards in der Datumzeile. Ringkreuz und päpstliche Unterschrift können von gleicher Dinte herrühren. Die beiden Diakonen scheinen von der nämlichen Hand geschrieben zu sein. Die Datumzeile weist hellere Dinte auf als der Hauptkörper.*

Nr. 260.

Alexander III bestätigt dem Mailänder Kanonikerpriester Suzo den Besitz der Kirche Santa Maria a Monte di Velate Milanese.

1177 April 20. Ferrara.

Alexander episcopus, servus servorum dei, dilecto filio Suzoni, presbitero canonico Me|diolanensis ecclesie, salutem et apostolicam benedictionem. Iustis petentium desideriis dignum est | nos facilem prebere consensum et vota, que a rationis tramite non discordant, effectu sunt prosequente complenda. Eapropter, dilecte in domino

a) a *auf Rasur* b) ueta *auf Rasur* c) Agrippi. — 1) *Wohl Johann V, Erzbischof von Bari, 1151—1169.* 2) *Rainer oder Rainald, Erzbischof von Bari, 1171—1188.*

Digitized by Google

fili, tuis iustis postulationibus grato concurrentes assensu, ecclesiam sancte Marie, que dicitur ad Montem de Velate [1]), cum pertinentiis suis, sicut eam de concessione bone memorie Galdini, quondam Mediolanensis archiepiscopi [2]), [iuste et canon]ice possides, devotioni tue auctoritate apostolica confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus. Statuentes, ut nulli omnino hominum liceat, hanc paginam nostre confirmationis infringere vel ei aliquatenus contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis dei et beatorum Petri | et Pauli, apostolorum eius, se noverit incursurum. — Dat. Ferrarie, XII Kal. Madii.

Or. und neuere Abschrift im Archivio di Stato zu Mailand.

Or., Perg. ital., br. 0,218, lang 0,192, unten 0,026 umgeschlagen, durch zwei Löcher ging die Schnur, welche mit dem Bleisiegel verloren. Faltung der Breven.

Nr. 261.

Alexander III bestätigt dem Domkapitel von Vicenza die Beilegung seines Streites mit den Kapellänen von Vicenza wegen der Versorgung römischer Legaten [3]).

1177 April 23. Ferrara.

Alexander episcopus, servus servorum dei, dilectis filiis . . archipresbitero et canonicis Vicentine ecclesie, salutem et apostolicam benedictionem. Intelleximus ex quodam publico instrumento de mandato venerabilis fratris nostri Concordiensis episcopi [4]), tunc electi, facto, quod, cum controversia verteretur inter vos et capellanos Vicentine ecclesie super procuratione venerabilis fratris nostri . . Aquilegensis patriarche [5]), apostolice sedis legati, et legatorum Romane ecclesie, cum ad civitatem vestram accedunt, prefatus patriarcha causam ipsam eidem episcopo, tunc electo, audiendam commisit et fine debito terminandam. Cumque utraque pars propter hoc esset in eius presencia constituta, ipse, rationibus hinc inde diligenter auditis et cognitis, cum consilio sapientum virorum sententiam tulit, ut prefati capellani pro prescripta procuratione vobis iuxta facultatem ecclesiarum suarum competens auxilium prestent. Nos itaque sententiam ipsam, sicut rationabiliter lata est et in autentico scripto, exinde facto, continetur, ratam habentes et firmam, eam auctoritate apostolica confirmamus et presentis scripti pagina munimus. Statuentes, ut nulli omnino hominum liceat, hanc paginam nostre confirmationis infringere vel ei aliquatenus contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli, apostolorum eius, se noverit incursurum. — Dat. Ferrarie, VIIII Kal. Maii.

Or. im Archivio Capitolare zu Vicenza.

Nr. 262.

Alexander III überweist dem Abte Rainer von San Benedetto Po (D. Mantova) das Kloster San Ponziano di Lucca, dessen Abtwahl er ordnet [6]).

1177 Mai 6. Ferrara.

Alexander episcopus, servus servorum dei, dilecto filio Rainerio, abbati monasterii sancti Benedicti supra Padum, eiusque successoribus regulariter substituendis, IN PPM. — | Suscepte officium dignitatis ammonet nos multipliciter et hortatur, ecclesiasticis utilitatibus vigilanter intendere et, ut ecclesie dei tam spiritualibus, quam temporalibus | proficiant incrementis, oportet nos provida sollicitudine cogitare. Eapropter, dilecte in domino fili abbas, monasterio sancti Pontiani, quod prope Lucensem civitatem situm est, utiliter providere volentes, idem monasterium, ad ius sacrosancte Romane ecclesie specialiter pertinens, tibi tuisque successoribus, salvo utique iure et proprietate Romane ecclesie, ordinandum disponendumque committimus, ita quidem, ut, imminente necessitate, ad correctionem ipsorum fratrum, ibidem existentium, liceat vobis, aliquos de fratribus ipsius

---

1) *Velate Milanese, prov. di Milano, circond. di Monza.* 2) *Galdinus, Erzbischof von Mailand, 1166—1176.* 3) *Die Abschrift dieser Urkunde verdanke ich Herrn Prof. Bernardo Morsolin in Vicenza. — Vergl. die Urk. vom 29 April (1173)—1176 und vom 5 November 1186.* 4) *Wohl Cono, Bischof von Concordia, c. 1164 — c. 1177.* 5) *Ulrich (Voldarich II), Patriarch von Anquileja, 1161—1181.* 6) *Vergl. die Urk. vom 6 November 1158.*

Digitized by Google

monasterii in ecclesiam vestram assumere et vicissim aliquos de monachis ecclesie vestre in idem monasterium, sicut expedire videritis, transmutare. Obeunte autem predicti monasterii abbate, fratres, inibi existentes, patrem sibi atque magistrum de ipsa congregatione, si ibi idoneus inventus fuerit, vel de conventu ecclesie vestre secundum deum et beati Benedicti regulam eligant. Ipsam vero electionem vobis representent et confirmationem a vobis requirant. Ceterum, qui electus fuerit et a vobis canonice confirmatus, a Lucano episcopo benedictionem suscipiat. Si autem fratres ipsius monasterii in personam idoneam concorditer et unanimiter convenire non potuerint nec canonicam fecerint electionem, abbas sancti Benedicti de monasterio ipso vel de collegio monasterii, sibi commissi, secundum regulam beati Benedicti et secundum statuta ordinis sui eis abbatem et pastorem providendi plenam habeat facultatem. Ad indicium autem huius nostre concessionis tres bizantios in ascensione domini nobis nostrisque successoribus annis singulis persolvetis. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat, huius nostre concessionis paginam temerario ausu infringere vel ei aliquatenus contraire. Si quis autem . . . ultioni subiaceat. Amen. A-m. Amen.

(R) Ego Alexander catholice ecclesie episcopus ss. (M)
† Ego Hubaldus Hostiensis episcopus ss.
† Ego Gualterius Albanensis episcopus ss.
† Ego Chunradus Mogontinus archiepiscopus et Sabinensis episcopus ss.
† Ego Guillelmus Portuensis et sancte Rufine episcopus ss.
† Ego Manfredus Prenestinus [a]) episcopus ss.
— † Ego Ildebrandus basilice XII Apostolorum presbiter cardinalis ss.
† Ego Iohannes presbiter cardinalis tit. sancte Anastasie ss.
† Ego Boso presbiter cardinalis sancte Pudentiane tit. Pastoris ss.
† Ego Theodinus presbiter cardinalis sancti Vitalis tit. Vestine ss.
† Ego Petrus presbiter cardinalis tit. sancte Susanne ss. (I)
— † Ego Iac(inthus) diaconus cardinalis sancte Marie in Cosmidyn ss.
† Ego Ard(icio) diaconus cardinalis sancti Theodori ss.
† Ego Cinthyus diaconus cardinalis sancti Adriani ss.
† Ego Hugo sancti Angeli diaconus cardinalis ss.
† Ego Laborans diaconus cardinalis sanctę Marię in Porticu ss.

Dat. Ferrarie, per manum Gratiani, sancte Romane ecclesie subdiaconi et notarii. II Non. Mad. Indictione X. Incarnationis dominice anno MCLXXVII. Pontificatus vero domni ALEXANDRI PP. III anno XVIII.

Or. im Archivio di Stato zu Mailand.

Perg. ital., br. 0,57, lang 0,52, unten 0,035 umgeschlagen, durch zwei Löcher geht die gelbe Seidenschnur, deren Bleisiegel verloren. Faltung der Bullen. Ringkreuz und E *der Unterschrift scheint von gleicher Hand herzurühren, Datirung vom Hauptkörperschreiber, das* G *Gratians darin von anderer Dinte nachgetragen. Die Zeugenfirmen zum grössten Theile von gleicher Hand und Dinte; bei dem Presbyter Johannes ist das Kreuz mit dunklerer Dinte gemacht; beim letzten Zeugen* + Ego Laborans *von der braunen Dinte, worin die übrigen Firmen ausgeführt sind, der Rest von abweichend dunklerer Dinte, derselben, womit das Kreuz des Johannes hergestellt.*

Nr. 263.

Alexander III schreibt den Domkanonikern von Vercelli, dass niemand ihrer Kirche Güter abwendig machen dürfe.

1177 Mai 8. Ferrara.

Alexander episcopus, servus servorum dei, dilectis filiis [b]), canonicis Vercellensis ecclesie, salutem et | apostolicam benedictionem. Congruam officii nostri actionem exsequimur, si ecclesias, quarum provi|dentia et sollicitudo nobis incumbit, in suo statu et robore conservamus et ab imminentibus impugnationibus diligenti studio custodimus. Hac itaque consideratione inducti et officii nostri debito provocati auctoritate apostolica prohibemus, ne quis canonicorum vel clericorum de bonis ecclesie vestre furtim vel violenter rapere audeat. Quod, si quis ausu temerario presumpserit, et infra octo dies, postquam exinde monitus fuerit, quod inique rapuit, non [c]) restituerit, a communione dei

a) *Das letzte* s *auf Rasur* b) ii *auf Rasur* c) rapivit.

Digitized by Google

fidelium sit alienus et a perceptione bonorum ecclesie omnino | exclusus, donec capitulo satisfactionem exhibeat competentem. — Dat. | Ferrarie, VIII Idus Maii.

Or. im Archivio Capitolare zu Vercelli.

Perg. ital., br. 0,2, lang 0,165, unten 0,027 umgeschlagen, durch zwei Löcher geht die rosa Seidenschnur, an der das Bleisiegel hängt. Faltung der Breven. — Diese Urkunde bietet eine der seltenen Zusammenstellungen von Minuskel-Anfangsnamen und Seidenplumbirung.

Nr. 264.

Alexander III beauftragt Bischof und Dompropst von Florenz, Sorge zu tragen, dass dem Kloster Luco (D. Firenze) das Ueberwiesene erhalten bleibe.

1177 Mai 31. Rialto von Venedig.

Alexander episcopus, servus servorum dei, venerabili fratri . . episcopo [1]) et dilecto filio . . preposito | Florentinis [a]), salutem et apostolicam benedictionem. Attendentes, quomodo ad officium nostrum pertineat, | personas religiosas et cultui divino iugiter deditas diligere benignius et fovere, abbatissam et moniales monasterii de Luco privilegio apostolice sedis munivimus [b]) et ea, que legitime possident, eis auctoritate apostolica confirmavimus. Ne igitur ullam ex his valeant indebitam sustinere molestiam, discretioni vestre per apostolica scripta mandamus atque precipimus, quatinus prelibatum monasterium divino intuitu et pro reverentia beati Petri et nostra in his, que sibi concessa sunt a felicis memorie patre et predecessore nostro, Eugenio pape [2]), et a nobis, tam in decimis, quam in sepulturis et aliis, confirmata fovere propensius et manutenere [c]) curetis, nec exinde [d]) sibi permittatis, aliquam molestiam vel gravamen irrationabiliter irrogari. Si quis autem parrochianorum [e]) vestrorum hoc attemptare presumpserit et a vobis monitus non resipuerit, cum censura ecclesiastica per|cellatis [f]). — Dat. Venetiis [g]) in Rivo alto, II Kl. Iunii.

Or., Kopialurkunde (R. Acq. Mon. di Luco 20 Mai 1181) und Abschrift des Cart. Mon. di Luco Nr. 25 p. 92, im Archivio di Stato zu Florenz.

Or., Perg. ital., br. 0,197, lang 0,18, unten 0,024 umgeschlagen, durch 2 Löcher ging die Schnur, welche mit dem Bleisiegel verloren. Faltung der Breven. — Die Kopie hat IX Kal. Iun.

Nr. 265.

Alexander III bestätigt dem Bischofe Obertus und dem Kapitel von Tortona ihre Beschlussnahme, dass die Zahl von sechzehn Kanonikern nicht überschritten werden dürfe, und ferner ihre Vereinbarung über Getreidevertheilung [3]).

1177 Juni 4. Rialto von Venedig.

Alexander episcopus, servus servorum dei, venerabili fratri, O(berto) episcopo [4]), et dilectis filiis, canonicis Terdonensis ecclesie, salutem et apostolicam benedictionem. Ex litteris vestris, nobis representatis, accepimus, quod vos, deliberatione habita, non solum presentium set etiam futurorum pensata, consideratis quoque facultatibus ecclesie vestre, de communi consilio statuistis [h]) et ordinastis, ut ultra sedecim numerus canonicorum in Terdonensi ecclesia non extendatur et persone in hoc numero comprehendantur. Addidistis preterea, ut, qui studio vacaverint litterarum, medietatem integre portionis de frumento et siligine habeant, nichil amplius exacturi. Si quis autem ad scolas pergens integram portionem susceperit, de fructibus sequentis anni nichil percipiat. Quam utique constitutionem ad peticionem vestram auctoritate apostolica confirmantes ratam de cetero et firmam manere sanccimus. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat, hanc paginam nostre confirmationis infringere vel ei aliquatenus contraire. Si quis autem hoc attemtare presumpserit, indignationem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli, apostolorum eius, se noverit incursurum. — Dat. Venetiis in Rivo alto, II Non. Iun.

Kopialurkunde des 13 Jahrh., im Archivio Capitolare zu Tortona.

---

a) is *auf Rasur* b) v *auf Rasur* c) nere *auf Rasur von anderer Dinte* d) x *auf Rasur wie a* e) norum *auf Rasur* f) *ob* percutiatis? g) t *auf Rasur* h) *steht zweimal.* — .1) *Damals war Julius Bischof von Florenz, 1158—1182.* 2) *Vergl. Jaffé, Reg. 6287.* 3) *Vergl. auch die Urk. vom 31 März 1178—(1179) und 4 November 1184—1185.* 4) *Obertus, Bischof von Tortona, 1153 — c. 1184.*

Digitized by Google

Nr. 266.

Alexander III bestätigt dem Kloster San Pancrazio di Saltuclo (D. Verona) alle Zehnten innerhalb gewisser Grenzen.

1177 Juni 8. Rialto von Venedig.

Alexander episcopus, servus servorum dei, dilectis in Christo filiabus ecclesie sancti Pancracii de Saltuclo, salutem et apostolicam benedictionem. Iustis petentium desideriis dignum est nos facilem prebere consensum et vota, que a racionis tramite non discordant, effectu sunt prosequente complenda. Eapropter, dilecte in domino filie, tuis iustis postulationibus grato concurrentes assensu, cunctas decimas de omnibus frguibus et aliis rebus, de quibus solent et debent decime dari, pertinentes ad episcopatum Veronensem illarum terrarum, que sunt a sancto Martino a Cornezolo Enzo sive inferius usque ad sanctum Pancracium et a sancto Pancracio usque in Attesium, sicut extenditur et continet illud territorium, sive sint terre ipse in territorio Saltuch sive extra, salvo iure uniuscuiusque, vobis et ecclesie vestre, sicut eas de concessione et donacione venerabilis fratris nostri .O(mniboni), Veronensis episcopi [1]), racionabiliter habere noscimini, auctoritate apostolica confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus. Statuentes, ut nulli omnino liceat, hanc paginam nostre confirmacionis infringere vel ei aliquatenus contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignacionem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli, apostolorum eius, se noverit incursurum. — Dat. Veneciis in Rivo alto, VI Id. Iunii.

Transsumpt vom Jahre 1220, in der Bibl. Comunale zu Verona.

Nr. 267.

Alexander III bewilligt dem Erzbischofe Romuald von Salerno und dessen Nachfolgern das Recht, innerhalb ihrer Provinz das Kreuz vor sich her tragen zu lassen [2]).

1177 Juli 21. Rialto von Venedig.

ALEXANDER episcopus, ser[vus] servorum dei, venerabili ROMUALDO, Salernitano archiepiscopo, salutem et apostolicam benedictionem. Monet nos [apostolic]e sedis, cui licet imme|riti presidemus, auctoritas, ut debeamus attendere qualitates et merita singulorum et omnibus, sicut eorum dev[otio] exigit et [honesta]s, prout nobis dominus | dederit, respondere, ne [mi]nus discrete et improvide videamur exequi dispensationis nobis credite ministeri[um, si] facta personarum et merita minori, q[uam] deceat, providentia prosequamur. Inde est, quod, cum a nobis, venerabi[lis in Christo] frater archiepiscope, instanter et s[ollici]te postulaveris, ut ecclesiam, tibi commissam, ubi corpus beati Mathei [apostoli et eva]ngeliste requiescit, apostolice s[edis be]nignitas aliqua speciali gratia decoraret, nos postulationibus tuis . . . libenter et benignius duximus intuendum, quanto probitas, honestas et litterarum scientia, quibus, dante [domino], pre(e)mines, nec non etiam gratissime devo[tion]is sinceritas, quam semper ecclesia tua et tu tempore huius turbati[oni]s specialiter et precipue, sicut vir prudens, [pr]ovidus et discretus et tanta preditus dignitate, circa Romanam [ecclesi]am habuisse noscimini, et [a]) exaudiaris, in hoc et in aliis plenius meruerunt, quia, cum sedes aposto[lica] semper se omnibus exhibere mitem [con]su[everit] et benignam, circa illos maiorem debet benignitatem et gratiam exhibere, quorum fides, probitas et honestas est certioribus operum argumentis et evidentior[ibu]s rerum indiciis comprobata. Eapropter, tuis precibus benignius inclinati et officio suscepte amministr[ation]is inducti, [ob re]verentiam predicti [apos]toli, de cuius presentia ecclesia, tibi commissa, potissimum gloria[tur], et intuitu felicis memorie predecessoris nostri, Gregorii pape septimi, cuius corpus in eadem ecclesia requiescit, et consideratione probitatis et ferventissime devotionis tue, de [communi] consilio fratrum nostrorum tibi de benignitate sedis [apo]stolice [indul]gemus, ut [per] provinciam [tuam] tam tu, quam successores tui, de auctoritate et concessione [no]st[ra faciatis, ante vos] crucem deferri. Nulli ergo omnino hominum liceat, hanc paginam nostre concessionis infringere vel ei aliquatenus contraire. Si quis autem hoc

a) *ob* ut? — .1) *Ognibene, Bischof von Verona, 1157—1185.* 2) *Vergl. Paesano, Memorie della Chiese Salernitana II p. 207.*

Digitized by Google

attemptare presumpserit, indign[ationem] omnipotentis | dei et beatorum Pe[tri] et Pauli, apostolorum eius, se noverit incursurum.

(R) Ego Alexander catholice ecclesie episcopus ss. (M)
† Ego Hubaldus Ho[stiensis episcopus] ss.
† Ego Gual[terius Albanensis episcopus] ss.
† Ego [Conra]dus [M]o[guntinus archiepiscopus et Sabinens]is episcopus ss.
† Ego Bernardus [Portuensis et sancte] Ruf[ine episcopus ss.]
† Ego Manfredus [Prenestinus episcopus] ss.
— † Ego Hubaldus? [presbiter cardinalis tit. sancte Crucis in Ierusalem ss.]
† Ego . . . . . .
† Ego . . . . . .
† Ego Bo[nadies presbiter cardinalis tit. sancti Grisogoni ss.]
† Ego Pe[trus presbiter cardinalis tit. sancti Laurentii in Damaso ss.]
— † Ego Iacinthus diaconus [cardinalis sancte Marie in Cosmidyn ss.]
† Ego . . . . . .
† Ego . . . . . .
† Ego Hugo? [diaconus cardinalis sancti Eustachii iuxta templum Agrippe ss.]
† Ego . . . . . .
† Ego . . . . . .
† Ego . . . . . .

Dat. Venetiis in Rivo alto, per manus [Gerardi, sancte Romane ecclesie subdiaconi] et notarii. XII Kl. Aug. Indictione [X]. [Incarna]tionis d[ominice anno] MCLXXVII. Pontificatus [autem domni Alexandri tertii pape] octavodecimo.

Or. (Prunk-Mittelbulle) und theilweise Abschrift des Registrum I p. 375, im Archivio Arcivescovile zu Salerno.

Or., Perg. ital., br. 0,555, lang 0,665, unten 0,033 umgeschlagen, durch zwei Löcher geht die goldgelbe Seidenschnur, deren Bleisiegel verloren. Faltung der Bullen. In der ersten Zeile ist nur Alexander *und* Romualdo *in gestreckter Schrift ausgeführt, alles andere in Brevenminuskeln, nur die Verbindungen von* st *in Bullenart. Das den Kontext beginnende* M *ist etwas betont. Das Ringkreuz und* E *der Unterschrift von anderer Dinte als das Uebrige. Die ganze Urkunde, namentlich deren unterer Theil haben stark durch Feuchtigkeit gelitten.*

Nr. 268.

Alexander III beurkundet der Kollegiatkirche San Salvatore di Venezia, er habe ihren Streit mit Slavus de Mestre dahin entschieden, dass dieser die zum Nachtheile ihrer Mühlen errichteten Mühlen abbrechen müsse.

1177 Juli 24. Rialto von Venedig.

Alexander episcopus, servus servorum dei, dilectis filiis, priori et fratribus sancti Salvatoris de Rivoalto, salutem et apostolicam benedictionem. Conquerentibus vobis, quod olim Slavus de Mestre in detrimentum molendinorum, que vobis vendiderat, contra pactum, quod inter vos et ipsum factum est, quedam molendina fecisset, causam ipsam venerabili fratri nostro, Tarvisino [1]) episcopo, duximus committendam. Cum autem idem episcopus, auditis hinc inde rationibus et allegationibus et receptis testibus, vellet sententiam ferre, memoratus Slavus ad nostram presentiam appellavit. Sed, licet peremptorie citatus fuisset a nobis, die tum constituto non affuit nec infra octo dies, quibus eum expectavimus, post per se vel sufficientem responsalem suum ad presentiam nostram accessit aut suam absentiam excusavit. Inde est utique, quod nos, inspectis rationibus et attestationibus, quas nobis idem episcopus destinavit, de fratrum nostrorum consilio iudicavimus, predicta molendina, que memoratus S(lavus) in detrimentum molendinorum vestrorum construxerat, penitus destruenda et ulterius non reedificanda. Ut autem hec nostre sententia diffinitionis robur perpetue firmitatis obtineat, eam in scripto redegimus ipsamque auctoritate apostolica confirmamus, presentis scripti patrocinio communimus. Statuentes, ut nulli omnino hominum liceat, hanc paginam nostre diffinitionis et confirmationis infringere vel ei aliquatenus contraire. Si quis autem hoc tentare presumpserit, indignationem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli, apostolorum eius, se noverit incursurum. — Dat. Venetiis in Rivoalto, VIIII Kal. Augusti.

Abschrift vom 16 Jahrh. des Cod. Vat. 6085 p. 156, in der Bibl. Vaticana zu Rom.

1) *Treviso, wohl Bischof Olderich oder Petrus Foscari.*

Digitized by Google

Nr. 269.

Alexander III bewilligt dem Bischofe von Reggio nell' Emilia, dass Geistliche fremder Sprengel, die in Kirchen der Reggianer Jurisdiktion ohne Genehmigung des Bischofs eingeführt sind, von ihm abgesetzt werden dürfen.

1177 September 19. Rialto von Venedig.

ALEXANDER episcopus, servus servorum dei, venerabili fratri . . Reginensi episcopo [1]), salutem et | apostolicam benedictionem. Te nobis proponente didicimus, quod quidam prelati ec|clesiarum tue iurisdictionis in ecclesiis, sibi commissis, sine conscientia et assensu tuo clericos de alienis episcopatibus instituere non verentur. Attendentes igitur, id eis nulla ratione licere, cum sit honestati contrarium et a sanctorum patrum institutionibus alienum, auctoritate tibi apostolica indulgemus, ut, si qui clerici de alienis episcopatibus in ecclesiis tue iurisdictio[ni]s sine conscientia et assensu tuo sunt vel fuerint in posterum instituti, tibi liceat, eos inde auctoritate nostra, appellatione postposita, removere, nisi aliquos ex his ex dispensatione in eisdem ecclesiis duxeris dimittendos. Nulli ergo omnino hominum liceat, hanc paginam nostre constitutionis infringere vel ei aliquatenus contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpseri[t, in]dignationem omnipotentis dei et beatorum Petri et | Pauli, apostolorum eius, se noverit incursurum. — Dat. Venetiis in Rivo | alto, XIII Kl. Octobr.

Or. im Archivio Capitolare zu Reggio nell' Emilia.

Perg. ital., br. 0,238, lang 0,228, unten 0,025 umgeschlagen, durch 2 Löcher ging die Schnur, welche mit dem Bleisiegel verloren.

Nr. 270.

Alexander III bestätigt dem Kloster Chiaravalle (D. Milano) das Besitzthum von Valleria (D. Pavia) [2]).

1174—1178 Januar 20. Anagni [3]).

ALEXANDER episcopus, servus servorum dei, dilectis filiis, Transmundo abbati et universo conventui Carevallis, salutem | et apostolicam benedictionem. Iustis petentium desideriis facilem nos convenit apertiri consensum et vota, que a ratio nis tramite non discordant, effectu sunt prosequente complenda. Eapropter, dilecti in domino filii, vestris iustis postulationibus grato concurrentes assensu, grangiam de Valleria [4]) cum terris, silvis, pascuis, piscationibus ceterisque pertinentiis suis, tam in montibus, quam in ragangeriis locisque aliis adiacentibus constitutis vobis vestrisque successoribus auctoritate apostolica confirmamus eamque monasterio vestro, iusto contractu emptionis legitime conquisitam, presentis scripti patrocinio communimus. Statuentes, ut nulli omnino hominum liceat, possessiones ipsas temere perturbare aut vos super eis molestiis aliquibus fatigare. Laborum quoque vestrorum, quos in eisdem locis propriis manibus aut sumptibus colitis, seu de nutrimentis animalium, que ibi vos habere contigerit, nullus a vobis decimas presumat exigere. Si quis ergo hanc nostre confirmationis et constitutionis paginam ausu temeritatis infringere vel contra eam venire presumpserit, | indignationem dei omnipotentis et beatorum Petri et Pauli, apostolorum eius, se noverit incursurum. — | Dat. Anagnie, XIII Kl. Febr.

Or. im Archivio di Stato zu Mailand.

Perg. ital., br. 0,226, lang 0,186, unten 0,025 umgeschlagen, durch zwei Löcher geht die rosa und gelbe Seidenschnur, woran das Bleisiegel hängt. Faltung der Breven.

---

1) *Alberich, Bischof von Reggio, 1164—1187.* 2) *Der Inhalt der Urkunde macht es unwahrscheinlich, dass sie schon in der ersten Periode des Aufenthalts Alexanders III in Anagni ausgestellt sein sollte.* 3) *Vergl. auch Vignati, Storia dipl. della Lega Lombarda, p. 239.* 4) *Valleria, Fraz. del com. di Monticelli Pavese, prov. di Pavia.*

Digitized by Google

Nr. 271.

Alexander III bestätigt Urso di Ronta das Patronat in der Kirche San Silvestro, welches die Kanoniker von Termoli ihm streitig machen und ihm vom Kardinale Petrus auf seiner Reise nach Venedig zugesprochen ist.

1174—1178 Januar 29. Anagni.

ALEXANDER episcopus, servus servorum dei, dilecto filio Ursoni de Ronta, salutem et apostolicam | benedictionem. Ex autentico scripto dilecti filii nostri .P(etri), tit. sancte Susanne presbiteri cardinalis [1]), | nobis innotuit, quod, cum canonici Termulanensis ecclesie [2]) tibi ius patronatus, quod in ecclesia sancti Silvestri de iure te contingebat, niterentur subtrahere et etiam portionem, que reparationi eiusdem ecclesie reservari debebat, tandem idem cardinalis, per civitatem Tremulanensem transiens Venetiam profecturus, de mandato nostro causam super hoc diligenter audivit et de confessione [a]) canonicorum ipsorum tenuit, quod ius patronatus in eadem ecclesia ad te pertineret. Inde utique fuit, quod idem cardinalis adiudicavit tibi ius patronatus in prescripta ecclesia et statuit, ut portio, que debetur ipsius ecclesie fabrice et clerico, inibi domino servienti, vel que debetur pauperibus, nulli alii [b]) de cetero [b]) concedatur. Nos, volentes robur itaque firmitatis habere, quod a predicto cardinali statutum [c]) est in hac parte, sententiam eius, sicut rationabiliter lata est et in ipsius scripto autentico continetur, auctoritate apostolica confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus. Statuentes, ut nulli omnino hominum liceat, hanc paginam nostre confirmationis infringere vel ei aliquatenus contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli, apostolorum eius, | se noverit incursurum. — Dat. Anagnie, IIII Kl. Februarii.

Or. (Pergamene sciolte), im Archivio di Stato zu Neapel.

Perg. ital., br. 0,24, lang 0,27, unten 0,02 umgeschlagen, durch 2 Löcher ging die Schnur, welche mit dem Bleisiegel verloren, Faltung der Breven. Schrift stark verblichen.

Nr. 272.

Alexander III befehligt dem Kloster San Pietro di Cremona die Beilegung seines Streites mit dem Bischofe Obertus von Cremona, wie sie unter Cölestin II geschehen [3]).

1178 Juni 10. Lateran.

Alexander episcopus, servus servorum dei, dilectis filiis Alberto, abbati monasterii sancti Petri, quod apud Cremonam situm est, eiusque fratribus, tam presentibus quam futuris, regularem [d]) vitam professis, IN PPM. — | Que iudicii veritate sive concordia terminata sunt, litterarum debeat [e]) memorie commendari, ne pravorum hominum in posterum valeant refragatione | turbari. Inter vos siquidem et Obertum, quondam Cremonesem episcopum, super ecclesia sancte Margarite, in burgo Citanove sita [f]), controversia est diutius agitata, que a bone memorie Goizone, presbitero cardinali sancte Cecilie, Gregorio, diacono cardinali sanctorum Sergii et Bachi, et Guidone, similiter diacono cardinali sanctorum Cosme et Damiani, ex mandato felicis memorie predecessoris nostri CELESTINI pape [4]) hoc modo est, dictante iustitia, terminata. Asserebas autem tu, Alberte abbas, quod predicta ecclesia in fundo monasterii tui sita sit, episcopus vero respondebat [g]), quod abbates [h]) sancti Petri predium, in quo fundata est ecclesia sancte Margarite, sub certa pensione [i]) in perpetuum locaverunt. Addebat etiam, quod in ecclesia sancti Pauli in Citanova, que a predicto monasterio possidetur, quartam partem decimarum et oblationum vellet episcopali iure habere. Audîtis itaque utriusque partis rationibus et diligenter inquisitis, prefati cardinales equitate media statuerunt, quatinus de ecclesia sancte Margarite monasterio sancti Petri sex denarios ultra solitam pensionem, quam prius de terra, in qua fundata est, ecclesia habebat, presbiter eiusdem ecclesie in assumptione beate Marie singulis annis persolvat. Ceterum, quia episcopus in aliis capellis quartam partem decimarum et oblationum non habebat, censuerunt, ut, quod

---

a) *Auf Rasur von dunklerer Dinte* b) *auf Rasur von dunklerer Dinte* c) tum *auf Rasur von dunklerer Dinte* d) *das* l *zwischengeschoben* a *auf Rasur des* l, *auch* re *auf Rasur* e) debent *1144 März 8* f) site g) respondabat h) *auf Fleck* i) *theils zerstört.* — .1) *Petrus, Kardinalpriester tit. S. Susannae, kommt unter Alexander III vor vom September 1173—1181.* 2) *Termoli ist Bisthum unter der Erzdiözese Benevent, liegt am adriatischen Meere in der Nähe des Biferno.* 3) *Vergl. die Urk. vom 8 März 1144.* 4) *Vergl. die Briefe Iter Italicum p. 467 sq.*

Digitized by Google

presbiteri aliarum capellarum pro recompe[n]satione decimarum et oblationum episcopo faciunt, hoc idem capellanus, qui in ecclesia sancti Pauli per abbatem sancti Petri pro tempore fuerit, iuxta facultatem ecclesie, remota aliqua gravi exactione, episcopo faciat, cum ad synodum Ronane ecclesie venerit; episcopus autem parrochianos eiusdem ecclesie suo officio cogat, ne personis, per abbatem sancti Petri inibi positis, aliquam iniuriam vel violentiam inferant nec de cetero episcopus vel vicini interdicant sive prohibeant [a]) abbati, predictam ecclesiam sancti Pauli per monachos et clericos suos ordinare. Preterea de mutando [monasterio] in locum illum, in quo prefatus Goizo, cardinalis sancte Cecilie tunc apostolice sedis legatus, crucem posuit, eiusdem predecessoris nostri vestigiis inherentes, statuimus, ut, si episcopus Cremonensis terram illam sui iuris esse poterit ostendere, commutationem tantundem valentem alibi a monasterio recipiat. Addentes etiam prohibemus, ut in parrochia sancti Pauli in dampnum ipsius [b]) nulla ecclesia construatur, salva in omnibus apostolice sedis auctoritate. Si qua igitur in futurum ecclesiastica secularisve persona hanc diffinitonem, ex precepto prefati predecessoris nostri factam et a nobis confirmatam, infringere temptaverit, ordinis et [c]) officii sui periculo subiaceat atque omnipotentis dei et | beatorum Petri et Pauli, apostolorum eius [d]), indignationem incurrat. Amen. A-m. Amen. —

(R) Ego Alexander catholice [e]) ecclesie [f]) episcopus ss. (M)
† Ego Hubaldus Hostiensis episcopus ss. (4)
— † Ego g) Iohannes presbiter cardinalis sanctorum Iohannis et Pauli tit. Pamachii ss.
† Ego Boso presbiter cardinalis sancte Pudentiane tit. Pastoris ss. [h]).
† Ego Petrus presbiter cardinalis tit. sancte Susanne ss.
† Ego Vivianus presbiter cardinalis tit. sancti Stephani in Celio monte ss. (1)
— † Ego Ardicio diaconus cardinalis sancti Theodori ss.
† Ego Cinthyus diaconus cardinalis sancti Adriani ss.
† Ego Hugo sancti Angeli diaconus cardinalis ss. (2)

Dat. Laterani, per manum Alberti, sancte Romane ecclesie presbiteri cardinalis et cancellarii. IIII Idus Iunii. Indictione XI. Incarnationis dominice anno MCLXXVIII. Pontificatus vero domni ALEXANDRI pp. III anno XVIIII. —

Or. der Collection Morbios von Mailand, angekauft durch Herrn Willmersdörfer u. a. in München. Perg. ital., br. 0,575, lang 0,658, unten c. 0,03 umgeschlagen, durch 2 Löcher geht eine grüne und gelbe Seidenschnur, deren Blei verloren, Faltung der Bullen. Ringkreuz und Ego *der päpstlichen Unterschrift wohl von gleicher Dinte. Die Presbyterfirmen von verschiedener Dinte und verschiedenen Händen, die Diakonen ziemlich sicher von gleicher Hand und Dinte. Das* A *Alberts in der Datirung von abweichender Dinte nachgetragen. Die Urkunde hat durch Feuchtigkeit gelitten; sie hätte eigentlich in der Form einer Prunk-Mittelbulle ausgestellt sein sollen.*

Nr. 273.

Alexander III beauftragt zwei Kanoniker von Lucca, den Streit zwischen den Kapellänen von San Giusto und von San Giovanni di Vezzano zu schlichten.

1178(?) August 1. Lateran.

Alexander episcopus, servus servorum dei, dilectis filiis . . archipresbitero et magistro Hermanno, subdiacono nostro, | canonico Lucane ecclesie, salutem et apostolicam benedictionem. Dilecti filii nostri, archipresbiter et canonici Pisane ecclesie, transmis|sa nobis relatione monstrarunt, quod, cum controversia, que inter .C. capellanum sancti Iusti et G. capellanum sancti Iohannis de Vezano de terminis terrifinii utriusque capelle ac plebium et de quadam parte territorii, circa eosdem terminos sita, de mandato et auctoritate venerabilis fratris nostri, Pisani archiepiscopi, sit terminata, predictus capellanus sancti Iohannis contra eandem sententiam presumit venire et ei non dubitat ausu temerario obviare. Ipse enim contra eandem sententiam quosdam de parrochianis ipsius territorii ad divinum recepit officium et quibusdam infirmis penit[en]tiam dedit occulte et cuiusdam de parrochia eiusdem .C. [i]) corpus apud suum presumpsit ecclesiam sepelire. Verum, quoniam de decimis et primitiis et oblationibus eiusdem territorii

a) *Hinter* t *Rasur* b) *das erste* s *aus* i *hergestellt* c) t *wegradirt oder abgeschabt* d) *mit anderer Dinte nachträglich eingeschoben* e) i *auf Rasur* f) *zweites* c *auf Rasur* g) + Ego *vielleicht von anderer Hand* h) *von* biter *an durchweg mit dunklerer Dinte nachgezogen* i) *vielleicht nachgetragen.*

Digitized by Google

reservatum est ius utriusque partis, discretioni vestre per apostolica scripta mandamus, quatinus, si capellanus sancti Iohannis super his agere forte voluerit, partibus ante vestram presentiam convocatis, ipsam causam diligentius audiatis et, sublato appellationis remedio, mediante iu|stitia decidatis. — Dat. Laterani, Kl. Aug.

Or. im Archivio Capitolare zu Pisa.

Perg. ital., br. 0,175, lang 0,125, unten 0,014 umgeschlagen, durch zwei Löcher ging die Schnur, welche mit dem Bleisiegel verloren. Faltung der Breven.

Nr. 274.

Alexander III bestätigt der Kirche San Giacomo di Caserta ihre Besitzthümer und Freiheiten.

1178 August 14. Tusculum.

Alexander episcopus, servus servorum dei, dilectis filiis, clericis ecclesie sancti Iacobi de Caserta, eorumque successoribus canonice substituendis, IN PPM. — | Quotiens illud a nobis petitur, quod religioni et honestati convenire dinoscitur, animo nos decet libenti concedere et petentium desideriis congruum | impertiri suffragium. Eapropter, dilecti in domino filii, vestris iustis postulationibus clementer annuentes, prescriptam ecclesiam ad preces et interventum dilecti filii nostri, nobilis viri Roberti, comitis Casertani, qui eam pro anime sue remedio et bone memorie Agnetis, quondam comitisse, uxoris eius, propriis sumptibus edificavit et possessionibus multis dotavit, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus et presentis scripti patrocinio communimus. Statuentes, ut, quascumque possessiones, quecumque bona eadem ecclesia in presentiarum iuste et canonice possidet aut in futurum concessione pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium seu aliis iustis modis, prestante domino, poterit adipisci, firma vobis vestrisque successoribus et illibata permaneant. In quibus hec propriis duximus exprimenda vocabulis: ex donatione ipsius comitis terram, que fuit Gentilis de sancto Nicandro, cum sex hominibus, qui fuerunt eiusdem gentilis, videlicet Martino Petri Martini, Riccardo Iohannis de Martino cum nepote, Dominico Iohannis Ferri, Iohanne Stolletie, Iohanne Ascelme et Roggerio de Anatra cum tenimentis eisdem hominibus pertinentibus, viginti modios terrarum in loco, qui dicitur vadum Forunculi, quos post mortem Landulfi Russi ecclesia vestra debet habere, duas casatas hominum, Roberti videlicet de Gaioso et filiorum quondam Stabilis de Rainulfo, cum tenimentis suis, duo molendina in aqua, que Bifercla vocatur, cum tali libertate, ut sine alicuius contradictione illuc eant, quicumque [a]) voluerint ad molendum, duos modios terrarum in orto dominico et unum ortale iuxta ecclesiam vestram cum suis pertinentiis. Subscriptos etiam homines videlicet Stabilem Hugolini, Constantium, Petrum Gemme, Willelmum de Habunda et Marium de Murrone cum tenimentis eisdem pertinentibus sex modios terrarum, quos Iohannes, qui patre dicitur, cum Alexandria, uxore sua, vendidit, et quatuor modios terrarum, quos Ionathas miles et Iacobus clericus vendiderunt, duos modios terrarum, quos Iohannes, qui dicitur Maza, et Petrus de Aversa vendiderunt, unum modium terre, quem Robertus de Grisa vendidit, unum modium terre et dimidium, quem Sica Aquarina cum Roberto, filio suo, vendiderunt, unum modium et dimidium, quem Iohannes de presbitero vendidit, tres modios terrarum, quos Tholomeus vendidit, unum modium terre, quem Silvester vendidit, unum modium terre, quem Petrus de Grimaldo vendidit, unum modium terre, quem diaconus Stephanus vendidit, quinque modos terrarum, quos Ascitinus de Magdalone cum uxore et filiis vendiderunt, et unam petiam terre, quam Petrus Alifanus vendidit, cum omnibus supradictarum terrarum pertinentiis. Preterea libertates, tam ab eodem comite, quam a venerabili fratre nostro Porphirio, Casertano episcopo [1]), rationabiliter ecclesie vestre concessas et eorum scriptis autenticis roboratas, eidem ecclesie auctoritate apostolica confirmamus et ratas in posterum manere sanccimus. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat, prefatam ecclesiam . . . . usibus omnimodis profutura, salva apostolice sedis auctoritate et eiusdem episcopi canonica iustitia. Si qua igitur . . . Cunctis autem . . . inveniant. Amen. A-m. Amen. —

a) *Der erste Schaft des* u *auf Rasur.* 1) *Porphyrius, Bischof von Caserta c. 1178—?*

Digitized by Google

(R) Ego Alexander catholice ecclesie episcopus ss. (M)
† Ego Hubaldus Hostiensis episcopus ss. (5)
— † Ego Iohannes presbiter cardinalis sanctorum Iohannis et Pauli tit. Pamachii ss.
† Ego Iohannes presbiter cardinalis tit. sancti Marci ss. (4)
— † Ego Ardicio diaconus cardinalis [a]) sancti Theodori ss.
† Ego Cinthyus diaconus cardinalis sancti Adriani ss.
† Ego Hugo sancti Angeli diaconus cardinalis ss.
† Ego Rainerius [b]) diaconus cardinalis sancti Georgii ad Velum aureum ss. (1)
† Ego Arduinus diaconus cardinalis sancte Marie in Via lata ss.

Dat. Tusculani, per manum Alberti, sancte Romane ecclesie presbiteri cardinalis et cancellarii. XVIIII. Kal. Sept. Indictione [c]) XI. Incarnationis dominice anno [c]) MCLXXVIII. Pontificatus vero domni ALEXANDRI pp. III anno XVIIII. —

Or. im Archivio Caetani zu Rom.

Perg. ital., br. 0,655, lang 0,785, unten 0,033 umgeschlagen, durch 2 Löcher ging die Schnur, welche mit dem Blei verloren, Faltung der Bullen. Der Hauptkörper weitläufig und raumverschwenderisch eingetragen, die wortschliessenden s *und abbreviirten* rum-*Zeichen lang gestreckt. Das mittelste* Am. *misst 0,142. Ringkreuz und* E *der Unterschrift wohl gleiche Hand und Dinte, das* A *Alberts in der Datirung mit dunklerer Dinte, die Zeugenfirmen wohl sämmtlich von verschiedenen Händen eingetragen.*

Nr. 275.

Alexander III nimmt das Kloster St.-Robert-la-Chaise-Dieu (D. Clermont) in apostolischen Schutz und bestätigt seine Besitzthümer und Rechte, wofür es jährlich einen Byzanzier an die Kurie zu entrichten hat [1]).

1178 December 2. Tusculum.

Alexander episcopus, servus servorum dei, dilectis filiis Bertrando, abbati monasterii Case dei [2]), eiusque fratribus tam presentibus, quam futuris, regularem vitam professis, IN PPM. — Suscepte aministrationis offitium monet propensius et hortatur, universos ecclesie filios paterna caritate diligere, precipue tamen illos, qui arctius divinis sunt obsequiis mancipati et ad sacrosanctam Romanam ecclesiam noscuntur specialius pertinere. Eapropter, dilecti in Christo filii, vestris iustis postulationibus clementer annuimus et ad exemplar predecessorum nostrorum, felicis memorie Calixti [3]), Eugenii [4]) et Adriani [5]), Romanorum pontificum, domum beati Rotberti, in qua divino mancipati estis obsequio sub beati Petri et nostra protectione suscipimus et presentis scripti privilegio communimus. Statuentes, ut, quascumque possessiones [6]), quecumque bona idem monasterium in presentiarum iuste et canonice possidet, aut in futurum concessione pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium seu aliis iustis modis, prestante domino, poterit adipisci, firma vobis vestrisque successoribus et illibata permaneant. In quibus hec propriis duximus exprimenda vocabulis: abbatiam videlicet sancti Siccarii Brantomnensis [7]), abbatiam sancti Michaelis Galliacensis [8]), abbatiam sancti Theodardi [9]), abbatiam Fraxinorensis [10]), abbatiam sancti Sixti apud Placentiam, abbatiam sancti Marini Papiensis cum omnibus pertinentiis suis, abbatiam Faverniacensem [11]), sancti Quirici secus Lucam cum ecclesiis sancti Iuliani montis Pisani, alias quoque abbatias vel ecclesias, ab episcopis vobis pia largitione concessas, quas qualibet se ex dono laicorum prius tenuisse proponunt, vobis tanquam ex iustiori titulo manere sancimus, nisi eas canonica, id est tricenali possessione, vel episcopali dono aut idoneis testibus vel legalibus scriptis constiterit habuisse. Preterea, suscipientes vos in ecclesie Romane filios spetiales, ea vos libertate per presentem paginam communimus et decreto sanccimus perpetuo valituro, ut nulli archiepiscoporum vel episcoporum deinceps liceat,

---

a) cardenalis b) Ranerius c) *von* one *bis* ann *auf Rasur.* d) Brantosmensis *1157 Dec. 13.* — .1) *Vergl. die Urk. vom 13 December 1157 und Gall. Christ. II p. 335, wo auch andere Urk. Alexanders III; ein Privilegium Kaiser Friedrichs I für Chaise-Dieu, in Böhmer Acta Imperii p. 142. Die Lokalwerke der Gegend sind mir nicht zugänglich.* 2) *Bertrandus Isarni, Abt von La Chaise-Dieu, 1176—1179.* 3) *Urk. vom 28 April 1120. Piacenza, Gall. Christ. II p. 333, fehlt in Jaffés Reg.* 4) *Jaffé, Reg. 6206; und 12 März 1149, Gall. Christ. II p. 335.* 5) *Urk. vom 13 December 1157.* 6) *Ueber Ausdehnung und Jurisdiktion des Klosters, vergl. Mabillon, Annal. Bened. IV p. 456, 535; V p. 9, und Gall.C hr. II p. 327, vergl. oben p. 185 Anm. 9.* 7) *Brantôme (D. Périgueux).* 8) *Gaillac (D. Alby).* 9) *St.-Théodard, sur le Tarn à Montauban.* 10) *Frassineto östl. von Casale.* 11) *Wohl Favernay (D. Besançon).*

Digitized by Google

cenobium vestrum, abbatem vel conventum eiusdem cenobii, excommunicationi subicere vel interdicti sententiam pregravare, sed in beati Petri et successorum eius manu quieti semper ac liberi per omnipotentis dei gratiam consistatis. Digne vero penitentibus [a]), qui pro suorum scelerum venia prescriptum monasterium [b]) duxerint visitandum, ipsum intrare et illic domino sua vota persolvere indulgemus. Liceat quoque vobis, personas liberas et absolutas, e seculo fugientes, ad conversionem recipere et eas sine contradictione aliqua retinere. Prohibemus insuper, ut nullus fratrum vestrorum post factam in eodem loco professionem de claustro vestro qualibet levitate discedat; discedentem vero sine communium litterarum cautione nullus suscipere audeat vel tenere. Cum autem generale interdictum terre fuerit, liceat fratribus vestris, qui per vestras ecclesias commorantur, clausis ianuis, non pulsatis tintinnabulis, nisi in maiori monasterio celebrare divina offitia, ita tamen, quod excommunicati vel interdicti nullatenus admittantur. Decernimus etiam, ut nulli, nisi a sede apostolica delegato, abbatem vestrum, qui pro tempore fuerit, liceat ad sinodum vel conventum vocare. Statuimus quoque, ut si quis abbatum, qui de constitutione apostolica prescripto monasterio subiacent, vobis inhobedientes extiterint vel rebelles, liceat vobis, eum regulari disciplina compescere, nec quisquam episcoporum [teme]re vobis adversari presumat. Statuimus insuper, ut in parrochialibus ecclesiis vestris vacantibus liceat vobis, sacerdotes eligere et episcopo presentare, quibus, si idonei inventi fuerint, episcopus curam committat, ut de plebis quidem cura episcopo, vobis autem de temporalibus respondeant [c]), in vestra autem parrochia novum oratorium vel ecclesiam absque assensu episcopi diocesani et vestro construere nemo presumat. Crisma vero, oleum sanctum, consecrationes altarium seu basilicarum, ordinationes clericorum sive monachorum, qui ad sacros ordines fuerint promovendi, a diocesano suscipietis episcopo, siquidem catholicus fuerit et gratiam apostolice sedis habuerit et ea vobis gratis et absque pravitate vel exactione aliqua voluerit exibere. Alioquin liceat vobis, quemcumque malueritis, adire antistitem, qui, nostra fultus auctoritate, quod postulatur, indulgeat. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat, prefatum monasterium . . . usibus omnimodis profutura, salva sedis apostolice auctoritate. Ad indicium autem percepte huius a sede apostolica libertatis bizantium unum annis singulis nobis nostrisque successoribus persolvetis. Si qua igitur . . . Cunctis autem . . . inveniant. Amen. Amen. Amen.

(R) Ego Alexander catholice ecclesie episcopus ss. (M)
† Ego Hubaldus Hostiensis episcopus ss.
† Ego Iohannes presbiter cardinalis sanctorum Iohannis et Pauli tit. Pamachii ss.
† Ego Iohannes presbiter cardinalis tit. sancte Anastasie ss.
† Ego Iohannes presbiter cardinalis tit. sancti Marci ss.
† Ego Arduinus presbiter cardinalis tit. sancte Crucis in Ierusalem ss.
† Ego Petrus presbiter cardinalis tit. sancte Susanne ss.
† Ego Petrus presbiter cardinalis tit. sancti Grisogoni ss.
† Ego Vivianus presbiter cardinalis tit. sancti Stefani in Celio monte ss.
† Ego Cintius [d]) presbiter cardinalis tit. sancte Cecilie ss.
† Ego Hugo presbiter cardinalis tit. sancti Clementis ss.
† Ego Matheus presbiter cardinalis tit. sancti Marcelli ss.
† Ego Matheus diaconus cardinalis sancte Marie nove ss.
† Ego Iac(inthus) diaconus cardinalis sancte Marie in Cosmydin ss.
† Ego Ardicio diaconus cardinalis sancti Theodori ss.
† Ego Iohannes diaconus cardinalis sancti Angeli ss.
† Ego Bernardus diaconus cardinalis sancti Nicholai in carcere Tulliano ss.

Dat. Tusculani, per manum Alberti, sancte Romane ecclesie presbiteri cardinalis et cancellarii. IIII Non. Decembris (?). Indictione XI. Incarnationis dominice anno MCLXXVIII. Pontificatus vero [domni Alexandri] pape III anno XX.

Abschrift des 13 Jahrh., im Archivio di Stato zu Mailand.

---

a) petentibus *1157 Dec. 13, obiges richtiger* b) prescripti monasterii c) respondere d) Gentius.

Digitized by Google

Nr. 276.

Alexander III bewilligt der Kollegiatkirche Santo Stefano del Bosco (D. Squilace), freie Pilger in ihre Kongregation aufzunehmen.

1159—1179 November 25. Anagni.

Alexander episcopus, servus servorum dei, dilectis filiis, priori et fratribus sancti | Stephani de Nemore [1]), salutem et apostolicam benedictionem. Cum [a]) quidam, sicut accepimus, qui voto tenentur, sepulcrum domini et limina beati Iacobi [b]) visitare [b]), in [b]) ecclesia vestra desiderent habitum religionis suscipere, a nobis sollicite postulastis [c]), ut in hac parte nostrum vobis prestaremus assensum. Attendentes itaque, quomodo in ecclesia vestra religio ferventer per dei gratiam observatur, auctoritate vobis apostolica duximus indulgendum, ut, si aliqui eorum, qui vel sepulcrum domini vel limina beati Iacobi aut alia religiosa loca visitare tenentur, in ecclesia vestra voluerint habitum religionis suscipere et vobiscum domino militare, liceat, eos vobis, dummodo liberi sint, ad conversionem vestram recipere et sine contradictione qualibet re|tinere, quia votum non violat, qui in melius ipsum commutat. | — Dat. Anagnie, VII Kl. Decembr.

Or. (Pergamene sciolte), im Archivio di Stato zu Neapel.

Perg. ital., br. 0,145, lang 0,15, unten 0,017 umgeschlagen, durch 2 Löcher geht die gelbe Seidenschnur, deren Bleisiegel verloren, Faltung der Breven.

Nr. 277.

Alexander III nimmt den Priester Rainard mit seinen Besitzthümern in apostolischen Schutz [2]).

1166—1179 März 7. Lateran.

ALEXANDER episcopus, servus servorum dei, dilecto filio .Rainardo sacerdoti [3]) salutem | et apostolicam benedictionem. Apostolice sedis clementia devotos et humiles filios ex assuete | pietatis officio propensius diligere consuevit et [, qui prav]orum hominum molestiis agitentur, eos sue protectionis munimine, tamquam pia mater, est solita confovere. Eapropter, dilecte in domino fili, devotionem, quam erga beatum Petrum et nos ipsos habere [d]) dinosceris, attendentes, personam tuam cum omnibus bonis tam ecclesiasticis, quam mundanis, que in presentiarum rationabiliter possides [e]) aut in futurum iustis modis, prestante domino, poteris adipisci, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus et presentis scripti pagina communimus. Statuentes, ut, si te in aliquo gravari presenseris, libere tibi liceat, sedem apostolicam appellare. Nulli ergo omnino hominum fas sit, personam tuam vel bona temere perturbare seu quibuslibet vexare molestiis. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis | dei et beatorum Petri et Pauli, apostolorum eius, se noverit incursurum. — Dat. Laterani, Non. Martii.

Or. im allgemeinen Reichsarchive zu München.

Perg. ital., br. 0,205, lang 0,205, unten c. 0,002 umgeschlagen, durch 2 Löcher geht die dunkelgelbe dünnfädige Seidenschnur, woran das Bleisiegel hängt; abgerissen, ist sie wieder eingeknotet. Faltung der Breven.

Nr. 278.

Alexander III bestätigt dem Magister Petrus Longus den Besitz der Präbende in der Kirche von Dairago (D. Milano) [4])

1166—1179 März 27. Lateran.

Alexander episcopus, servus servorum dei, dilecto filio, magistro Petro Longo, salutem et apostolicam benedictionem. Iustis petentium desideriis dignum est nos facilem prebere consensum et vota, que a rationis tramite non discordant, effectu sunt prosequente complenda. Eapropter, dilecte in domino fili, tuis iustis postulationibus grato concurrentes assensu, prebendam in ecclesia de Dairago [5]), canonice tibi concessam,

---

a) *Hinter* m *Rasur eines* f b) *auf Rasur von anderer Hand* c) stis *auf Rasur von anderer Hand* d) hebere e) *im letzten* s *korrigiert.* 1) *Bei Stilo, südl. von Catanzaro.* 2) *Vergl. Neues Archiv f. a. d. G. VII S. 104 Nr. 158.* 3) *Rainard dürfte Priester von Dietmarszell gewesen sein.* 4) *Vergl. die Urk. vom 14 Mai 1188.* 5) *Com. in Lombardia, prov. di Milano, circond. di Abbiategrasso, mand. di Cuggiono.*

Digitized by Google

sicut eam rationabiliter possides, devotioni tue auctoritate apostolica confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus. Statuentes, ut nulli omnino hominum liceat, hanc paginam nostre confirmationis infringere vel ei aliquatenus contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli, apostolorum eius, se noverit incursurum. — Dat. Laterani, VI Kl. Aprilis.

Kopialurkunde des 13 Jahrh., im Archivio di Stato zu Mailand.

Nr. 279.

Alexander III urkundet dem Bischofe von Freising, er bestätige die Kirche St. Johann (D. Freising) und das, was der Bischof ihr überwiesen habe [1]).

1166—1179 März 31. Lateran.

ALEXANDER episcopus, servus servorum dei, venerabili fratri, .Frisingensi episcopo [2]), salutem et apostolicam | benedictionem. Cum petitiones singulorum, que iustitiam continent, pro suscepti regiminis | officio diligenter debeamus et efficaciter exaudire, fratribus et episcopis nostris specialius tenemur in his, que cum recte postulant, prebere consensum. Eapropter, venerabilis frater episcope, tuis iustis postulationibus annuentes, ecclesiam sancti Iohannis baptiste aliasque dotes, quas altaribus in consecratione [sua?] [3]), in decimis suis sive bonis aliis, sicut ea rationabiliter et pacifice possidet, [contulisti], eisdem altaribus auctoritate apostolica confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus. Statuentes, ut nulli omnino hominum liceat, hanc paginam nostre confirmationis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipoten|tis dei et beatorum Petri et Pauli, apostolorum eius, se noverit incursurum. — Dat. | Laterani, II Kl. Aprelis.

Or. im allgemeinen Reichsarchive zu München.

Perg. ital., durch Feuchtigkeit stark zerstört, br. 0,148, lang 0,135, unten 0,012 umgeschlagen, durch 2 Löcher geht die braungelbe Seidenschnur, an der das Bleisiegel hängt, Faltung der Breven. Die Datirung ist durch das Umgeschlagene verdeckt.

Nr. 280.

Alexander III bestätigt dem Kloster San Benedetto Po (D. Mantova) die Besitzthümer, welche demselben vom Bischofe Theobald von Verona überwiesen sind.

1166—1179 April 4. Lateran.

ALEXANDER episcopus, servus servorum dei, dilectis filiis . . abbati et conven|tui sancti Benedicti super Padum, salutem et apostolicam benedictionem. Iustis petentium desiderii|s dignum est nos facilem prebere consensum et vota, que a rationis tramite non discordant, effectu prosequente complere. Eapropter, dilecti in domino filii, vestris iustis postulationibus grato concurrentes assensu, decimas omnium, que habetis in plebe Carde, in Cisen et in Lages et, que propriis sumptibus colitis in prescriptis locis, a bone memorie .T(ebaldo), quondam Veronensi episcopo [4]), ecclesie vestre provida consideratione indultas, sicut in instrumento ipsius episcopi continetur et eas iuste [a]) habetis, vobis et eidem ecclesie auctoritate apostolica confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus. Statuentes, ut nulli omnino hominum liceat, hanc paginam nostre confirmationis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipo|tentis dei et beatorum Petri et Pauli, apostolorum eius, se noverit incursurum. — Dat. | Laterani, II Non. Aprilis.

Or. im Archivio di Stato zu Mailand.

Perg. ital., br. 0,166, lang 0,158, unten 0,018 umgeschlagen, durch zwei Löcher geht die rosa Seidenschnur, deren Bleisiegel verloren, Faltung der Breven.

a) *Theilweise mit dunklerer Dinte geschrieben.* — .1) *Oberbayerisches Archiv XII S. 223.* 2) *Jedenfalls ist Bischof Albert von Freising gemeint (vergl. die Urkunde vom 1 April).* 3) *Wohl in Recht in Gebühren der Konsekration.* 4) *Tebaldus, Bischof von Verona, 1135—1157.*

Digitized by Google

Nr. 281.

Alexander III schreibt dem Domkapitel von Pisa, es solle sich mit der Abgabe der Brüder von Bolsano (D. Siena) wegen der Kirche San Michele d' Orticara nach ihrer gemeinschaftlichen Vereinbarung zufrieden geben, er habe den Pisaner Erzbischof beauftragt, ein von den Brüdern der römischen Kirche überwiesenes Grundstück anzunehmen und denselben die Erlaubniss zu geben, dort eine Kirche zu erbauen.

1166—1179 Juni 10. Lateran.

Alexander episcopus, servus servorum dei, dilectis filiis, .V(illano) [a] archipresbitero et canonicis Pisane ecclesie, salutem | et apostolicam benedictionem. Cum olim bone memorie .U. [1]), quondam archiepiscopus vester, dilectis filiis nostris, fratribus Pulsa|nensibus [2]), eorum religione et honestate pensata, ecclesiam sancti Michaelis de Urticaria concessisset, ut quidam ex ipsis ibi domino debitum impenderent famulatum, tandem, quia quidam vestrum tam pio facto prefati archiepiscopi contradicere videbantur, inter vos et predictos fratres de libero assensu partium, sicut accepimus, facta est compositio, quod vobis nomine census de prescripta ecclesia duas libras cere solverent annuatim; sed, memorato archiepiscopo prohibente, qui eandem sibi ecclesiam [b]) vend[icabat?] et volebat, eosdem fratres eam sine censu quolibet possidere, iamdicta compositio(?) debitum non habuit firmamentum(?). Ceterum, quia nunc ab eisdem fratribus, sicut asserunt, requisitus(?), quod(?) a capellano ipsius ecclesie . . . . . us, nos eorum paci et honestati vestre providere volentes, monemus discretionem vestram attentius . . . . . m, quatinus a memoratis fratribus censum, quem prediximus, recipientes, sicut in prescripta compositione statutum(?) fuerat annuatim, ipsos amodo aliis exactionibus et molestiis non gravatis, sciturі, quod, si monitis nostris nolueritis acquiescere, et predicti fratres in loco vicino et etiam infra parrochiam iamdicte ecclesie fundum habent vel habuerint dono vel pretio, quem in ius et proprietatem Romane ecclesie velint nobis offerre, venerabili fratri nostro, archiepiscopo [c]) vestro, dedimus in mandatis, ut ab eis vice nostra fundum ipsum recipiat et ibi ecclesiam construendi, que non nisi Romano pontifici debeat respondere, predictis fratribus, appellatione remota, liberam indulgeat faculta|tem. — Dat. Laterani, IIII Id. Iun.

Or. (1179 Giugno 10), im Archivio Capitolare zu Pisa

Perg. ital, br. 0,177, lang 0,149, unten 0,015 umgeschlagen, durch zwei Löcher geht die Hanfschnur, woran das Bleisiegel hängt. Faltung der Breven. Die Datirung ist mit dunklerer Dinte als das Konscript geschrieben, die Urkunde durch Feuchtigkeit in den Schriftzügen stark zerstört.

Nr. 282.

Alexander III beauftragt den Bischof von Brescia, den Streit zwischen dem Bischofe von Piacenza und dem Propste von Sant' Antonino di Piacenza wegen des Besitzthumes von Brugneto auf Ansuchen zu schlichten [3]).

(1166)—1179 Juni 15. Lateran.

Alexander episcopus, servus servorum dei, venerabili fratri, Brixiensi | episcopo [4]), salutem et apostolicam benedictionem. Causam, que inter venerabilem fratrem | nostrum [d]), Placentinensem episcopum, et dilectum filium, prepositum [d]) sancti Antonini, super possessione Brugneti noscitur agitari, experientie tue, de qua plene confidimus, committimus concordia vel iudicio terminandam. Ideoque fraternitati tue per apostolica scripta mandamus, quatinus, cum propter hoc fueris requisitus, partes ante tuam presentiam convoces et, rationibus hinc inde auditis diligenter et cognitis, tandem causam fine congruo non diferas terminare [e]). Si qua vero partium duxerit appellandum, nichilominus testes idoneos, hinc inde productos, appellatione cessante, recipias et, eorundem iuratorum depositiones diligenter conscribens, sub sigillo tuo clausas nobis transmittas, prefigens partibus terminum competentem, quo cum ipsis attestationibus apostolico se debeant conspectui presentare. — Dat. Laterani, XVII Kl. Iulii.

Or. (Sekret), im Archivio Capitolare di Sant' Antonino zu Piacenza.

Perg. ital., br. 0,14, lang 0,116, Faltung der Sekrete (2mal der Breite nach), durch 2 Löcher geht noch, die Hanfschnur, woran das Bleisiegel hängt. XVII Kl. Iulii *ist von anderer Hand und Dinte eingetragen. Aufschrift dreizeilig, noch zu lesen* Brixensi episcopo | (in) causa g . . . . . | . . . . s.

a) *Auf Rasur* b) *hinter* m *Rasur* c) *auf Rasur* d) *von* nostrum *bis* prepositum *auf Rasur* e) imminare. — — .1) *Entweder Ubert, Erzbischof von Pisa, 1132—1137, oder Villanus, 1146—1167.* 2) *Bolsano Frazione del comune di Pogibonsi, provincia di Siena.* 3) *Vergl. die Urkunden vom 8 Mai 1149 und 23 Mai 1180.* 4) *Muss Raimund (bis 1173) oder Johannes sein.*

Digitized by Google

Nr. 283.

Alexander III befiehlt dem Nonnenkloster San Vittorini di Benevento, dem Abte von San Vincenzo di Monte die ihm zuständige Ehre zu erweisen [1]).

(1178)—1179 März 23. Lateran [2]).

Alexander episcopus, servus servorum dei, dilectis in Christo filiabus, abbatisse et sororibus sancti Victorini Beneventani, salutem et apostolicam benedictionem. Dilectus filius noster, abbas sancti Vincentii de Monte, transmissa nobis conquestione monstravit, quod, cum ei obedientiam et reverentiam teneamini exibere nec inconsulto abbate, qui pro tempore fuerit, in prescripto monasterio in domo vestra aliqua debeat in abbatissam assumi, eidem abbati prescriptam reverentiam et honorem contra iustitiam suptraxistis et, cum debeatis ei et servientibus vel nuntiis eius, euntibus et redeuntibus, pro multis possessionibus ipsius, quas tenetis, procurationem prestare, id facere contempnetis, licet super his omnibus pactum recessisse dicatur. Quoniam igitur indecens est professioni monastice, aliorum iura turbare, nec nos id in patientia sustinere possumus vel debemus, discretioni vestre per apostolica scripta mandamus, quatinus debitam et consuetam reverentiam et honorem prefato abbati sine contradictione qualibet impendatis, ita, quod ipse querelam replicare non debeat et nos denuo propter hoc scribere non cogamur. — Dat. Laterani, X Kl. Aprilis.

Abschrift vom 12 Jahrh. XXXIV, 41 p. 8, in der Bibl. Barberina zu Rom.

Nr. 284.

Alexander III beauftragt den Bischof von Tortona, strenge dafür zu sorgen, dass die Konstitution seiner Kirche, welche durch päpstliches Schreiben bestätigt sei, von niemand gebrochen werde.

1178—(1179) März 31. Lateran.

Alexander. Quod in ecclesiis provida consideratione statuitur et auctoritate apostolica confirmatur, ab omnibus convenit firmiter observari [a]), ne presumptione qualibet dissolvatur, quod pro utilitate noscitur alicuius ecclesie canonice ordinatum. Quocirca, fraternitati tue per apostolica scripta mandamus atque precipimus, quatenus rationabilem constitutionem ecclesie tue, auctoritate apostolica confirmatam, a nemine patiaris infringi. Eos autem, qui confirmationem ipsam infringere presumpserunt, ad satisfaciendum, occasione et appellatione remota, compellas, ita quod, pena saltem docente, cognoscant, qualiter sit statutis apostolicis deferendum, et audientes metuant eorum exemplo, similia perpetrare. — Dat. Laterani II Kl. Aprilis.

Kopialurkunde des 13 Jahrh., im Archivio Capitolare zu Tortona.

Es ist anzunehmen, dass mit der rationabilis constitutio ecclesie Terdonensis, auctoritate apostolica confirmata, *der Beschluss wegen der Kanonikerzahl und dessen Bestätigung vom 4 Juni 1177 gemeint ist. Da sich nun der Papst im März des folgenden Jahres gerade im Lateran aufhielt, so erscheint es ziemlich wahrscheinlich, dass diese Bekräftigungsurkunde 1178 erlassen worden.*

Nr. 285.

Alexander III nimmt das Kloster San Savino di Piacenza in apostolischen Schutz und bestätigt dessen Besitzthümer und Rechte [3]).

1179 März 26. Lateran.

Alexander episcopus, servus servorum dei, dilectis filiis Guidoni, abbati sancti Savini de Placentia, eiusque fratribus, tam presentibus quam futuris, regularem vitam professis, in perpetuum. Pie postulatio voluntatis, effectu prosequente, debet compleri,

---

a) observare. — .1) *Vergl. auch Jaffé, Reg. 6761.* 2) *Diese Urkunde und die vom 11 August (1178)—1180 gehören, wie der Inhalt beweist, zusammen; da letztere in Tusculum, unsere im Lateran ausgestellt worden, so haben wir sie in ein Jahr zu datiren, wo der Papst an diesen beiden Orten zu der betreffenden Zeit weilte.* 3) *Jaffé, Reg. 8683. — Vergl. die Urkunde vom 14 Juli 1132.*

Digitized by Google

quatinus et devotionis sinceritas laudabiliter enitescat et utilitas postulata vires indubitanter assumat. Eapropter, dilecti in domino filii, vestris iustis postulationibus clementer annuimus et prefatum monasterium, in quo divino mancipati estis obsequio, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus et presentis scripti privilegio communimus. Statuentes, ut, quascumque possessiones, quecumque bona idem monasterium in presentiarum iuste et canonice possidet aut in futurum concessione pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium seu aliis iustis modis, prestante domino, poterit adipisci, firma vobis vestrisque successoribus et illibata permaneant. In quibus hec propriis duximus exprimenda vocabulis: decimam vinee sancti Savini que est in Folingano, et que est domnicata prefati cenobii, et decimas omnium vinearum, camporum, braidarum atque pratorum in villa que dicitur Mose, et in paludibus vel in circuitu urbis Placentie, que monachi prefati monasterii laborant vel laboraturi sunt domnicata manu, que omnia Dionisius, sedis Placentinensis episcopus [1]), per decreti sui paginam pretaxato cenobio concessit atque firmavit, quod bone memorie Sigifredus episcopus [2]) et eius antecessores predicto monasterio donaverat et scripti sui pagina confirmavit. Sane novalium vestrorum, que propriis manibus vel sumptibus colitis, sive de nutrimentis animalium vestrorum decimas a vobis nullus presumat exigere. Preterea liceat vobis, clericos vel laicos, e seculo fugientes, liberos et absolutos ad conversionem recipere et eos sine contradictione aliqua retinere. Prohibemus insuper, ut nulli fratrum vestrorum post factam in eodem loco professionem, nisi obtentu artioris religionis, aliqua levitate sine abbatis sui licentia fas sit, de claustro discedere; discedentem vero absque communium litterarum cautione nullus audeat retinere. Sepulturam quoque illius loci liberam esse decernimus, ut eorum devotioni et extreme voluntati, qui se illic sepeliri deliberaverint, nisi forte excommunicati sint vel interdicti, nullus obsistat, salva tamen iustitia parochialium ecclesiarum, a quibus mortuorum corpora assumuntur. Cum autem generale interdictum terre fuerit, liceat vobis, clausis ianuis, exclusis excommunicatis et interdictis, non pulsatis campanis suppressa voce divina officia celebrare. Obeunte vero te, nunc eiusdem loci abbate, vel tuorum quolibet successorum, nullus qualibet subreptionis astutia seu violentia preponatur, nisi quem fratres communi consensu vel fratrum pars sanioris consilii secundum dei timorem et beati Benedicti regulam providerint eligendum. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat, prefatam ecclesiam temere perturbare . . . . . salva sedis apostolice auctoritate et diocesani episcopi canonica iustitia. Si qua igitur in futurum ecclesiastica . . . . sua iura servantibus . . . eterne inveniant. Am. Am. Am.

(R) Ego Alexander catholice ecclesie episcopus ss. (M)
† Ego Hubaldus Hostiensis episcopus ss.
† Ego Iohannes presbiter cardinalis sanctorum Iohannis et Pauli tit. Pamachii ss.
† Ego Iohannes presbiter cardinalis tit. sancte Anastasie ss.
† Ego Iohannes presbiter cardinalis tit. sancti Marci ss.
† Ego Theodinus presbiter cardinalis sancti Vitalis tit. Vestine ss.
† Ego Petrus presbiter cardinalis tit. sancte Susanne ss.
† Ego Vivianus presbiter cardinalis tit. sancti Stephani in Celio monte ss.
† Ego Iacintus diaconus cardinalis sancte Marie in Cosmidyn ss.
† Ego Arditio diaconus cardinalis sancti Theodori ss.
† Ego Laborans diaconus cardinalis sancte Marie in Porticu ss.
† Ego Gratianus diaconus cardinalis sanctorum Cosme et Damiani ss.
† Ego Raynerius diaconus cardinalis sancti Adriani ss.
† Ego Matheus sancte Marie nove diaconus cardinalis ss.

Dat. Laterani, per manum Alberti, sancte Romane ecclesie presbiteri cardinalis et cancellarii. VII Kl. Aprilis. Indictione XII. Incarnationis dominice anno MCLXXVIIII. Pontificatus domni Alexandri pp. III anno XX.

Abschrift vom 13 Jahrh. (Stück eines Cartulars) fol. 17, aus dem Nachlasse des Grafen Palastrelli, in der Bibl. Comunale zu Piacenza.

Rota, Monogramm, Zeugenkreuze etc. den betreffenden Stücken des Originals nachgebildet, eine Umschrift der Rota fehlt, nur das Ringkreuz ist vorhanden.

---

1) *Dionysius, Bischof von Piacenza, 1049—1075.* 2) *Siegfried, Bischof von Piacenza, c. 997—1031.*

Digitized by Google

Nr. 286.

Alexander III bestätigt dem Bischofe Hugo von Volterra die Besitzthümer seiner Kirche, die er in apostolischen Schutz nimmt.

1179 April 23. Lateran.

Alexander episcopus, servus servorum dei, venerabili fratri HUGONI, Vulterrano episcopo [1]), eiusque successoribus canonice substituendis, IN PPM. — | Cum omnibus ecclesiis et personis ecclesiasticis debitores ex apostolice sedis auctoritate ac benivolentia existere debeamus, illis tamen personis, que beato Petro et sancte Romane ecclesie specialius | adherere noscuntur, propensiori nos convenit affectionis studio providere, et ecclesiis, sibi a deo commissis, suam iustitiam conservare. Eapropter, venerabilis in Christo Hugo, frater episcope, tuis iustis postulationibus clementer annuimus et a), predecessoris nostri felicis memorie INNOCENTII pape vestigiis inherentes, prefatam ecclesiam, in qua auctore deo preesse dinosceris, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus et presentis scripti privilegio communimus. Statuimus enim, ut, quascumque possessiones, quecumque bona in monasteriis, ecclesiis, castris, villis, silvis, vineis, terris cultis et incultis, domibus seu aliis rebus eadem Vulterrana ecclesia in presentiarum iuste et legitime possidet, firma tibi tuisque successoribus et illibata permaneant. In quibus hec propriis duximus exprimenda vocabulis: cenobium scilicet sancti Iusti, monasterium de Cerreto, monasterium de Puliciano cum ecclesia sancti Mariani, Mucchium, Spongiam, Conenem, Serenam, Masium, Sarium, ecclesiam sancti Dalmatii, ecclesiam sancte Marie de monte Scudario, Corniam, Morronam, monasterium sancti Cass[iani] in Carisio, plebem sancti Geminiani et capellam sancti Stephani, plebem de Nera, plebem montis Vultrarii, plebem sancti Ipoliti, plebem de Castello, Scode, Pernine, plebem sancti Iusti, plebem de Molli, de Monte, de Tocle, de Multiciano, de Lugriano, de Cluslino, plebem sancti Pauli, de Lame, de Yto, de Sorsciano, ecclesiam montis Scalocchi, de monte Donico, de Casula, de Publico, de Morba, de Comessa, de Lustiniano, de Micciano, de Silano, de Querceto, de Caselle, de Yslaito, de Casale, de Casale Iustuli, de Paratino, de Casallia, de Strido, de Pat . . . io, de Rivo alto, capellam de Rocca, plebem de Pana, de Urciatico, de Gabreto, de Fabrica, de Pecoioli, de Pino, de Villa magna, de Rignano, de Toiano, de Coiano, de sancto Regulo, de Clanne, ecclesiam sancti Victoris, plebem de Pisignano et de Colle b), quas nimirum plebes cum capellis et rebus, ad ipsas pertinentibus, quemadmodum Vulterrane ecclesie iuris esse noscuntur, tibi tuisque successoribus confirmamus. Nichilominus confirmamus vobis c) civitatem Vulteranam cum pertinentiis suis, montem Vultrarium, sanctum Geminianum, Ulignanum d), Pulicianum, Catignanum e), Ganibassum, colle Musculi, montem Acutum cum capella intus posita, Casulam, Mentianum, montem Alcinum, Frosinam, Cluslinum, Monterium, Fosinam, Saxum, montem Cerbuli et quicquid iuste possidetis in locis inferius positis, videlicet Gerfalc, Travali, Stagia, Castilione, monte Castelli, Licia, Silano, Rignanum villam, Sarazano, Libiano, Micciano, Bibone, Casalliam, Gellum, Gabretum, Lanera, Lemele. Termini autem ipsius episcopatus his finibus distinguntur: ab Elsa usque f) ad mare et a termino g), qui est iuxta Sitichium, et ab alio, qui est prope Sufficillum, et ab illo, qui est prope Tocchi et Sancta, sicut erat usque ad sanctum Cassianum in Carisi. Quecumque preterea bona eadem ecclesia in futurum concessione pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium seu aliis iustis modis, prestante domino, poterit adipisci, vobis integra manere decernimus. Nulli ergo omnino hominum liceat, prefatam ecclesiam . . . usibus omnimodis profutura, salva sedis apostolice auctoritate. Si qua igitur . . . Cunctis autem . . . inveniant. Amen. A-m. Amen. —

(R) Ego Alexander catholice ecclesie episcopus ss. (M)

† Ego Hubaldus Hostiensis episcopus ss. (9)

— † Ego Iohannes presbiter cardinalis sanctorum Iohannis et Pauli tit. Pamachii ss.

---

a) s et *auf einer grösseren Rasur, weswegen ersteres nahezu 0,03 von links nach rechts gestreckt ist, um den Raum zu füllen* b) *das* o *aus* e *korrigirt, hinter dem* e, *welches aus* o *korrigirt sein könnte, Rasur von* le, *ursprünglich also* Cellole, *das Kirchdorf Celloli oder Cellori. Ein gedruckter Prospect existirt, worauf alle modernen Orte genannt sind, die zu Volterra gehören, es sind 112* c) *auf Rasur* d) U *auf Rasur* e) *oder* Catugnanum *im* g *korrigirt* f) aisque g) attermino. — .1) *Hugo d' Agnano, Bischof von Volterra, 1173—1184; vergl. Ammirato, Vescovi di Volterra s. 105; G. Leoncini, Illustrazione della Cattedrale di Volterra p. 75, 120, 221, 252, 310.*

Digitized by Google

† Ego Iohannes presbiter cardinalis tit. sancte Anastasie ss. (1)
† Ego Theodinus presbiter cardinalis sancti Vitalis tit. Vestine ss. (2)
† Ego Vivianus presbiter cardinalis tit. sancti Stephani in Celio monte ss. (1)
† Ego HUGO presbiter cardinalis tit. sancti Clementis ss.
† Ego Arduinus presbiter cardinalis tit. sancte Crucis (in) Ierusalem ss.
— † Ego Iac(intus) diaconus cardinalis sancte Marie in Cosmidyn ss. (1)
† Ego Laborans diaconus cardinalis sancte Marie in Porticu ss.
† Ego Rainerius diaconus cardinalis sancti Georgii ad Velum aureum ss.
† Ego Iohannes diaconus cardinalis sancti Angeli ss.
† Ego Rainerius diaconus cardinalis sancti Adriani ss.
† Ego Matheus sancte Marie Nove diaconus cardinalis ss. (3)

Dat. Laterani, per manum Alberti, sancte Romane ecclesie presbiteri cardinalis et cancellarii. VIIII Kl. Maii. Indictione XII. Incarnationis dominice anno MCLXXVIIII. Pontificatus vero domni ALEXANDRI pp. III anno XX.

Or. und Abschrift im Archivio Capitolare zu Volterra

Perg. ital., br. 0,59, lang 0,625, unten 0,032 umgeschlagen, durch 2 Löcher geht ein Stück rosa und gelber Seidenschnur, Bleisiegel verloren. Fallung der Bullen. Ueber die Um- und Unterschrift nichts Sicheres. Datirung vom Hauptkörperschreiber, A. Alberts darin wohl nachgetragen. Die Zeugenfirmen zum grössten Theile von gleicher Hand.

Nr. 287.

Alexander III befiehlt den Templern von Jerusalem sich wegen einiger von ihnen auf Genueser Grund und Boden bei der Stadt Archas (Grafschaft Tripolis) erbauten Häuser mit dem Erzbischofe und den Kanonikern von Genua zu vergleichen [1]).

1179 April 26. Lateran.

Alexander episcopus, servus servorum dei, dilectis filiis, magistro et fratribus domus militie templi, salutem et apostolicam benedictionem. Venerabilis frater noster archiepiscopus et dilecti filii nostri, canonici Ianuenses, proposita nobis conquestione monstrarunt, quod vos extra civitatem Archarum [2]) in proprio fundo Ianuensis ecclesie domos quasdam, quod vobis non licui(t), auctoritate propria construxistis. Quum igitur sic vobis deferre volumus, ut aliis in sua iustitia non patiamur iniuriam irrogari, discretioni vestre per apostolica scripta mandamus atque precipimus, quatenus, si res ita se habet, cum prefatis archiepiscopo et canonicis supra iam dictis domibus tali modo convenire curetis, quod ipsi non possint habere iustam materiam conquerendi nec vobis debeat merito derogari. — Datum Laterani, VI Kalendas Maii [3]).

Or. (Geschenk des Grafen Riant), in der Biblioteca Universitaria zu Genua.

Nr. 288.

Alexander III beauftragt die Bischöfe von Chioggia und Caorle, dafür zu sorgen, dass die Wittwe des Walconius der Kirche San Salvatore di Venezia den schuldigen Zehnten zahle [4]).

1179 Mai 11. Lateran [5]).

Alexander episcopus, servus servorum dei, venerabilibus fratribus, Clugiensi et Carpulano [6]) episcopis, salutem et apostolicam benedictionem. Proposuit nobis dilectus filius noster, prior sancti Salvatoris de Rivoalto, quod, cum Vualconius, non habens domicilium proprium, in parochia prescripte ecclesie biennio habitasset, ubi diem clausit estremum, sed relicta ipsius uxor, cui, dum ageret in estremis, universa commissit, que pro anima sua erant ecclesiis et pauperibus eroganda, solvere prescripte ecclesie decimam, sicut est consuetudinis, contradicit, proponens, quod, licet vir suus in parochia prescripta decessisset, parochianus tum prescripte ecclesie non debuit iudicari, cum ibi proprium

1) *Giornale Ligustico 1884 p. 164, dem dieser Druck entnommen. — Vergl. Monum. Hist. Pat. Jur. I p. 309.* 2) *Näheres Giornale Ligustico p. 163.* 3) *In der Urk. der Mon. H. P. (oben Anm. 1) vom gleichen Tage ist der König Amaurus als gestorben erwähnt. Er starb am 11 Juli 1173, was Anhalt für die Datirung bietet.* 4) *Vergl. die Urkunde vom 4 März 1157—1158.* 5) *Dass die Urkunde 1179 gehört, ergiebt sich aus Flaminius Corner, Eccles. Venetae XIV p. 102, wo sich das Iudikat der Beauftragten zum 21 Juni 1179 findet.* 6) *Gewöhnlich* Caprulae.

Digitized by Google

domicilium non haberet. Quoniam igitur universis ecclesiis in sua sumus iustitia debitores, fraternitati vestre per apostolica scripta mandamus, quatenus, si res ita se habet, predictam viduam monere curetis et, contradictione et appellatione remota, ecclesiastica districtione compellere, ut prescriptam decimam memorato priori et ecclesie sue absque mora et difficultate persolvat. Porro, si uterque vestrum his exequendis interesse non poterit, alter ea nihilominus exequatur. — Dat. Laterani, v Idus Maii.

Abschrift vom 16 Jahrh. des Cod. Vat. 6085 p. 156b, in der Bibl. Vaticana zu Rom.

Nr. 289.

Alexander III bestätigt dem Konvente von San Giovanni in Laterano zu Rom den Besitz von Lago mit Zubehör.

1179 August 10. Segni.

Alexander episcopus, servus servorum dei, dilectis filiis Iohanni, Lateranensi priori, eiusque fratribus regularem vitam professis, salutem et apostolicam benedictionem. Licet ex iniuncta nobis administrationis officio universas ecclesias oculo debeamus benigno respicere et earum necessitatibus studio pietatis intendere, circa provisionem tamen Lateranensis ecclesie eo maiorem diligentiam habere nos convenit, quo specialius ad nostrum noscitur regimen pertinere. Hac itaque ratione inducti et vestris benignius precibus inclinati, possessiones de Lacu cum vineis et quatuor molendinis, pro ducentis nonaginta quatuor libris provenientium, quas ad eas recuperandas Petro Pandulfi, Allierutio et Allierutio, Romanis civibus, iudicibus et advocatis, nomine nostro solvistis et pro sexaginta quatuor, quas pro aqueductu reparando expendistis, vobis et ecclesie vestre usque ad solutionem pretaxate pecunie obligamus. Ita tamen, ut, quandocumque nos vel successores nostri prescriptam summam solverimus, possessiones ipse libere ad Romanam ecclesiam revertantur, fructus autem interim provenientes, vestris volentes necessitatibus providere, de mera vobis libertate donamus. Vos autem octo rublos frumenti et totidem ordii et duas salmas vini ad cupellas annuatim nobis nostrisque successoribus persolvetis. Ceterum ab hac obligatione terram vestram cum molendino in capite lacus, quam bone memorie predecessor noster, Anastasius papa [1]), visis instrumentis proprietatis ecclesie vestre restituit, et molendinum, in eadem terra situm, quod iam dicte ecclesie studio contulit pietatis, excipimus, ita quidem, ut, cum possessiones ipse ad ecclesiam Romanam rediverint terra illa cum molendino libera vobis vestrisque successoribus debeat permanere. Nulli ergo omnino hominum liceat, hanc paginam nostre obligationis et donationis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis dei ac beatorum Petri et Pauli, apostolorum eius, se noverit incursurum.

(R) Ego Alexander catholice ecclesie episcopus ss. (M)
† Ego Theodinus Portuensis et sancte Rufine sedis episcopus ss.
† Ego Petrus Tusculanus episcopus ss.
† Ego Bernardus Prenestinus episcopus ss.
† Ego Arduinus presbiter cardinalis tit. sancte Crucis in Ierusalem ss.
† Ego Matheus presbiter cardinalis tit. sancti Marcelli ss.
† Ego Gratianus diaconus cardinalis sanctorum Cosme et Damiani ss.
† Ego Matheus sancte Marie nove diaconus cardinalis ss.
† Ego Bernardus diaconus cardinalis sancti Nicolai in carcere Tulliano ss.

Datum Signie, per manum Alberti, sancte Romane ecclesie presbiteri cardinalis et cancellarii. IV Idus Augusti. Indictione XII. Incarnationis dominice MCLXXIX. Pontificatus vero domni Alexandri pape III anno XX.

Abschrift vom 18 Jahrh., des Bullar. Basil. Lateranensis p. 24b, im Archivio Capitolare di San Giovanni in Laterano zu Rom.

Diese Urkunde gehört offenbar zur Gruppe der Prunk-Mittelbullen; vergl. Archival. Zeitschr. IX.

---

1) *Vergl. die Urkunde vom 30 December 1153 (Nr. 126), allgemeine Bestätigung, und die vom 19 Mai 1154 (Nr. 142).*

Digitized by Google

Nr. 290.

Alexander III bestätigt dem Kloster Santa Maria Teodota di Pavia die Beilegung seines Streites mit dem Erzpriester von Borgo San Donnino (D. Parma) wegen der Kirche Santa Maria di Borgo San Donnino, wie sie vom Papste Eugen III gefestigt worden [1]).

(1170)—1180 October 20. Tusculum [2]).

ALEXANDER episcopus, servus servorum dei, dilectis in Christo filiabus . . abbatisse et sororibus sancte | Marie monasterii Theodote, salutem et apostolicam benedictionem. Relatum est nobis ex parte vestra, quod, cum | pro controversia, que inter vos et bone memorie .R., archipresbiterum de Burgo sancti Dompnini, super ecclesia sancte Marie ipsius burgi emerserat, utraque pars conspectui felicis recordationis patris et predecessoris nostri, pape Eug(enii), presentasset, controversiam ipsam amicabili compositione sopivit [3]) ita, quod, cum presbiter in ipsa ecclesia fuerit ordinatus, archipresbitero presentetur, archipresbiter vero ei animarum curam committat, presbiter autem, qui in eadem ecclesia ministrabit, generale interdictum et sententiam, quam in aliquem specialiter archipresbiter in sua parrochia tulerit, suscipiet ac servabit, et ecclesie sue quartam partem eorum, que pro [mor]tuis ex testamento ipsius loci offerentur, presbitero exhibebit, set in ecclesia sancte Marie vel person[a] presbiteri, archipresbiteri, qui pro tempore fuerint, nichil aliud, quam in concordia prescripta statutum est, disponendi vel exigendi facultatem habebunt. Quam utique compositionem felicis memorie predecessor noster, Adrianus papa [4]), auctoritate apostolica postmodum confirmavit. Unde, quoniam eam a nobis quoque [a]) petitis confirmari, nos vestris postulationibus annuentes, ipsam, sicut in autentico scripto prefati pape Eugenii continetur, auctoritate apostolica confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus. Statuentes, ut nulli omnino hominum liceat, hanc paginam nostre confirmationis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis dei et beatorum | Petri et Pauli, apostolorum eius, se noverit incursurum. — Dat. Tusculani, XIII Kl. Novembr.

Or. im Archivio di Stato zu Mailand.

Perg. ital., br. 0,162, lang 0,18, unten 0,01 umgeschlagen, durch zwei Löcher geht die rosa Seidenschnur, woran das Bleisiegel (an einem Faden) hängt. Faltung der Breven.

Nr. 291.

Alexander III befiehlt dem Klerus und Volke von Veroli, sie dürften sich nur nach Rom um Beistand wenden, Grundbesitz nur an Mitbürger überlassen und Buto nicht unterstützen.

1170—1180 November 27. Tusculum.

Alexander episcopus, servus servorum dei, dilectis filiis, universo clero et populo Verulano, salutem et apostolicam benedictionem. Cum terra vestra specialiter beati Petri et nostri iuris existat, graviter est puniendus, si quis vestrum alium, quam ab ecclesia Romana, requirit patrocinium vel tutelam; inde est, quod universitati vestre per apostolica scripta precipiendo mandamus, quatinus nullus vestrum ab aliquibus extra Verulas, quam ab ecclesia Romana, patrocinium vel defensionem presumat requirere nec aliquis vestrum possessiones vel silvas, que in territorio vestre civitatis consistunt, alii(s), quam concivibus suis vendere, donare vel pignori obligare presumat. Insuper eciam vobis omnibus inhibemus, ne quis vestrum Butoni, quondam concivi vestro, qui egressus de terra ad civitatem Antene, sicut audivimus, se transtulit, ut facilius nos et terram nostram possit nocere, contra nos vel eandem terram auxilium prestare audeat vel favorem. Si qui autem precepti vel prohibicionis nostre in hac parte fuerint transgressores, singuli banno decem librarum [5]) se noverint subiacere. — Dat. Tusculani, V Kl. Decembr.

Abschrift vom 14 Jahrh. des Cencius Camerarius B. p. 172, im Archivio Segreto des Vaticans; neuere Abschrift Cod. S. 94 p. 226, in der Bibl. Vallicelliana zu Rom.

---

a) *Theilweise auf Rasur.* — 1) *Vergl. die Urk. vom 18 Mai 1182—1183.* 2) *Die Urk. vom 13 Juli 1180 macht es wahrscheinlich, dass diese in das gleiche Jahr gehört.* 3) *Die darüber ausgestellte Urk. scheint nicht erhalten zu sein.* 4) *Ebenso wie Anm. 3.* 5) *Die Geldstrafe erklärt sich daraus, dass der Papst hier nicht als geistliches Oberhaupt, sondern als Landesherr redet.*

Digitized by Google

Nr. 292.

Alexander III bestätigt dem Abte Rainer von San Benedetto Po (D. Mantova) die Beilegung des Streites mit Mazo, dem Erzpriester von San Lorenzo di Pegognaga (D. Mantova) wegen einiger Besitzthümer [1]).

1170—1180 December 23. Tusculum.

ALEXANDER episcopus, servus servorum dei, dilecto filio .R(ainerio), abbati sancti Benedicti super Padum, | salutem et apostolicam benedictionem. Ea, que concordia vel iudicio statuuntur, firma debent et illibata | consistere et, ne cuiusquam temeritate solvantur, auctoritate apostolica confirmari. Hac itaque ratione inducti et tuis iustis postulationibus annuentes, compositionem, quam dilectus filius noster .I. Reginus archidiaconus, et .A. Mantuanus causidicus inter te et Mazonem, archipresbiterum sancti Laurentii de Pigogno [2]), hinc inde ad arbitrandum electi, super quibusdam possessionibus, decimis, ficto et pena fecisse noscuntur, sicut de assensu partium facta est et hinc inde recepta [a]), atque in scripto publico continetur, auctoritate apostolica confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus. Statuentes, ut nulli omnino hominum liceat, hanc paginam nostre confirmationis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli, apostolo|rum eius, se noverit incursurum. — Dat. Tusculani, X Kl. Ianuarii.

Or. im Archivio di Stato zu Mailand.

Perg. ital., br. 0,165, lang 0,15, unten 0,011 umgeschlagen, durch zwei Löcher geht die gelbe Seidenschnur, deren Bleisiegel verloren, Faltung der Breven.

Nr. 293.

Alexander III urkundet der Kirche von Castel Aquato (D. Piacenza), dass es dem Bischofe von Piacenza nicht erlaubt sein solle, sie irgendwie zu beeinträchtigen [3]).

1171—1180 September 24. Tusculum.

Alexander episcopus, servus servorum dei, dilectis filiis .A(rialdo) archipresbitero et cleri|cis plebis de Castro Arquato, salutem et apostolicam benedictionem. Apostolice sedis aucto|ritate inducimur et officii nostri debito provocamur, universis ecclesiis paterna provisione consulere et contra molestias indebitas apostolicum patrocinium impertiri. Hac itaque [intentione [b])] inducti et vestris iustis postulationibus inclinati, auctoritate apostolica inhibemus, ut non liceat Placentino episcopo, qui pro tempore fuerit, vestre (ecclesie) indebitas exactiones imponere aut eam | insolitis . . b . [an]gariis ulterius fatigare. — Dat. Tusculani, VIII Kl. Octubr.

Or. im Archivio della Chiesa parrochiale di Castel Aquato (unweit Piacenza).

Perg. ital., br. 0,146, lang 0,092, unten 0,01 umgeschlagen, durch 2 Löcher ging die Schnur, welche mit dem Bleisiegel verloren. Faltung der Breven.

Nr. 294.

Alexander III beauftragt den Bischof von Frigento und den Abt von Santa Sofia di Benevento, dafür zu sorgen, dass die Aebtissin von San Vittorino di Benevento dem Abte von San Vincenzo di Monte die üblichen Abgaben zahle und ihm gehorsame.

(1178)—1180 August 11. Tusculum [4]).

Alexander episcopus, servus servorum dei, venerabili fratri, Frequentinensi episcopo [5]), et dilecto filio, abbati sancte Sophie, salutem et apostolicam benedictionem. Ex transmissa conquestione dilecti fili nostri, abbatis sancti Vincentii, accepimus, quod

---

a) *Hinter* a *Rasur* b) *oder* ratione. — .1) *Vergl. die Urk. vom 28 Februar 1136.* 2) *Pegognaga, Fraz. del com. di Gonzaga, prov. di Mantova.* 3) *Zu grossem Danke bin ich dem Herrn Dott. Diogene Illica in Castel Aquato für sein überaus liebenswürdiges Entgegenkommen verbunden.* 4) *Wegen des Ausstellungsjahres vergl. die Urk. vom 23 März (1178)—1199.* 5) *Frigento oder Fricenti war bis 1465 Bisthum in der Erzdiöcese Benevent. Zu unserer Zeit war dort Bischof Hyacinthus, bis 1182.*

Digitized by Google

abbatissa monasterii sancti Victorini de Benevento ei redditus consuetos non solvit et inobediens esse penitus et rebellis presumit. Unde, quoniam non decet eam, quemquam iure suo fraudare, discretioni vestre per apostolica scripta mandamus, quatinus prefatam abbatissam moneatis et auctoritate nostra, si opus fuerit, cogatis, ut prescripto abbati constitutos et consuetos redditus solvat et obedientiam et reverentiam impendat, sicut hee, que eam precesserunt, inpendisse noscuntur, aut in presentia vestra plenam super his iustitiam non differat exibere. — Dat. Tusculani, III Idus Aug.

Abschrift vom 12 Jahrh. XXXIV 41 p. 259b, in der Bibl. Barberina zu Rom.

Nr. 295.

Alexander III beauftragt die Bischöfe von Teano, Sessa und Cajazzo, bei etwaigem Ansuchen des Abtes von San Vincenzo di Monte, auf ihrer Zusammenkunft in Capua Untersuchungen wegen diesem zuständiger Lehngüter anzustellen.

(1178—)1180 August 12. Tusculum [1]).

Alexander episcopus, servus servorum dei, venerabilibus fratribus, Teanensi [2]), Suessanensi [3]) et Kaiacensi [4]) episcopis, salutem et apostolicam benedictionem. Significavit nobis dilectus filius noster, abbas sancti Vincentii de Monte, quod magna tenimenta [5]) predecessores sui sine fratrum consilio distraxerunt, licet ad mensam monachorum suorum specialiter pertinerent. Unde, quoniam officio vestro congruit et saluti, ecclesiis in suis iustitiis prestare auxilium pariter et favorem, fraternitati vestre per apostolica scripta mandamus, quatinus, cum propter hoc fueritis requisiti, Capuam [6]) accedentes, si qui tenimenta ipsa detinere forte voluerint, causam inter eos et predictum abbatem diligentius audiatis et, rei veritate plenius inquisita, eandem causam concordia non differatis vel iudicio terminare. — Dat. Tusculani, II Idus Aug.

Abschrift vom 12 Jahrh. XXXIV 41 p. 259b, in der Bibl. Barberina zu Rom.

Nr. 296.

Alexander III bestätigt dem Bischofe Offredo von Cremona den Spruch des Kardinalpriesters Guido.

1180 Februar 10. Velletri.

Alexander episcopus, servus servorum dei, venerabili fratri Offredo, Cremonensi episcopo [7]), salutem et apostolicam benedictionem. Ea que iuditio de mandato apostolico terminantur, in sua debent firmitate consistere et, ne cuiusdam temeritate in recidive contentionis scrupulum reducantur, robore apostolico premuniri. Eapropter, sententiam a bone memorie Guidone de Summa, sancte Romane ecclesie presbitero cardinali, apostolice sedis legato, super populo de Rumano, quibusdam ecclesiis et decimis promulgatam, sicut rationabiliter lata est [8]) et hactenus observata, auctoritate apostolica confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus. Statuentes, ut nulli omnino hominum liceat, hanc paginam nostre confirmationis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli, apostolorum eius, se noverit incursurum. — Dat. Velletri, IIII Idus Februarii.

Abschrift vom Ende des 12 Jahrh., des Cod. Sicardi p. 90, im Privatbesitze des Sign. Dr. F. Robolotti, im Palazzo Ponzone zu Cremona.

---

1) *Diese Urkunde hängt ihrer Ausstellung nach offenbar eng mit der vom 11 August zusammen, wodurch wir das Ausstellungsjahr gewinnen.* 2) *Petrus, Bischof von Teano, 1171—1192.* 3) *Hervaeus, Bischof von Sessa, c. 1171 — nach 1179.* 4) *Wilhelm II, Bischof von Cajazzo, 1175—1181.* 5) *Wegen tenimenta, tenementum vergl. Acta I p. 233 Anm. 4.* 6) *Capua war Provinzialmetropole der drei Bischöfe.* 7) *Offredo, Bischof von Cremona, 1168—1185.* 8) *Urk. vom October 1148, im Cod. Sicardi vor dieser eingetragen.*

Digitized by Google

Nr. 297.

Alexander III berichtet dem Kanonikerkonvente von San Frediano di Lucca, er habe die Stadt Lucca mit dem Interdicte belegt, um sie zu einer Geldentschädigung an einen römischen Bürger zu zwingen; er verstattet ihm, innerhalb seiner Kirche den laufenden Gottesdienst zu verrichten.

1180 März 5. Velletri.

Alexander episcopus, servus servorum dei, dilectis filiis Hieronimo, priori et fratribus sancti Fridiani, (salutem et apostolicam benedictionem). Quod civitatem Lucanam subiecimus interdicto, de necessitate potius, quam voluntate provenit. Sepius quidem venerabili fratri nostro episcopo et dilectis filiis canonicis et consulibus dedimus in mandatis, ut P. civem Lucanum ad restitutionem pecunię, quam debet dilecto filio nostro Oddo de Insula, Romano civi, cogere non differrent, sed, quamvis modum invenerunt et prefixerunt in ipsius pecunię solutione servandum, promissum tamen nullatenus implevere, quamquam iuramenti fuisset inpositione firmatum. Dilectus filius noster .R., archidiaconus Aretinus, propter hoc ad presentiam nostram accedens, constanter asseruit, quod, si interdicti sententiam laxaremus, quousque novi consules plenam iurisdictionem haberent, sine difficultate pretaxatam pecuniam redderent, sicut promissum fuerat, nihil tamen prefatus Oddo per nos recuperatus . . . de amissis. Ceterum, quia nolumus, ut alienum delictum in ecclesię vestrę dispendium, quam mente devotionis aut honestatis obtentu diligimus, convertat(ur), presentibus vobis lit(t)eris indulgemus, et libere votivas missas pro vivis vel defunctis, admissis tantum illis, nisi excommunicati vel nominatim interdicti fuerint, qui hoc a vobis expetierint, indubitanter possitis et cuncta divina officia iuxta tenorem vestri privilegii celebrare [a]). — Datum Velletri, III Non. Martii.

Abschrift G. VIII. 243 p. 158[b], in der Bibl. Chigiana zu Rom.

Nr. 298.

Alexander III berichtet dem Erzbischofe von Mailand und den Bischöfen von Pavia und Lodi, dass die Brüder von Chiaravalle (D. Milano) und die übrigen Brüder des Cistercienser Ordens trotz entgegengesetzter Auslegung in ihren Eigenarbeiten abgabenfrei sind [1]).

1180 März 13. Velletri.

ALEXANDER episcopus, servus servorum dei, venerabilibus fratribus, Mediolanensi archiepiscopo [2]), Papiensi [3]) et Laudensi [4]) episcopis, salutem et apostolicam benedictionem. Audi|vimus et audientes vehementi sumus turbatione commoti [b]), quod, cum fratres Carevallenses, sicut alii fratres Cisterciensis ordinis, a solutione decimarum | de laboribus suis, quos propriis manibus vel sumptibus excolunt, de benignitate sedis apostolice liberi sint penitus et immunes, quidam clerici et laici vestre iurisdictionis ab eis nichilominus contra indulgentiam sedis apostolice decimas exigere vel extorquere non verentur, interpretatione prava et sinistra apostolici privilegii capitulum pervertentes, asserendo, de novalibus debere intelligi, ubi noscitur de laboribus esse inscriptum. [Quoniam igitu]r manifestum est omnibus, qui recte sapiunt, inter[pretationem huiusmo]di esse perversam et intellectui sano contrari[am, cum secundum cap]itulum illud absolutione decimarum tam de t[erris illis, quas] deduxerunt vel deducunt ad cultum, [quam etiam de terris] vel vineis, quas ipsi propriis manibus ve[l sumptibus excolunt, penitus] sint immunes, ne ullus de cetero [contra eos habeat materi]am malignandi vel ipsos quomodolibet con[tra iustitiam molestandi, fraternit]ati vestre per apostolica scripta prec[ipiendo mandamus, [quatinus] universis ecclesiasticis viris, vestre iurisdicti[oni subiectis, arc]tius prohibere curetis, ne a memora[tis fratribus] Carevallis vel etiam a fratribus aliorum monast[eriorum eiusdem(?) ordinis(?)], qui per vestras dioceses commorantur, de novali]bus [audeant(?) vel(?) de(?)] aliis terris vel vineis, quas propriis manibus vel sump[tibus excol]unt, decimas exigere vel quomodolibet ex[torquere]. Nam si de novalibus voluissemus tantum [c]) intelligi, ubi posuimus [de la]boribus, de novalibus poneremus, sicut

a) *Text in Unordnung, es steht* celebrate aut celebrent b) commoniti c) tm *auf Rasur.* — .1) *Vergl. Kaltenbrunner, Papsturkunden S. 78 Nr. 8786[a]; auch in dieser Sammlung sind mehrere fast gleichlautende Breven.* 2) *Algisius, Erzbischof von Mailand, 1176—1184.* 3) *Petrus VI, Bischof von Pavia, (1148) 1171—1180 Mai.* 4) *Alberich del Corno, Bischof von Lodi, 1174—1189.*

Digitized by Google

in priv[ilegiis quorundam] aliorum apponimus. Quia vero non est conveniens vel honest[um, ut] contra privilegia sedis apostolice quoquomodo veniat[ur, que optinere] debent inviolabilem firmitatem, mandamus atque precipimus [vobis, ut, si qui] clerici vel laici contra privilegia sedis apostolice predictos fratres decimarum exactione gravaverint laicos excommunicationis sententia⟨m⟩ percellatis, clericos, contradictione et appellatione cessante, ab officio suspendatis et tam excommunicationis, quam suspensionis sententiam faciatis, usque ad dignam satisfactionem inviolabiliter observari. Ad hec presentium vobis auctoritate precipiendo mandamus, quatinus, si quis in fratres prescripti monasterii violentas manus iniecerit, eum, accensis candelis, publice excommunicatum denuntietis, et faciatis ab omnibus, sicut excommunicatum, cautius evitari, donec predictis fratribus congrue satisfaciat et cum litteris diocesani episcopi, rei veritatem continentibus, apostolico se conspectui representet. — Dat. | Velletri, III Idus Mart.

Or. im Archivio di Stato zu Mailand.

Perg. ital., br. 0,2, lang 0,145, unten 0,01 umgeschlagen, durch zwei Löcher geht die rosa und gelbe Seidenschnur, deren Bleisiegel verloren, Faltung der Breven.

Nr. 299.

Alexander III schreibt an den Erzbischof Algisius von Mailand und dessen Suffragane, dass sie den Cisterciensern und besonders dem Kloster Santa Maria di Casanova (D. Torino) ertheilten Privilegien sich auf selbstbestellten Acker nicht auf Neubruchland bezögen und dass sie die Mönche in Rechten und Personen schützen [1]).

1180 April 3. Velletri.

Alexander episcopus, servus servorum dei, venerabilibus fratribus, .A(lgisio), Mediolanensi archiepiscopo [2]), et suffraganeis eius, salutem et apostolicam benedictionem. Audivi|mus et audientes vehementer sumus ammiratione commoti, quod, cum fratres de Casa [a]) nova [a]), sicut alii fratres Cisterciensis ordinis a solutione decimarum | de laboribus suis, quos propriis manibus et sumptibus excolunt, de benignitate sedis apostolice liberi sint penitus et immunes, quidam clerici et laici, priores, monachi et canonici vestre iurisdictionis ab eis nichilominus contra indulgentiam sedis apostolice decimas exigere non verentur interpretatione prava et sinistra apostolici privilegii [b]) capitulum pervertentes asserendo de novalibus debere intelligi, ubi noscitur de laboribus esse inscriptum. Quoniam igitur manifestum est, omnibus, qui recte sapiunt, interpretatione(m) huiusmodi perversam esse et intellectui sano contrariam, cum secundum capitulum illud a solutione decimarum, tam de terris illis, quas deduxerunt vel deducunt ad cultum, quam de terris cultis, quas ipsi propriis manibus vel sumptibus excolunt, penitus sint immunes, ne ullus de cetero contra eos materiam habeat malignandi vel ipsos quomodolibet contra iustitiam molestandi, fraternitati vestre per apostolica scripta precipiendo mandamus, quatinus universis ecclesiasticis viris vestre iurisdictionis auctoritate apostolica districtius prohibere curetis, ne a memoratis abbate et fratribus de Casa [c]) nova [c]) vel etiam a fratribus aliorum monasteriorum Cistertiensis ordinis, que in vestris episcopatibus consistunt, de [no]valibus vel etiam de aliis terris, quas propriis manibus vel sumptibus excolunt, vel de nutrimentis animalium ullatenus decimas exigere vel quolibet modo extorquere presumant. Nam, si de novalibus tantum voluissemus intelligi, ubi ponimus de laboribus, de novalibus poneremus, sicut in privilegiis quorundam aliorum apponimus. Quia vero non est conveniens vel honestum, ut contra privilegia sedis apostolice quoquomodo [d]) veniatur, que optinere debent inviolabilem firmitatem, mandamus vobis atque precipimus, ut, si qui priores, monachi, canonici, clerici sive laici contra privilegia sedis apostolice predictos fratres decimarum exactione gravaverint, laicos excommunicationis sententia percellatis, priores, monachos [e]), canonicos et clericos, omni contradictione et appellatione cessante, ab offitio suspendatis et tam excommunicationis, quam suspensionis sententiam fatiatis usque ad dignam satisfactionem inviolabiliter observari. Ad hec presentium vobis auctoritate precipiendo mandamus, quatinus, si quis in monachos vel conversos prescripti monasterii manus violentas iniecerit, eum, accensis candelis,

---

a) *Auf Rasur von hellerer Dinte* b) *dahinter Rasur* c) *auf Rasur von hellerer Dinte* d) *theilweise durch Rasur und Korrectur hergestellt* e) *das* s *durch Rasur und Korrectur hergestellt.* — 1) *Vergl. die Urk. vom 18 Mai 1188.* 2) *Algisius, Erzbischof von Mailand, 1176—1184.*

Digitized by Google

excommunicatum denuntietis et fatiatis ab omnibus sicut excommunicatum cautius evitari, donec congrue satisfaciat predicto abbati et fratribus et cum | litteris diocesani episcopi, rei veritatem continentibus, apostolico se conspectui representet. — Dat. Velletri, III Non. Aprilis.

Or. (S. Maria di Casanova Mazzo 1), im Archivio di Stato zu Turin.
Perg. ital., br. 0,184, lang 0,172, unten 0,013 umgeschlagen, durch zwei Löcher geht die rosa und gelbe Seidenschnur, deren Bleisiegel verloren. Faltung der Breven.

Nr. 300.

Alexander III befiehlt dem Bischofe und Domklerus von Narni, Kanonikate nur an ehrenwerthe Kleriker zu übertragen [1]).

1180 April 4. Velletri.

Alexander episcopus, servus servorum dei, venerabili fratri, A(mato) episcopo [2]), priori et canonicis sancti Iuvenalis Narniensis, salutem et apostolicam benedictionem. Quanto ecclesia vestra magis est nobis vicina et ad correctionem nostram specialis [a]), dignoscatur, tanto de maiori possemus de negligentia reprehendi, si, quae honestati ecclesiasticae et consuetudini obviant, clausis ulterius oculis transiremus. Consuetudo autem apud vos valde reprehensibilis usque adhuc ad haec tempore viguit, ut praebendas tamquam canonici, laici et coniugati, etiam (in) sancti Iuvenalis ecclesia obtineant et saeculares ecclesiae ipsi [prebendarios(?] in ea facerent per violentiam ordinari; quae omnia canonicis institutis penitus contradicunt. Inde est, quod universitati vestrae per apostolica scripta mandamus atque praecipimus, quatenus sub excommunicationis [sententia] attente vetetis, ne laici vel coniugati praebendas tamquam canonici in ecclesia ipsa recipere vel alii locum in ea vindicare per violentiam ultra praesumantur. Si qui autem contra prohibitionem vestram venire praesumpseri(n)t, eos, sublato appellationis diffugio, anathematis vinculo innodetis et usque dignam satisfactionem ab omnibus teneri faciatis astrictos. Vobis autem, prior et canonici, sub officii et beneficii poena districtius prohibemus, ne laicis vel coniugatis, qui actenus ipsi ecclesiae praebendarii fuisse dicuntur, quicquam ulterius volunt, canonicis tribuatis, sed loco ipsorum totidem liberatos et honestos clericos auctoritate nostra, omni contradictione postposita, ordinetis, qui ecclesiasticis obsequiis insudantes, beneficiis sustententur, quae illi vivendo turpiter consumebant. Verum si quis canonicorum publice deinceps . . . . . regiminitatis praetextu . . . . [contraire] forte praesumpserit, ab officio et beneficio ipsius ecclesiae sit usque ad satisfactionem congruam alienus. Datum Velletri, II Non. Aprilis.

Or. im Archivio Capitolare zu Narni.
An Hanfschnur hängt das Bleisiegel.

Nr. 301.

Alexander III bestätigt dem Domklerus von Narni seine Satzung über die Neubesetzung von Kanonikatsstellen [3]).

1180 April 5. Velletri.

Alexander episcopus, servus servorum dei, dilectis filiis, A. priori et canonicis sancti Iuvenalis Narniensis, salutem et apostolicam benedictionem. Cum de reformatione ecclesiae vestrae teneamur specialiter cogitare, dignum est et consonum rationi, ut, quae proprie haec a sede apostolica imploratis, celeriter impendamus et vota vestra, quae ad haec respiciunt, effectu curemus prosequente complere. Vobis significantibus intelleximus, quod, de cultu dei in ecclesia vestra servando solliciti, iuramento . . . . . statuistis, ut tantum vigintiquatuor canonicos habeat, ita quidem, ut, quoties aliquis de numero praescripto decesserit vel ad laicatum redierit, in locum ipsius alius clericus, qui magis literatus et honestus fuerit idoneusque repertus, infra duorum mensium spatio

---

a) *Ob* specialiter pernitere? — 1) *Die Abschrift dieser Urk. verdanke ich Herrn Can. Don Romeo Fagioli zu Narni. — Cathedral. Narniens. eiusque capituli etc. mon. Narni 1770 p. 8. — Vergl. die folgende Urkunde.* 2) *Amatus, Bischof von Narni, 1161(?)—1180.* 3) *Die Abschrift dieser Urk. verdanke ich Herrn Can. Don Romeo Fagioli zu Narni. — Vergl. die vorige Urk. und die vom 17 December 1194.*

Digitized by Google

assumatur. Quia igitur constitutionem istam, ut maiorem firmitatem obtineat, postulatis, scriptionis munimine roborari, nos vestris iustis postulationibus annuentes, eam auctoritate apostolica confirmamus et praesentis scripti patrocinio communimus. Statuentes, ut nulli omnino hominum liceat, hanc paginam nostrae confirmationis infringere vel ausu temerario contraire. Si quis autem haec attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli, apostolorum eius, se noverit incursurum. — Datum Velletri, Non. Aprilis.

Or. im Archivio Capitolare zu Narni.
An Seidenfäden hängt das Bleisiegel.

Nr. 302.

Alexander III bestätigt dem Domkapitel von Bologna die vereinbarte Anzahl von achtzehn Kanonikern [1]).

1180 Mai 2. Velletri.

Alexander episcopus, servus servorum dei, dilectis filiis, Alberto archipresbitero et universo conventui Bononiensis ecclesie, salutem et apostolicam benedictionem. Que a prelatis ecclesiarum salubriter statuuntur, in sua volumus firmitate persistere et, ne cuiuslibet temeritate vacuentur imposterum, apostolice confirmationis munimine roborare. Cum igitur in ecclesia vestra de fratrum communi voluntate et auctoritate venerabilis fratris nostri I(ohannis), Bononiensis episcopi [2]), certus, decem et octo scilicet, canonicorum numerus fuerit constitutus, sicut ex vestrarum serie literarum nobis innotuit, constitutionem ipsam, quemadmodum facta est, auctoritate apostolica confirmamus et futuris temporibus censemus inviolabiliter permansuram, nisi ex divino munere facultates excreverint, ut maiorem canonicorum numerum valeant sustinere. Nulli ergo omnino hominum liceat, hanc paginam nostre confirmationis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli, apostolorum eius, se noverit incursurum. — Dat. Velletri, VI Non. Madii.

Jüngere Abschrift des Cart. del Capitolo di San Pietro p. 51, im Archivio di Stato zu Bologna.

Nr. 303.

Alexander III beauftragt den Bischof Milo von Turin und den Archidiakonen Hubert von Mailand, den Streit zwischen dem Bischofe Tedald von Piacenza und dem Propste Peter von Sant' Antonino wegen Brugneto beizulegen, worüber er Weiteres mittheilt [3]).

1180 Mai 23. Tusculum [4]).

Alexander episcopus, servus servorum dei, venerabili fratri .M(iloni) [a]), Taurinensi episcopo [5]), et dilecto filio .O(berto) [a]), archidiacono Mediolanensi [6]), salutem et apostolicam benedictionem. Cum inter . I(ohannem?) Grapium, procuratorem venerabilis fratris nostri .T(edaldi), Placentinensis episcopi [7]), et .Io(hannem), icono mum dilecti filii .P(etri), subdiaconi nostri, prepositi sancti Antonini de Placentia, super possessione Bruneto coram nobis et fratribus nostris fuisset diutius litigatum, tandem, prestitis hinc inde de columpnia iuramentis et conscriptis allegationibus, cum testium depositionibus, confessionibus et aliis, quibus uti placuit rationibus, in manu delegatorum iudicum pro audienda sentencia resignatis, in compositionem amicabilem, quibusdam mediantibus, convenerunt, ita quidem, ut, si compositio episcopo displiceret, pena preposito exsoluta, causa per vos, mediante iustitia, finiretur. Quocirca, vobis allegationes, attestationes et confessiones sub sigillo nostro mittentes inclusas, discretioni vestre per apostolica scripta mandamus atque precipimus, quatinus, cum propter hoc fueritis requisiti, partes ante vestram presentiam convocetis et, rationibus hinc inde plenius auditis et cognitis, prescriptam causam, dilatione, contradicione et appellatione remota, mediante iusticia, terminetis. De confessione autem noveritis, quod, cum eam iudex, qui iuratus legibus i[udi]cat et iuratus condit publica instrumenta, assidens dilectis filiis nostris Viviano,

a) *Vielleicht mit hellerer Dinte eingetragen.* — .1) *Vergl. die Urk. vom 25 März 1174—1176.* 2) *Johannes VI, Bischof von Bologna, 1165—1187.* 3) *Vergl. die Urkunden vom 8 Mai 1149 und vom 15 Juni 1166—1179.* 4) *Die Jahreszahl ergiebt sich aus den Namen der Kardinäle Vivianus und Johannes.* 5) *Milo, Bischof von Turin, 1170—1187.* 6) *Gewöhnlich kommen die Formen Ubertus, Hubertus für ihn vor.* 7) *Tedaldus, Bischof von Piacenza, 1167—1192.*

Digitized by Google

sancti Stephani presbitero [1]), et Iohanni, sancti Angeli diacono [2]) cardinalibus, de mandato eorum redegisset in scriptum et seorsum uni, seorsum alteri ostendisset nec aliquid immutassent, cum cardinales tandem super confessione, deducta in iudicium, dicentes coram nobis et fratribus nostris, quod aliter confessio sancta et aliter scripta fuisset, a iudice discordarent, pars utraque se assertionem suam probaturam promisit. Ideoque partibus [a]) super confessione probationes suas inducendi concedimus facultatem. Vestrum [b]) itaque interierit, diligenter attendere, quatenus tum assertioni cardinalium credi debeat, et quatenus fides scripto facto per manum publicam et iudici debeat adhiberi . De attestationibus vero, que a consulibus Placentinis nec ordinariis, nec delegatis, nec arbitris et post publicationem alia(m) non recepte fuerunt, interlocuti sumus, eas nullius esse momenti, nec permisimus, eas in iudicium exhiberi. Volumus | autem, ut, si episcopus [c]) compositioni stare noluerit, causa per omnia in eo sit statu, quem tempore compositionis habebat. — Dat. | Tusculani, X Kl. Iunii.

Or. im Archivio Capitolare di Sant' Antonino zu Piacenza.

Perg. ital., br. 0,18, lang 0,195, unten umgeschlagen 0,013, durch 2 Löcher ging die Schnur, welche mit dem Bleisiegel verloren. Faltung der Breven.

Nr. 304.

Alexander III beauftragt die Bischöfe von Tortona, Piacenza, Cremona und Parma, dafür zu sorgen, dass ihre Pfarrangehörigen, welche Besitzthümer des Klosters Teodota di Pavia zurückbehalten, dieselben herausgeben [3]).

1180 Juli 13. Tusculum [4]).

Alexander episcopus, servus servorum dei, venerabilibus fratribus . . Terdonensi, .T(edaldo) [d]) Placentino [5]), .O(ffredo) Cremo|nensi [6]) et .B(ernardo) [e]), Parmensi episcopis [7]), et dilectis filiis canonicis sancti Donnini, salutem et apostolicam benedictionem. Dilecta [f]) | in Christo filia nostra .U., abbatissa monasterii Theodote, transmissa nobis relatione monstravit, quod quidam parrochiani vestri possessiones prescripti monasterii per quasdam personas, quondam intrusas, non sunt veriti occupare. Quia igitur, dum essem Venetiis [8]), venditiones g), infeudationes nec non etiam alienationes alias de possessionibus ecclesiarum, a scismaticis factis, de consilio fratrum nostrorum et assensu karissimi in Christo filii nostri .F(riderici), illustris Romani [impera]toris, apostolica auctoritate cassavimus, discretioni vestre per apostolica scripta mandamus atque precipimus, quatinus parrochianis vestris, quos vobis constiterit possessiones prescripti monasterii per intrusos habuisse, vel alias illicite detinere, districte mandetis, ut ipsas memorato monasterio sine difficultate restituant et in pace dimittant. Quod, si facere forte noluerint, eos, remoto appellationis obstaculo, excommunicationis | vinculo [h]) astringatis et usque ad dignam satisfactionem faciatis ab omnibus evitari. — Dat. Tusculani, | III Idus Iulii.

Or. im Archivio di Stato zu Mailand.

Perg. ital., br. 0,16, lang 0,135, unten 0,014 umgeschlagen, durch zwei Löcher ging die Schnur, welche mit dem Bleisiegel verloren, Faltung der Breven.

Nr. 305.

Alexander III befiehlt den Kanonikern von Poggio Imperiale di Firenze, davon abzustehen, die Leute, welche an gewissen Festtagen zum Kloster Poggio Imperiale kommen oder sich dort begraben lassen, zu excommuniciren, und dem Kloster seine Gerechtsame und Freiheiten zu wahren.

1159—1181.

Alexander episcopus, servus servorum dei, dilectis filiis et canonicis de Martura, salutem et apostolicam benedictionem. Quanto vos umiliori caritate diligimus, tanto

a) ti *auf Rasur* b) vestram c) *von* mus *an auf Rasur* d) T *von dunklerer Dinte eingetragen* e) .G. f) dilectam g) v . . . . . iones *auf Rasur von dunklerer Dinte* h) v *auf Rasur.* — .1) *Vivianus, presbiter cardinalis tit. S. Stephani in Celio monte, seit 1173.* 2) *Johannes, cardinalis diaconus S. Angeli, seit 1178.* 3) *Vergl. die Urkunde vom 17 Mai 1182—1183.* 4) *Wegen der Jahreszahl vergl. Anm. 7.* 5) *Tedaldus (Theobald), Bischof von Piacenza, 1167—1192.* 6) *Offredus, Umfredus, Bischof von Cremona, 1168—1185.* 7) *Bernard II, Bischof von Parma, 1172—1194. — Kaltenbrunner Pabsturkunden Nr. 8124 a giebt B(ernardus) an, ich las* G, *ein Bischof* G *ist aber nicht bekannt. Am ersten könnte man noch an den Gegenbischof des kaiserlichen Aicardo denken; vergl. Cappelletti Chiese XV p. 162.* 8) *Alexander war in Venedig vom 11 Mai — c. 15 October 1177.*

Digitized by Google

magis dolemus et turbamur, si quando aliqua facitis, que honestati obvient vel rationi. Non enim debet quis aliena invadere vel proximum sine iusta causa scandalizare, qui sua sibi querit integra observari. Ex parte siquidem dilectorum filiorum nostrorum, abbatis et fratrum de Martura, nostris est auribus intimatum, quod festivitatem sancte Lucie, sancti Michahelis et alias festivitates, quas antiquitus habuerunt, de novo sollempniter facere incepistis et populo vestro, ne in prescriptis festivitatibus ad monasterium eorum solito modo conveniant aut ibi eligant sepulturam, sub excommunicatione habere non dubitatis. Antiquum etiam populum ipsius monasterii eis subtrahere et auferre non dubitatis. Sane, quia idem monasterium iuris et proprietatis beati Petri existit, et ipsum in libertate et iustitia sua speciali cura protegere ac manutenere debemus, per apostolica vobis scripta mandamus atque precipimus, quatenus ea, que predicta sunt, taliter corrigere et emendare curetis, et predicto abbati et fratribus iura et libertates suas conservetis, quod materiam vos propterea diligendi et honorandi et non occasione(m) habeamus, indignatione(m) adversum vos concipiendi. —

Kopialurkunde (Bonifazio 1175) vom Ende des 12 Jahrhunderts, im Archivio di Stato zu Florenz.
Dass dieses Breve älter ist, als Nr. 309 geht aus den Worten des letzteren hervor: licet autem super his litteras nostras nuper recepistis etc.

Nr. 306.

Alexander III benachrichtigt den Abt Hugo von Dumios (D. Braga), dass er den Erzbischof von Toledo ehrenvoll empfangen und ihm seine Würde, zumal den Primat, bestätigt habe [1]).

1159—1181.

Alexander episcopus, servus servorum dei, beatissimo in Christo filio Ugoni, Dunacensi [2]) abbati, salutem et apostolicam benedictionem. Venerabilem fratrem nostrum B. [3]), Toletanae ecclesiae presulem, tam pro tuae postulatione dilectionis, quam pro ipsius reverentia dilectionis et Toletanae ecclesiae honore reverenter excepimus; ipsi etiam, ad sedem apostolicam et Romanae ecclesiae, ut nostis, omnium maiestatem, quemadmodum dignum est, devote ac suppliciter concurrenti, antiqua ecclesię suae munimenta, prout rogasti, concessimus et (per) privilegii nostri paginam pristinam plenam dignitatem libenter indulsimus, primatem episcoporum omnium, qui in Hispania sunt, effecimus et queque sub eo nos charitas flagitavit, cum pallii donatio(ne) contradiderimus.

Abschrift des Cod. C. 23 fol. 81 b, in der Bibl. Vallicelliana zu Rom.
Der Schluss ist in Unordnung.

Nr. 307.

Alexander III schreibt dem Kapitel von Sant' Antonino di Piacenza, es möchte seinen Streit mit dem römischen Subdiakonen Arduin, namentlich den wegen einer Präbende, beilegen.

(1171)—1181 Januar 18. Tusculum.

Alexander episcopus, servus servorum dei, dilectis filiis, preposito [a]) et canonicis sancti | Antonini de Placentia, salutem et apostolicam benedictionem. Litteris devotionis vestre debita | benignitate receptis et earum tenore plenius intellecto, grave gerimus et molestum, quod, sicut eedem littere videbantur innuere, inter vos et dilectum filium .Ard(uinum) [4]), subdiaconum nostrum, discordia noscitur esse suborta, quos fraterna volumus pace et unitate gaudere. Set enim idem subdiaconus noster prebendam sibi rogat et postulat exhiberi, quam in ecclesia vestra percipere consueverat, non debetis conqueri vel moveri nec a nobis requirere, ut vos ab eius impetitione super hoc absolvamus, qui vos et alios devotos ecclesie filios ad benefaciendum clericis nostris debemus [b]) inducere propensius et monere [b]). Gratum siquidem erit nobis [c]) et acceptum, quicquid

---

a) eosito *auf Rasur* b) *von* eb *bis* re *auf Rasur* c) *auf Rasur.* — .1) *Vergl. die Urkunde (1153)—1154 und andere.* 2) *Ist gleich* Dumium, *ungefähr zwei Meilen westlich von Braga; scheint jetzt Pavoa de Lannoso zu sein.* 3) *Muss verschrieben sein, ein Erzbischof* B. *kommt zu unserer Zeit nicht vor.* 4) *Vergl. Campi, Hist. di Piacenza II p. 42, 44, 51, 59.*

Digitized by Google

humanitatis et gratie, presertim de preben|da illa, eidem subdiacono nostro duxeritis erogandum. — Dat. Tusculani, xv Kl. Februarii.

Or. im Archivio Capitolare di Sant' Antonino zu Piacenza.

Perg. ital., br. 0,128 lang 0,103, unten 0,015 umgeschlagen, durch zwei Löcher geht die Hanfschnur, woran das Bleisiegel hängt, Faltung der Breven, doch scheint das Schriftstück nachträglich oben an der Faltung durch 2 Stiche zugenäht gewesen zu sein. Von einer Dorsalaufschrift ist nichts zu sehen.

Nr. 308.

Alexander III bestätigt dem Domkapitel von Bologna den Besitz der Zehnten von Gaggio di Montagna und dreier Kirchen [1]).

1171—1181 April 9. Tusculum.

Alexander episcopus, servus servorum dei, dilectis filiis, archipresbitero et canonicis Bononiensis ecclesie, salutem et apostolicam benedictionem. Quotiens a nobis petitur, quod rationi non obviat nec honestati repugnat, animo nos decet libenti concedere, ut devotio filiorum ecclesie se gaudeat facile consequi, quod rationabiliter concupiscit. Eapropter, dilecti in domino filii, vestris iustis postulationibus grato concurrentes assensu, decimationes Gadii [2]) et tres ecclesias, videlicet sancte Marie in Garda, sancti Ioannis in Fontanis et sancti Thome [3]), cum decimis, oblationibus et parochia, sicut eas rationabiliter possidetis et predecessor noster, pie recordationis Adrianus papa, vobis confirmavit, devotioni vestre auctoritate apostolica confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus. Statuentes, ut nulli omnino hominum liceat, hanc paginam nostre confirmationis infringere aut ei aliquatenus contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli, apostolorum eius, se noverit incursurum. — Dat. Tusculani, v Idus Aprilis.

Jüngere Abschrift des Cart. del Capitolo di San Pietro p. 8, im Archivio di Stato; nach Kaltenbrunner Papsturkunden p. 46, des Libro delle Asse fol. 2 (mir nicht zugänglich), im Archivio Capitolare zu Bologna.

Nr. 309.

Alexander III befiehlt den Kanonikern von Santa Maria in Poggio Imperiale di Firenze, dem Kloster von Poggio Imperiale die alten Begräbnisse frei zu lassen und die Sonderfeste des Klosters nicht mitzufeiern, er theilt ihnen mit, dass er dem Erzbischofe von Florenz die Aufsicht über die Innehaltung dieser Vorschrift gegeben habe.

1171—1181 April 23. Tusculum.

Alexander episcopus, servus servorum dei, dilectis filiis, plebano et fratribus sancte Marie de Martura, salutem et apostolicam benedictionem. Audivimus et veementi sumus commotione turbati, quod vos monasterio sancti Michaelis de Martura antiquas sepulturas, quas habere solebat, auferre minime dubitastis et, quod gravi(u)s est et a sanctorum patrum institutionibus alienum, hominibus de burgo et aliis, illuc venientibus, sub interminationibus anathematis proibuistis, ne ad prescriptum monasterium convenirent nec ibidem eligerent sepulturam. Licet autem super his nostras litteras nuper receperitis [4]), hec tamen iuxta mandatum nostrum corrigere noluistis, set potius exinde fratribus prescripti loci maiorem, sicut prius, molestiam irrogastis, ita quidem, quod contra prohibitionem nostram festum beate Lucie, quod ipsi habent precipuum [a]) et solemne, nuper plus solito presumpsistis sollemniter celebrare. Quoniam igitur hec incorrecta dimittere nolumus nec debemus, discretioni vestre per apostolica scripta precipiendo mandamus et in virtute obedientie iniungimus, quatinus antiquas sepulturas prescripti monasterii liberas ipsi et absolutas, omni occasione postposita, dimittatis, nisi forte aliquis eorum, quii illic antiquas sepulturas habere noscuntur, apud vos ex devotione elegerit sepulturam, et, sicut publicum interdictum fecisse dicimini, ne aliqui devotionis intuitu ad monasterium prescriptum conveniant vel ibidem eligant sepulturam, ita publice interdictum ipsum penitus revocetis, supradictis hominibus proponentes, qualiter liberum est eis, in prescripto monasterio, salva iustitia vestra in parte testamenti, sepultura(m) sine contradictione

a) pcipuum. — .1) *Vergl. die Urkunde vom 12 November 1186.* 2) *Gaggio di Montagna, Com. nell' Emilia, prov. di Bologna, circond. di Vergato, mand. di Porretta.* 3) *Vergl. für die drei Kirchen die Urkunde vom 7 December 1167—1169, Nr. 209.* 4) *Jedenfalls das Breve Nr. 305.*

Digitized by Google

qualibet eligere. Festum autem beate Lucie et alias festivitates, quas supradicti fratres speciales habent, sollemniter celebrare nullatenus attemptetis, cum id potius ex invidia, qua(m) ea devotione facere videmini; sciturі pro certo, nos venerabili fratri nostro, Florentino episcopo, in mandatis dedisse, quod, si preceptum nostrum in his exequi(?) distuleritis, vos ad hec(?) exequenda infra XXX dies post litterarum susceptionem nostrarum, sublato appellationis remedio, auctoritate nostra et sua omni cum distinctione compellat; et nos etiam alias, si exinde ad nos intentata [a]) querela pervenerit, ad presumptionem vestram corrigendam manum(?) nostram(?) apponere compellemur. — Dat. Tusculani, VIIII Kal. Madii.

Kopialurkunde vom Ende des 12 Jahrh. (Bonifasio 1175), im Archivio di Stato zu Florenz.

Nr. 310.

Alexander III schreibt dem Domkapitel von Vercelli, es brauche an Laien keine Zehnten von seinen Arbeiten zu entrichten und bestätigt ihm ein Statut über Präbenden [1]).

1171—1181 April 27. Tusculum.

ALEXANDER episcopus, servus servorum dei, dilectis filiis . . archidiacono et ca|nonicis Vercellensis ecclesie, salutem et apostolicam benedictionem. Cum sit a sanctorum patrum institu|tionibus alienum et omni rationi contrarium, ut ecclesiastici viri laicis decimas solvant [b]), vobis volumus super hoc pro nostri officii debito paterna sollicitudine providere. Eapropter, dilecti in domino filii, vestris iustis postulationibus annuentes, presentibus vobis litteris indulgemus, ut de laboribus vestris nulli laico decimas aliquando persolvatis et sub interminatione anathematis interdicimus, ne quis laicus a vobis decimas extorquere presumat. Ad hec, quia dicitis, vos statuisse, ut fratres vestri nil de prebenda ecclesie vestre percipia[nt], donec preter licentiam et voluntatem capituli eiusdem ecclesie aliis ecclesiis deservierint, nos statutum vestrum ratum habentes, ad petitionem vestram auctoritate apostolica confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus. Statuentes, ut nulli omnino hominum liceat, hanc paginam nostre confirmationis [c]) infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare presump|serit, indignationem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli, apostolorum eius, se noverit incursurum. — | Dat. Tusculani, V Kal. Maii.

Or. im Archivio Capitolare zu Vercelli.

Perg. ital., br. 0,15, lang 0,15, unten 0,012 umgeschlagen, durch zwei Löcher geht die rosa und gelbe Seidenschnur, an der das Bleisiegel hängt. Faltung der Breven.

Nr. 311.

Alexander III bestätigt dem Kloster Santo Stefano di Genova den Besitz seines Hospitals.

1171—1181 April 30. Tusculum.

Alexander episcopus, servus servorum dei, dilectis filiis . . abbati et fratribus monasterii sancti Stephani Ianuensis, salutem et apostolicam benedictionem. Iustis petentium desideriis dignum est nos facilem prebere consensum et vota, que a rationis tramite non discordant effectu prosequente complere. Eapropter, dilecti in domino filii, vestris iustis postulationibus grato concurrentes assensu, hospitale iuxta monasterium vestrum, in territorio eius constructum, cum pertinentiis suis, sicut ipsum hactenus habuistis et in presentiarum pacifice ac rationabiliter possidetis, vobis et monasterio vestro auctoritate apostolica confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus. Statuentes, ut nulli omnino hominum liceat, hanc paginam nostre confirmationis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare presumpserit, indignationem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli, apostolorum eius, se noverit incursurum. — Dat. Tusculani, II Kl. Maii.

Abschrift der Miscellanea di Stor. Ligur. II p. 526, in der Bibl. Civica zu Genua. Bemerkt ist: «Piccola pergamena con piombo in cui AlexanderPP III».

---

a) *Unsicher, im Worte verändert* b) solvuant c) firmati *auf Rasur.* — 1) *Vergl. die Urkunde vom 2 Juli 1192.*

Digitized by Google

Nr. 312.

Alexander III beauftragt den Kanonikerkonvent von Siena, zuzulassen, dass Pfarrangehörige von Pugna die Kirche von Alfiano besuchen und zum Begräbniss erwählen, wofern der Prior von Alfiano das ihm Zuständige nicht überschreitet.

1171—1181 Mai 7. Tusculum.

Alexander episcopus, servus servorum dei, dilectis filiis, archidiacono, preposito et canonicis Senensibus, salutem et apostolicam benedictionem. Constitutus in presentia nostra dilectus filius noster .G., prior de Alfiano, diligenti nobis assertione monstravit, quod parrochianos ecclesie de Pugna vel eius iura nec per se vel per alios eidem a) ecclesie aliquando subtraxit. Si quando autem eos ex devotione ad suam ecclesiam accedere vel ibi sepulturam eligere contigit, salvo iure illius ecclesie, devotioni eorum non obviavit nec suam eis ecclesiam aliquatenus contradixit. Ideoque discretioni vestre per apostolica scripta mandamus, quatinus, si contigerit, prefatos parrochianos aliquando ad ecclesiam predicti prioris in festivis diebus ex devotione accedere vel ibidem, salva canonica iustitia in parte testamenti, sepulturam eligere, quod ⟨ad⟩ eorum devotioni et extreme voluntati nec debemus nec possumus contraire, illis vel eidem priori nullatenus contradicatis. Si autem prenominatus prior prefate ecclesie iura temeritatis ausu invadere aut subtraere presumpserit, eum auctoritate nostra a sua presumptione compescere non postponatis. — Dat. Tusculani, Non. Maii.

Kopialurkunde des 12 Jahrh. (Badia di Passignano 7 Mag. 1164), im Archivio di Stato zu Florenz.

Nr. 313.

Alexander III bewilligt dem Abte Peter von San Severino e Sosio di Napoli das Recht, die Mitra tragen zu dürfen.

1171—1181 Mai 21. Tusculum.

ALEXANDER episcopus, servus servorum dei, dilecto filio Petro, | abbati monasterii sanctorum Severini et Sosii, salutem et apostolicam benedictionem. Cari|tatis debito provocamur, devotis ecclesie filiis specialis prerogative gratiam impertiri, ut apostolice sedis benignitate suffulti, commissas sibi ecclesias tanto utilius regant, quanto eorum subditi maiorem b) eis obedientiam exhibuerint et honorem. Attendentes itaque devotionem, quam erga beatum Petrum et nos ipsos habere dinosceris c), usum mitre tibi et successoribus tuis de consuete sedis apostolice benignitate | duximus indulgendum. — Dat. Tusculani, XII Kl. Iunii.

Or. (Pergamene di curia eccl. I), im Archivio di Stato zu Neapel.

Nr. 314.

Alexander III beauftragt den Bischof und das Domkapitel von Grosseto, das Kloster Monticelli (D. Siena) bei der Grundsteinlegung und Erbauung einer Kirche Sant' Angelo zu unterstützen.

(1171—)1181 Mai 21. Tusculum.

Alexander episcopus, servus servorum dei, venerabili fratri . . episcopo et dilectis filiis, preposito et canonicis Grossetanis, salutem et apostolicam benedictionem. Dilectum filium nostrum, nobilem virum comitem Ildebrandinum . . . . . monuimus d), ut in monte Curiliano dilectis in Christo filiabus nostris, abbatisse et sorroribus Montis Cellensis e) monasterii, congruum locum assignet, in quo ecclesiam in memoriam sancti Angeli, quam Grosseti habent, cum civitas ipsa iuxta dispositionem ipsius illuc translata fuerit, possint edificare. Inde est, quod discretionem vestram per apostolica scripta monemus attentius et mandamus, quatinus, cum idem comes locum eis aptum ad ecclesiam fabricandam concesserit, tu, frater episcope, lapidem cum ab eis requisitus fueris, tradas et ad construendam ecclesiam eis f) pariter prebeas g) auxilium et favorem, et omnibus clericis terre

a) eiusdem b) *hinter* rem *Rasur* c) ceris *auf Rasur* d) monerimus e) Cellenesis f) eas g) puteans.

Digitized by Google

vestre sub interminationem suspensionis [a]) vetare curetis, ne quis populum ipsius ecclesie ad officia cotidiana recipere vel iura eius minuere seu turbare presumat. Si quis vero contra prohibitionem nostram venire temptaverit, vos presumptionem eius, sublato appellationis obstaculo, severitate canonica componetis [b]). — Datum Tusculani [c]), XII Kalendis Iunii.

Abschrift des Cod. E. IX. 16, p. 32, in der Bibl. Pubblica zu Siena, und des Cod. Marc. IX. 138 p. 127, in der Bibl. Marciana zu Venedig [1]).

Nr. 315.

Alexander III nimmt das Domkapitel von Genua in apostolischen Schutz und bestätigt seine Besitzthümer und Gewohnheiten [2]).

1181 Januar 13. Tusculum.

Alexander episcopus, servus servorum dei, dilectis filiis, Oberto preposito, Bonifatio archidiacono et canonicis Ianuensibus, tam presentibus quam futuris, in perpetuum. Quotiens a nobis petitur, quod religioni et honestati convenire dignoscitur, animo nos decet libenti concedere et petentium desideriis congruum suffragium impertiri. Eapropter, dilecti in domino filii, vestris iustis postulationibus clementer annuimus et ecclesiam vestram, in qua divino mancipati estis obsequio, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus et presentis scripti privilegio communimus. Statuentes, ut, qualescumque possessiones, quecumque bona eadem ecclesia in presentiarum iuste et canonice possidet aut in futurum concessione pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium seu aliis iustis modis, prestante domino, poterit adipisci, firma vobis vestrisque successoribus et illibata permaneant. In quibus hec propriis duximus exprimenda vocabulis: ecclesiam videlicet sancti Laurentii in Acon cum pertinentiis suis, ecclesiam sancte Marie Magdalene cum pertinentiis suis, ecclesiam sancti Iacobi de Calegnano cum pertinentiis suis, ecclesiam sancte Margarite de Marassi cum pertinentiis suis, ecclesiam sancte Marie de Quico cum pertinentiis suis, et ecclesiam de Veguli, ecclesiam sancti Bartholomei de Stallano cum omnibus pertinentiis suis, ecclesiam sancti Antonini de Auripala cum omnibus pertinentiis suis, ecclesiam sancti Salvatoris de Sarzano cum omnibus pertinentiis suis, ecclesiam sancti Iohannis de Sexto cum decima et possessionibus eiusdem loci; dominationem Gibelleti et aliorum locorum, quam Bertrandus, comes sancti Egidii [3]), rationabiliter ecclesie vestre fecit, sicut in eius instrumento habetur et legittime possidetis. Antiquam quoque consuetudinem et racionabilem, quam in perceptione antiquarum oblationum ecclesie vel in aliis proventibus vel processionibus ecclesie ipsius habetis, (vobis) vestrisque successoribus auctoritate apostolica confirmamus. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat, eandem ecclesiam . . . . usibus omnimodis profutura, salva sedis apostolice auctoritate et diocesani episcopi canonica iustitia et Ianuensis archiepiscopi debita reverentia [d]). Si qua igitur . . . Cunctis autem . . . . inveniant. Amen. Amen. Amen.

(R) Ego Alexander catholice ecclesie episcopus ss. (M)
† Ego Hubaldus Hostiensis et Velletrensis episcopus ss.
† Ego Theodinus Portuensis et sancte Rufine sedis episcopus ss.
† Ego Paulus Prenestine ecclesie episcopus ss.
† Ego Petrus presbiter cardinalis tit. sancte Susanne ss.
† Ego Vivianus tit. sancti Stephani in Celio monte presbiter cardinalis ss.
† Ego Centhius presbiter cardinalis tit. sancte Cecilie ss.
† Ego Arduinus presbiter cardinalis tit. sancte Crucis in Ierusalem ss.
† Ego Laborans presbiter cardinalis tit. sancte Marie Transtiberim tit. Calixti ss.
† Ego Iacin(thus) diaconus cardinalis sancte Marie in Cosmidyn ss.
† Ego Rain(erius) diaconus cardinalis sancti Georgii ad Velum aureum ss.
† Ego Gratianus sanctorum Cosme et Damiani diaconus cardinalis ss.
† Ego Iohannes diaconus cardinalis sancti Adriani ss.
† Ego Matheus sancte Marie nove diaconus cardinalis ss.

---

a) suspensiones b) composuistis c) Tusculanum d) *diese etwas ungewöhnliche Formulirung ist durch die Urkunde Cölestins III beglaubigt, Cappelletti, Chiese XIII p. 345. In der Urkunde Eugens III heisst es;* salva sedis apostolice auctoritate ac diocesanorum episcoporum canonica iustitia. (*Ughelli, It. Sac. IV p. 863. Cappelletti, Chiese XIII p. 329*). —.1) *Dies nach Kaltenbrunner, Papsturkunden S. 46.* 2) *Jaffé, Reg. 9337:* 3) *St.-Gilles in Südfrankreich.*

Digitized by Google

Dat. Tusculani, per manum Dauferii, sancte Romane ecclesie subdiaconi. Idus Ianuarii. Indictione XIIII. Incarnationis dominice anno MCLXXX. Pontificatus vero domni Alexandri pape III anno XXII.

Abschrift der Miscell. di Stor. Lig. V p. 252, in der Bibl. Civica zu Genua.

Nr. 316.

Alexander III nimmt den Konvent von Sant' Ambrogio di Milano in apostolischen Schutz und bestätigt ihm seine Besitzthümer und Rechte [1]*).*

1181 August 15. Viterbo.

Alexander episcopus, servus servorum dei, dilectis filiis NAZario, preposito ecclesie sancti Ambrosii, eiusque fratribus, tam presentibus quam futuris, canonice substituendis, in PPM. — | Quotiens a nobis petitur, quod religioni et honestati convenire dinoscitur, animo nos decet libenti concedere et petentium desideriis congruum suffragium impertiri. Eapropter, dilecti in domino filii, vestris iustis postulationibus clementer annuimus et ecclesiam beati Ambrosii, in qua divino mancipati estis obsequio, ad exemplar felicis recordationis patris et predecessoris nostri, EUGENII pape, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus et presentis scripti privilegio communimus [2]). Statuentes, ut, quascumque possessiones, quecumque bona eadem ecclesia in presentiarum iuste et canonice possidet aut in futurum concessione pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium seu aliis iustis modis, prestante domino, poterit adipisci, firma vobis vestrisque successoribus et illibata permaneant. In quibus hec propriis duximus [exprimenda vocabulis]: totam possessionem ville [Axilliani] et medietatem decime cum omnibus honoribus ad eandem villam pertinentibus, terram in Moirano cum omnibus honoribus ad eam [pertin]entibus, terram in Cornareto et in Ebulino, et quicquid habetis ex parte Lanterii et uxoris sue, quindecim solidos pro annuali, quod facitis in ecclesia beati Celsi, et duodecim cand[elas, que] omnia singulis annis a prelato eiusdem ecclesie vobis debent persolvi, item in eadem ecclesia tres solidos, quos ex antiquo habere soletis, decimam quoque, quam habetis in loco Wigonzonis, refectiones vero, que vobis constitute sunt secundum antiquam consuetudinem, quando altare beati Ambrosii constitutis temporibus aperitur, nichilominus habeatis; quicquid preterea [a]) iuris in cimiterio ecclesie vestre habetis, vobis conservari precipimus; consuetudines quoque in portandis crucibus vestris ad processiones sive ad mortuorum corpora tumulanda, quam iuste [b]) habere videmini, inconvulsam manere sanccimus. Confirmamus etiam vobis cimiliarchiam ecclesie vestre, et ecclesiam beate Marie grece iuxta claustrum et, quicquid iuris habetis in ecclesia sancti Georgii de Ponte sexto, hospitale sancti Iacobi de Ristocano et refectionem, quam habetis in festo sancti Satiri, ecclesiam de Cassinis Stribiani, et potestatem, quam habetis, ponendi custodes in ecclesiam beati Ambrosii, oleum ad luminaria facienda in ipsa ecclesia, quod habetis de domo archiepiscopi [c]), receptiones omnium processionum, que fiunt in ecclesia beati Ambrosii, sicut hactenus habuistis. Obeunte vero te, nunc [eiusdem loci] preposito, vel tuorum quolibet successorum aut aliquo canonicorum, nullus ibi qualibet subreptionis astutia seu violentia preponatur, nisi quem fratres communi consensu vel fratrum pars consilii sanioris secundum deum providerint [eligendum]. Sane, quecumque autenticis episcoporum, regum seu etiam aliorum dei fidelium scriptis vobis ius[te concessa,] donata vel confirmata sunt, auctoritatis [nostre munimine ro]boramus. Decernimus [ergo, ut] nulli omnino hominum liceat, ecclesiam vestram temere . . . usibus omnimodis [profutura], salva sedis apostolice auctoritate et Mediolanensis archiepiscopi canonica iustitia. Si qua igitur . . . Cunctis autem . . . inveniant.

(R) Ego Alexander catholice [ecclesie episcopus] ss. (M)
— † Ego Petrus presbiter cardinalis tit. sancte Susanne ss.
† Ego Vivianus presbiter cardinalis tit. sancti Stephani in Celio monte ss.
† Ego Ard[uinus] presbiter cardinalis tit. sancte Crucis in Ierusalem ss. (2)
† Ego Laborans presbiter cardinalis sancte Marie Transtiberim tit. Calixti ss.

---

a) *Dahinter Rasur* b) te *auseinandergezogen auf Rasur von anderer Dinte* c) *davor Rasur.* — — 1) *Vergl. Jaffé Reg. 8296, die Urkunde oben vom 27 Oktober 1144 und die vom 24 Juni 1188, Or. im Archivio di S. Ambrogio.* 2) *Vergl. Jaffé, Reg. 6446, Or. im Arch. di Sant' Ambrogio.*

Digitized by Google

— † Ego Iacinctus diaconus cardinalis sancte Marie in Cosmydyn ss.
† Ego Rainerius diaconus cardinalis sancti Georgii ad Velum aureum ss. (2)
† Ego Matheus sancte Marie Nove diaconus cardinalis ss. (1)

Dat. Viterbii, per manum Alberti, sancte Romane ecclesie presbiteri cardinalis et cancellarii. XVIII Kl. Septembr. Indictione XIIII. Incarnationis dominice anno MCLXXXI. Pontificatus vero domni Alexandri pape III anno XXII.

Or. im Archivio Capitolare die Sant' Ambrogio; Abschrift vom 12 Jahrh. der Jura S. Ambrosii Nr. 2074, im Archivio di Stato zu Mailand.

Or., Perg. ital., br. 0,56, lang 0,57, unten 0,028 umgeschlagen, durch zwei Löcher ging die Schnur, welche mit dem Bleisiegel verloren. Faltung der Bullen. Ringkreuz und E *der Unterschrift scheinen von schwererer Hand herzurühren, als das Uebrige, die Datirung vom Hauptkörperschreiber, das* A *Alberts mit dunklerer Dinte eingetragen. Die Zeugenfirmen sind alle mit gleicher schwarzer Dinte und von derselben Hand ausgeführt, die bei den einzelnen Firmen ihren Duktus nur wenig verleugnete.*

Nr. 317.

Lucius III nimmt die Kollegiatkirche San Martino di Siena in apostolischen Schutz und bestätigt ihre Besitzthümer und Rechte.

1181 November 5. Lateran.

Lucius episcopus, servus servorum dei, dilectis filiis BERNARDO, priori ecclesie sancti Martini Senensis, eiusque fratribus, tam presentibus quam futuris, canonicam vitam professis, IN PPM. — | Quotiens a nobis petitur, quod religioni et honestati convenire dignoscitur, animo nos decet libenti concedere, et petentium desideriis congruum imperti|ri [a] suffragium. Eapropter, dilecti in domino filii, vestris iustis postulationibus clementer annuimus et prefatam ecclesiam sancti Martini Senensis, in qua divino estis obsequio mancipati, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus et presentis scripti privilegio communimus. In primis siquidem statuentes, ut ordo canonicus, qui secundum deum et beati Augustini regulam atque institutionem fratrum ecclesie sancti Fridiani in eadem ecclesia institutus esse dinoscitur, perpetuis ibidem temporibus inviolabiliter observetur. Preterea, quascumque possessiones, quecumque bona eadem ecclesia in presentiarum iuste et canonice possidet aut in futurum concessione pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium seu aliis iustis modis, prestante domino, poterit adipisci, firma vobis vestrisque successoribus et illibata permaneant. In quibus hec propriis duximus exprimenda vocabulis: locum ipsum, in quo prefata ecclesia sita est, cum omnibus pertinentiis suis et terminis parrochie ipsius ecclesie, qui sic diffiniuntur: ex parte mercati et campi Azzo granaiolus, Albertinellus granaiolus, ex alia parte Brunethus setarius et totum suburbium, quod extenditur usque ad domum Turche, et ex alia parte est terminus domus Sinibaldi [b], ex alia parte filius Augustini; inter vos et ecclesiam sancti Mauricii ex una parte est terminus Rolandus mattonarius, ex alia parte suburbii est terminus Gregorius et cellarium Cacianeve, ex parte suburbii strate; inter vos et ecclesiam sancti Georgii terminus est ex una parte domus Bandini Brisci, ex alia parte domus Conradi Ardicase, ex alio capite vestre parrochie; inter vos et ecclesiam sancti Vigilii est terminus domus Rubei Ubertelli, ex alia parte terminus est Scottus, filius Prandi, item alius terminus cuiusdam suburbii, quod est inter vos et ecclesiam sancti Mauricii, est domus Rainerii Palearii et terra eiusdem, in qua quondam habitavit Girarducius et mater eius, hospitale quoque [c] eiusdem ecclesie cum omnibus suis pertinentiis, possessiones de Terzole, possessiones de Cerreta, molendinum de Ravalliolo cum vinea et omnibus pertinentiis suis, mansum de Osinina cum rustico in ea habitante, molendinum de Rivoloco cum omnibus possessionibus et pertinentiis suis, vineam, quam dimisit vobis Bernardus filius Bandini Zurli, villanos et possessiones, quas habetis in plebe de Bozone. Sane novalium vestrorum, que propriis manibus aut sumptibus colitis, sive de nutrimentis animalium vestrorum nullus a vobis decimas exigere presumat. Cum autem generale interdictum terre fuerit, liceat vobis, clausis ianuis, exclusis excommunicatis et interdictis, non pulsatis campanis, suppressa voce divina officia celebrare. Concessionem siquidem, quam ecclesie sancti Fridiani Odelricus, quondam prepositus, et canonici Senenses prius et postmodum bone memorie Ranerius, eiusdem civitatis

---

a) impartiri b) ldi *auf Rasur* c) *nachträglich zwischengeschoben.*

Digitized by Google

episcopus [1]), de vestra ecclesia fecerunt, et libertatem, quam in concessione ipsa eidem contulerunt ecclesie ac beate recordationis predecessor noster ALEXANDER papa scripti sui munimine roboravit, nos quoque, sicut in eodem scripto autentico continetur, auctoritate apostolica confirmamus et ratam perpetuis temporibus decernimus permanere. Prohibemus insuper, ut non liceat Senensi episcopo vel canonicis suis, vobis et ecclesie vestre novas et indebitas exactiones imponere aut indebita molestatione gravare. Infra parrochiam quoque ecclesie vestre nullus ecclesiam vel oratorium sine assensu Senensis episcopi et vestro edificare presumat, salvis tamen privilegiis Romanorum pontificum. Sepulturam preterea ipsius loci liberam esse decernimus, ut eorum devotioni et extreme voluntati, qui se illic sepeliri deliberaverint, nisi forte excommunicati vel interdicti sint, nullus obsistat, salva tamen iustitia illarum ecclesiarum, a quibus mortuorum corpora assumuntur. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum fas sit, prefatam ecclesiam . . . usibus omnimodis profutura, salva sedis apostolice auctoritate, Senensis episcopi canonica iustitia et ecclesie sancti Fridiani debita reverentia. Si qua igitur . . . Cunctis autem . . . inveniant. Amen. A-m. Amen. —

(R) Ego Lucius catholice ecclesie episcopus ss. (M)
† Ego Theodinus Portuensis et sancte Rufine sedis episcopus ss.
† Ego Paulus Prenestinus episcopus ss. (6)
— † Ego Petrus presbiter cardinalis tit. sancte Susanne ss.
† Ego Vivianus presbiter cardinalis tit. sancti [a]) Stefani in Celio monte ss.
† Ego Cynthius presbiter cardinalis tit. sancte Cecilie ss.
† Ego Hugo presbiter cardinalis tit. sancti Clementis ss. (1)
† Ego Arduinus presbiter cardinalis tit. sancte Crucis ss.
† Ego Matheus presbiter cardinalis tit. sancti Marcelli ss.
† Ego Laborans presbiter cardinalis sancte Marie transtiberim tit. Calixti ss.
— † Ego Rainerius diaconus cardinalis sancti Georgii ad Velum aureum ss.
† Ego Gratianus sanctorum Cosme et Damiani diaconus cardinalis ss.
† Ego Rainerius diaconus cardinalis sancti Adriani ss.
† Ego Mattheus sancte Marie nove diaconus cardinalis ss. (4)

Dat. Laterani, per manum Alberti, sancte Romane ecclesie presbiteri cardinalis et cancellarii. Non. Novembris. Indictione XV. Incarnationis dominice anno MCLXXXI. Pontificatus vero domni LUCII pp. III anno I. —

Or. im Archivio di Stato zu Lucca, Abschrift G. VIII, 243 p. 167, in der Bibl. Chigiana zu Rom. Perg. ital., br. 0,565, lang 0,66, unten 0,03 umgeschlagen, durch zwei Löcher geht die rosa und gelbe Seidenschnur, woran das Bleisiegel hängt. Faltung der Bullen. Ueber Um- und Unterschrift nichts Sicheres, Ringkreuz und E *der Unterschrift können von einer Hand herrühren, ihre Dinte ist gleich, aber dasselbe auch mit der übrigen Unterschrift der Fall. Datirung vom Hauptkörperschreiber, das* A *Alberts zeigt dunklere Dinte. Die Zeugenfirmen scheinen von zwei Schreibern herzurühren, die auch zwei verschiedene Dinten anwandten.*

Nr. 318.

Lucius III bestätigt dem Erzbischofe Hubald von Pisa seine Metropolitan- und sonstigen Vorrechte [2]).

1181 November 12. Lateran.

Lucius episcopus, servus servorum dei, venerabili fratri HUBALDO, Pisano archiepiscopo, apostolice sedis legato, eiusque successoribus, canonice substituendis, IN PPM. —| Tunc apostolice sedis et Romanorum pontificum honor integre custoditur, si unicuique ecclesie sua dignitas conservatur. Romane siquidem ecclesie consueta | benignitas et discreta humilitas, quos devotos et mansuetos filios repperit, alios dignitatibus et honoribus sibi amplius facit obnoxios, alios familiaritatis et dilectionis prerogativa sublimat. Equum enim et rationabile est, ut, quorum beneficia et obsequia se recolit suscepisse, eorum devotioni non mensura pari nec quantitate equali, sed ex habundantis gratiae benivolentia libenti animo studeat respondere. Predecessor siquidem noster, felicis memorie papa INNOCENTIUS [3]), de discordia et guerra, que inter Pisanam et Ianuensem civitates extiterant, multas hominum clades et christianorum captivitates innumeras provenisse considerans, utriusque partis saluti tam spiritualiter, quam temporaliter, paterna sollicitudine studuit providere, atque pro bono pacis et recompensatione episcopatuum,

a) i *auf Rasur.* — .1) *Rainer I, Bischof von Siena, 1128—1166; Rainer II, 1166—1170.* 2) *Vergl. die Urkunde vom 31 Mai 1157.* 3) *Urkunde vom 22 April 1138.*

Digitized by Google

quos, utique a predecessoribus nostris, Romanis pontificibus, ecclesie Pisane concessos, [in] insula Corsice, a predecessore tuo, bone memorie arch[iepisco]po Humberto [1]), accepit in Gallurensi iudicatu duos episcopatus, Galtelinensem videlicet et Civitatensem, et Popoliniensem episcopatum, sibi suisque successoribus et per eos ecclesie Pisane concessit et metropolitico iure subiecit. Nos itaque, qui in sedis apostolice amministratione, licet indigni, disponente domino, sibi successimus, eandem concessionem antecessoris nostri, felicis memorie ALEXANDRI pape [2]), vestigiis inherentes, auctoritate apostolica confirmamus et ratam manere censemus. Predecessorum quoque nostrorum vestigiis inherentes, vobis primatus honorem Turritane provincie confirmamus. Ad maiorem etiam honoris cumulum Pisane civitatis, ut Pisana ecclesia cum universo eiusdem civitatis populo in fidelitate atque devotione sacrosancte Romane ecclesie iugiter perseveret et in ipsa cotidie augmentetur, pro devotione quoque et honestate tua, frater Hubalde, Pisane archiepiscope, personam tuam et per te Pisanam ecclesiam ampliore munere volumus decorari. Tibi ergo tuisque successoribus primatum super Caralitanam et Arborensem provincias datum concedimus et auctoritate sedis apostolice confirmamus, ita quidem, ut eos ad concilium vocandi, excessus eorum corrigendi et in doctrina apostolica confirmandi, atque cetera omnia, que ad ius primatus pertinent, in eos exercendi habeatis liberam facultatem. Veruntamen supradictarum duarum provinciarum archiepiscopos ad concilium non vocabitis Pisas sine conscientia Romani pontificis. Super Turritanam vero provinciam dignitatem primatus, sicut a predecessoribus nostris ecclesie Pisane concessum est, habeatis. Legationem quoque Sardinie, a predecessore nostro, papa URBANO, predecessoribus tuis concessam et felicis recordationis INNOCENTII, EUGENII, ANASTASII atque ALEXANDRI, Romanorum pontificum, privilegiis in perpetuum roboratam, tibi tuisque successoribus presentis scripti pagina confirmamus et confirmationem ipsam ratam et inconvulsam perpetuis temporibus decernimus permanere. Denique, ut Pisana civitas, que [a]) favore celestis numinis de inimicis christia[ni] nominis victoriam frequenter obtinuit et eorum urbes plurimas subiugavit, amplius honoretur, equo albo cum nacco [b]) albo in processionibus utendi et crucem, vexillum scilicet dominicum, per subiectas vobis provincias portandi et per spatium illud Vulterranensis episcopatus, quo de Pisano episcopatu ad Popoloniensem transitur, tibi tuisque successoribus licentiam damus. Pallei quoque usum fraternitati tue concedimus, ut videlicet eo secundum consuetudinem Pisane ecclesie perfruaris et in consecrationibus trium episcoporum in Corsica, Alleriensis scilicet, Aiacensis et Saguntini, ac predictorum duorum in Sardinia et Popoloniensis episcopi, quorum metropolitanus existis. Si qua igitur in posterum ecclesiastica secularisve personam . . . Cunctis autem . . . inveniant. Amen. A-m. Amen. —

(R) Ego Lucius catholice ecclesie episcopus ss. (M)
† Ego Theodinus Portuensis et sancte Rufine sedis episcopus ss.
† Ego Paulus Prenestinus episcopus ss. (7)
— † Ego Petrus tit. sancte Sus[ann]e presbiter cardinalis ss.
† Ego Vivianns presbiter cardinalis tit. sancti Stephani in Celio monte ss. (1)
† Ego Hugo presbiter cardinalis TiT. sancti Clementis ss.
† Ego Arduinus presbiter cardinalis tit. sancte Crucis in Ierusalem ss. (2)
† Ego Matheus presbiter cardinalis tit. sancti Marcelli ss. (1)
† Ego Laborans presbiter cardinalis sancte Marie Transtiberim tit. Calixti ss.
— † Ego Iacinctus diaconus cardinalis sancte Marie in Cosmydyn ss.
† Ego Rainerius diaconus cardinalis sancti Georgii ad Velum aureum ss.
† Ego Gratianus sanctorum Cosme et Damiani cardinalis ss.
† Ego Rainerius diaconus cardinalis sancti Adriani ss.
† Ego Matheus sancte Marie nove diaconus cardinalis ss.

Datum Laterani, per manum Alberti, sancte Romane ecclesie presbiteri cardinalis et cancellarii. II Idus Novembr. Indictione XV. Incarnationis dominice anno MCLXXX . . . . .

Or. (Atti Publici 1181 Nov. 12), im Archivio di Stato zu Pisa.

Perg. ital., br. 0,492, lang 0,625, das Umgeschlagene und ein Stück rechts und links sind abgeschnitten, durch zwei Löcher ging die Schnur, welche mit dem Bleisiegel verloren. Faltung der Bullen. Ringkreuz und E *der Unterschrift führen dunkle Dinte für sich, Umschrift hellere. Unterschrift und Datirung rühren vom Hauptkörperschreiber her, das* A *Alberts scheint in letzterer mit dunklerer Dinte nachgetragen zu sein. Die Zeugenfirmen sind zum grössten Theile von derselben Hand und Dinte ausgeführt. Auf der Linie unterhalb des Presbyters Arduin ist eine ganze Singnatur wegradirt.*

a) *Im* q *radirt* b) nacoo. — 1) *Hubert, Erzbischof von Pisa, 1132—1137.* 2) *Vergl. Jaffé, Reg. 8426. Or. im Arch. di Stato zu Pisa.*

Digitized by Google

Nr. 319.

Lucius III ermahnt den Abt von Nonantola (D. Modena), seine Herde gut zu leiten, die Mönche, ihrem Abte zu gehorchen [1]).

1181 December 19. S. Peter von Rom.

Lucius episcopus, servus servorum dei, dilectis filiis, abbati [2]) et conventui Nonantulano, salutem et apostolicam benedictionem. Ideo sumus | ad honorem summi pontificatus assumti, ut vos et alios religiosos viros, quorum apud districtum iudicem petimus precibus adiuvari, | ad ea, que ad religionem et ordinis observantiam spectare noscuntur, monitis debeamus et exhortationibus invitare. Sane, cum propter deum propria dimiseritis et dederitis vos obsequiis conditoris mundi, vanitate relicta, decet, vos taliter ad anteriora semper extendi, ut, sicut estis ex nomine, ita et monachi exhibitione operis conprobemini, ut de vestro [a]) bone conversationis odore, que sunt in seculo, formam suscipiant et exemplum et vobis ex hoc cumulus etiam ac felicitatis accrescat. Te vero, fili abbas, monemus et exhortamur in domino, ut commissum tibi gregem verbo simul instruas et exemplo, et ad tui monasterii commodum ita diligenter intendas, ut in temporalibus et spiritualibus per tuam sollicitudinem et providentiam suscipiat incrementum. Vos quoque, filii, abbati vestro tanquam patri spirituali obediatis humiliter et eius salutaria monita suscipiatis firmiter et servetis, quo vos possitis de virtute obedientie merito commendari et ipse susceptum honus, vobis cooperantibus, liberius exequatur. Nos sane tanto vestris iustis postu|lationibus curabimus libentius impertiri favorem, quanto fortius eritis operibus pietatis intenti. — Dat. | Rome apud sanctum Petrum, XIIII Kl. Ianuarii.

Or. im Archivio della mensa abbaziale zu Nonantola.

Perg. ital., br. 0,185, lang 0,115, unten 0,013 umgeschlagen, durch zwei Löcher geht die Hanfschnur, deren Bleisiegel verloren, Faltung der Breven. Schriftzüge verblichen.

Nr. 320.

Lucius III bestätigt dem Konvente von St.-Maurice-en-Valais (D. Sion) seine Propstei.

1182 April 16. Lateran [3]).

Lucius episcopus, servus servorum dei, dilectis filiis, U(goni) priori et fratribus Agaunensis ecclesie, salutem et apostolicam benedictionem. Venerabilium locorum cura nos admonet, de eorum perpetua securitate tractare et religiosorum quieti salubriter providere. Ideoque prepositurum ecclesie vestre, quam nobilis vir A(medeus) comes [4]) pro redemptione anime sue vobis reddidit, per presentis scripti vobis paginam confirmamus; prohibentes, ut nulli omnino hominum liceat, eandem prepositurum ab ecclesia vestra removere vel quolibet modo occupare nec [b]) vos nec ecclesiam vestram aliquibus vexationibus fatigare. Si quis autem contra hanc nostre constitutionis paginam temere venire temptaverit, secundo terciove commonitus, si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat atque in extremo examine districte ultioni subiaceat. — Dat. Laterani, XVI Kal. Madii [c]).

Abschrift des 15 Jahrh. der Acta Agaunensia (St.-Maurice-en-Valley, Mazzo 1. Nr. 2) und Abschr. des 16. Jahrh. (St.-Maurice, Mazzo 1 Nr. 6), im Archivio di Stato zu Turin.

Nr. 321.

Lucius III nimmt die Kollegiatkirche San Martino di Pisa in apostolischen Schutz und bestätigt ihre Besitzthümer und Rechte.

1182 Mai 13. Velletri.

Lucius episcopus, servus servorum dei, dilectis filiis HUGONI [d]), priori ecclesie sancti Martini de Guintica, eiusque fratribus, tam presentibus quam futuris, regularem vitam professis, IN PPM. — | Iustis religiosorum desideriis consentire ac rationabilibus

a) *Ob* vestre? b) ut c) *in Kop. Nr. 6.* XVII Kl. Mad. d) *mit anderer Dinte eingetragen.*

1) *Wegen der Vorgänge, die das Breve veranlassten, vergl. Tiraboschi, Storia di Nonantola I p. 124 sq.* 2) *Bonifatius, Abt von Nonantola, 1179—1201.* 3) *Die Einordnung passt nicht zum Itinerar, Jaffé Reg. p. 838.* 4) *Vergl. die Urkunde Eugens III vom 22 März 1147.*

Digitized by Google

eorum postulationibus clementer annuere, apostolice sedis, cui, largiente domino, deservimus, auctoritas et fraterne caritatis unitas nos | hortatur [a]). Eapropter, dilecti in domino filii, vestris iustis postulationibus clementer annuimus et predecessorum nostrorum, bone memorie INNOCENTII [1]), LUCII [2]) et ANASTASII [3]), Romanorum pontificum, vestigiis inherentes, sancti Martini ecclesiam, in qua divino mancipati estis obsequio, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus et presentis scripti privilegio communimus. In primis siquidem statuentes, ut ordo canonicus, qui secundum dei timorem et beati Augustini regulam ibi noscitur institutus, perpetuis temporibus inviolabiliter observetur. Preterea, quascumque possessiones, quecumque bona eadem ecclesia in presentiarum iuste et canonice possidet aut in futurum concessione pontificum, largitione regum [b]) vel [b]) principum, oblatione fidelium seu aliis iustis modis, prestante domino, poterit adipisci, firma vobis vestrisque successoribus et illibata permaneant. In quibus hec propriis duximus exprimenda vocabulis: ecclesiam sancti Marci cum omnibus pertinentiis suis, ecclesiam sancti Iusti et terras atque possessiones, quas Petrus de sancto Genesio cum uxore sua eidem ecclesie pietatis intuitu optulit. Hoc quoque adicimus, ut, quicumque infra eiusdem sacri loci ambitum, [sug]gerente diabolo, furtum fecerit aut alicui violentiam vel rapinam intulerit, quousque vobis et ecclesie de perpetrata nequitia satisfecerit, censura ecclesiastica feriatur. Et, quoniam secundum humanas leges sacrosancta [c]) ecclesia omnibus generaliter debet esse refugium, simili modo sanccimus, ut, quicumque causa salutis propter aliquod commissum se ad eundem locum contulerit, donec prior et fratres ipsum ad iustitiam presentaverint [d]), a nemine abstrahatur aut lesionem aut detrimentum aliquod patiatur. Prohibemus insuper, ut nulli umquam canonicorum post factam professionem absque libera prioris et fratrum licentia ecclesiam vestram relinquere et ad alium locum, nisi artioris religionis optentu liceat pertransire, nec aliquis episcoporum, abbatum, priorum vel aliqua persona eum retinere presumat, sed tamquam sue professionis prevaricator redire ad locum proprium compellatur. Sane novalium vestrorum, que propriis manibus aut sumptibus colitis, sive de nutrimentis animalium vestrorum, nullus omnino clericus vel laicus decimas a vobis presumat exigere. Sepulturam quoque ipsius loci liberam esse concedimus, ut eorum devotioni et extreme voluntati, qui se illic sepeliri deliberaverint, nisi excommunicati vel interdicti sint, nullus obsistat, salva tamen iustitia matricis ecclesie. Clericos vero sive laicos liberos, seculariter viventes, ad conversionem suscipiendi absque alicuius contradictione facultatem liberam habeatis. Inhibemus etiam, ut nulli infra parrochiam vestram ecclesiam vel capellam absque vestro assensu, salvis privilegiis Romane ecclesie, hedificare presumat; vos autem, si cum assensu Pisani archiepiscopi edificare volueritis, nullus audeat prohibere. Mansuro preterea in perpetuum decreto penitus prohibemus, parrochianos vestros facilitate aliqua vel contemptu vestris sacerdotibus pretermissis alios adire pro penitentiis vel aliis ecclesiasticis sacramentis sacerdotes, sed nec presbiter quisquam talibus illa ministret, penam canonicam recepturis, quicumque sciens prohibitionis huius voluerit esse contemptor. Statuimus etiam, ut, si forte parrochianorum vestrorum quisquam in infirmitate positus ad religionem duxerit transeundum et decesserit, in bonis collatis ecclesie canonica vobis portio reservetur. Obeunte vero te, nunc eiusdem loci priore, vel tuorum quolibet successorum, nullus ibi qualibet surreptionis [astu]tia seu violentia preponatur, set liceat vobis, communi consilio vel maioris et sanioris partis secundum dei timorem et beati Augustini [regul]am absque ullius contradictione priorem eligere. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum fas sit [e]), prefatam ecclesiam . . . usibus omnimodis profutura, salva sedis apostolice auctoritate et Pisani archiepiscopi canonica iustitia. Si qua igitur . . . Cunctis autem . . . inveniant. Amen. A-m. Amen. —

(R) Ego Lucius catholice ecclesie episcopus ss. (M)
† Ego Conradus Sabinensis episcopus et Salisburgensis minister ss.
† Ego Theodinus Portuensis et sancte Rufine sedis episcopus ss.
† Ego Petrus Tusculanus episcopus ss.
† Ego [f]) Paulus Prenestinus episcopus ss. (4)
— † Ego Petrus tit. sancte Susanne presbiter cardinalis ss.

---

a) *Das* h *rührt von gleicher Dinte wie der Name des Priors her* b) *auf Rasur* c) sacrasancta d) *das Abbreviaturzeichen für* n *mit der Dinte die* Hugoni *schrieb* e) t *auf Rasur von anderer Dinte* f) *vor* Ego *steht von gleicher Hand* EP, *offenbar hatte der Schreiber vergessen* Ego *auszuschreiben und dadurch das* P *an das* E *gerückt.* — .1) *Urkunde vom 30 Mai 1135.* 2) *Urkunde vom 10 Mai 1144.* 3) *Urkunde vom 2 December 1153.*

Digitized by Google

† Ego Vivianus tit. sancti Stephani in Celio monte presbiter cardinalis ss.
† Ego Cynthius presbiter cardinalis tit. sancte Cecilie ss.
† Ego Arduinus presbiter cardinalis tit. sancte Crucis in Ierusalem ss.
† Ego Matheus presbiter cardinalis tit. sancti Marcelli ss. (2)
† Ego Laborans presbiter cardinalis sancte Marie Transtiberim tit. Calixti ss.
— † Ego Iac(inthus) sancte Marie in Cosmidyn diaconus cardinalis ss.
† Ego Arditio sancti Theodori diaconus cardinalis ss. (3)
† Ego Rainerius sancti Georgii ad Velum aureum diaconus cardinalis ss. (1)
† Ego Rainerius sancti Adriani [a]) diaconus cardinalis ss.

Dat. Velletri, per manum Alberti, sancte Romane ecclesie presbiteri cardinalis et cancellarii. III Idus [b]) Madii. Indictione XV. Incarnationis dominice anno MCLXXXII [c]). Pontificatus vero dompni LUCII pp III anno I. —

Or. (S. Martino) im Archivio di Stato zu Pisa.

Perg. ital., br. 0,533, lang 0,657, umgeschlagen 0,025; durch zwei Löcher ging die Schnur, welche mit dem Bleisiegel verloren, Faltung der Bullen. Ringkreuz und E *der Unterschrift von gleicher gelbbrauner Dinte, die übrige Unterschrift, Rota und Umschrift dunkel rothbraun, wogegen Gerippe und Inschrift von der Dinte des Hauptkörpers herrühren; Datirung von anderer als von letzterer, mit etwas dunklerer das* A *Alberts eingetragen. Die Zeugenunterschriften rühren alle von graubrauner Dinte her, nur die des Presbyters Arduin, mit Ausnahme des Kreuzes, und von Theodewin:* Ego Theodinus Portuensis *sind mit dunklerer Dinte geschrieben.*

Nr. 322.

Lucius III bestätigt dem Kapitel vom heiligen Grabe zu Jerusalem sämmtliche Besitzthümer und Rechte [1]).

1182 Juni 30. Velletri.

Lucius episcopus, servus servorum dei, dilectis filiis Petro, priori ecclesiae sancti Sepulchri, eiusque fratribus, tam presentibus quam futuris, regularem vitam professis, IN PPM. — Pie postulatio voluntatis effectu debet prosequente compleri, quatenus et devotionis sinceritas laudabiliter accrescat et utilitas postulata vires indubitanter assumat. Eapropter, dilecti in domino filii, vestris iustis postulationibus clementer annuimus et ecclesiam sancti Sepulchri, in qua divino mancipati estis obsequio, ad exemplar predecessorum nostrorum, pie memorie Honorii [2]), Innocentii [3]), Coelestini [4]), Lucii [5]), Eugenii [6]), Alexandri [7]), Romanorum pontificum, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus et presentis scripti patrocinio confirmamus [d]). In primis siquidem statuentes, ut ordo canonicus, qui secundum deum [e]) et beati Augustini regulam in ipsa ecclesia institutus esse dinoscitur, perpetuis ibidem temporibus inviolabiliter observetur. Preterea, quascumque possessiones, quecumque bona eadem ecclesia impresentiarum iuste et canonice possidet aut in futurum concessione pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium seu aliis iustis modis, prestante domino, poterit adipisci, firma vobis vestrisque successoribus et illibata (per)maneant. In quibus hec propriis duximus exprimenda vocabulis: medietatem omnium oblationum, que ad Sepulchrum domini pertinebunt vel deferentur ad dominum, duas [f]) ecclesiae partes, unam pro luminaribus ecclesie, alteram vero ad servitium canonicorum semper habebit, tertia vero tantum venerabilis fratris nostri Eraclii patriarche et successorum eius usibus cedet, vivifice nihilominus crucis, que quidem custodie vestre deputatur, oblationes omnes, excepta sola die [parasceve] aut cum eumdem patriarcham [g]) vel successores suos necessitas compulerit eam in expeditionem portare, necnon et magnum altare, [quod est] in choro vestro cum omnibus oblationibus eidem provenientibus, carcerem [h]) quoque et altare cum omnibus, que ibi offerentur, altare sancti Petri et sancti Stephani et invente crucis [i]) cum altaribus et oblationibus cunctis, altare quod est ad caput sancti Sepulchri, parrochiale cum oblationibus suis, cathedram, que est pene [k]) magnum altare, et omnia, que ibidem vel in quocumque prescriptorum altarium missam patriarcha celebraverit, ad manum suam vel ad pedem offerentur, omnes etiam oblationes compass[i,

a) Andriani b) Id *theilweise auf Rasur* c) *zwischen der dritten* X *und* II *Rasur* d) privilegio communimus *Jaffé Reg. 10571* e) *so J. 10571, Abschr:* dominum f) deferentur, sed de cera duas *J. 10571* g) et cum patriarcha *Jaffé Reg. 7614* h) *so J. 10571, Abschr:* quam i) inventionem *J. 10571* k) post *J. 10571.* — .1) *Die Abschrift dieser Urkunde verdanke ich Herrn Arcidiacono Giovanni Tarantini zu Brindisi.* 2) *Jaffé, Reg. 5272.* 3) *Jaffé Reg. 5629, 5721, 5800.* 4) *Jaffé, Reg. 6004, 6006, 6007.* 5) *Jaffé Reg. 6095, 6118.* 6) *Jaffé Reg. 6252, 6434.* 7) *Jaffé, Reg. 7131, 7610, 7611, 7612, 7614.*

Digitized by Google

quod] in medio chori vestri est, plateam, que est inter portam ecclesie et colu(m)pnas, et aliam plateam inter easdem colu(m)pnas et hospitale sancti Iohannis, sicut in longum et latum protenditur, domos insuper, stationes, terras et quidquid in quarterio ecclesie et patriarche habetis et de cetero iuste acquirere poteritis, et omnes alias [a] domos, stationes et terras, quas infra Ierusalem et extra possidetis, item portus francos [b] Ierusalem, exceptis duobus, unum hospitalis et unum de latina, et specialiter illum, quem vobis patriarcha reddidit testimonio Petri, Tyrii archiepiscopi [c], qui cum(!) a vobis concedendum [d] tenuerat. Preterea ecclesiam et cimiterium extra portam David iuxta viam, qua itur Bethleem, dimidiam etiam partem illius possessionis, quam primus rex Balduinus [1] pro excambio episcopatus Bethleemitici prefate domini(ci) Sepulchri ecclesie dedit, omnes decimas civitatis Ierusalem et totius episcopatus, exceptis decimis funde(!), a bone memorie Arnulfo, quondam Ierosolimitano patriarcha, rationabiliter vobis concessis, et sicut eas in presentiarum pacifice possidetis, et alias etiam decimas, quas in eadem civitate et episcopatu legitime poteritis imposterum adipisci, vobis et eidem ecclesie vestre auctoritate apostolica confirmamus. In Neapoli [e] terram, quam Amalricus, illustris Ierosolimorum rex [2], in Novo burgo vobis donavit, et ecclesiam, quam ibidem cum cimiterio ex concessione pie [f] recordationis Amalrici [g], Ierosolimitani patriarche, hedificare cepistis, et quidquid iuris habetis apud Neapolim et in confinibus eius, viginti et unum casalia, que dux Codefredus [3] [h] cum pertinentiis suis ecclesie vestre dedit, villas etiam, quas hedificastis, magnam Machomasiam [i] videlicet et parvam et Bethsuri [k] et alias, quas hedificare fecistis [l], ubi Latini habitabunt, cum ecclesiis et omni integritate iustitie et iuris parochialis, item Ihecue [m] cum omnibus pertinentiis suis, et ecclesiam Quarentene [n] cum pertinentiis suis, Celadram [o] et terram, quam emistis a Iohanne Comano [p], et omnia casalia cum pertinentiis eorum, que emistis ab Hugone de Hybellino [q], ecclesiam sancti Petri in Ioppe[n] cum bonis [r] et dignitatis sue integritate, quemadmodum eam quiete nunc possidetis, et decimam, quam recepistis in toto comitatu illo a rege et a religiosis hominibus et ab omnibus christianis, quemadmodum eos [s] habetis apud Yerichum [t] et in confinio eius, quidquid iuris habetis sub potestate et dominio domini de Arsur [u] apud Cesaream et in toto archiepiscopatu eius, castra in Nicopoli Bornum [v] iuxta Caephas, Cabul [w], Leeam, Costantiam [x], que in toto archiepiscopatu Nazareno et in Aconensi episcopatu atque in toto Tyrii [y] archiepiscopatu, et omnia nihilominus, que in universo patriarchatu et regno Ierosolimitano rationabiliter possidetis vel possessuri estis, [item quicquid iuris apud] montem Peregrinum, [et in toto episcopatu Tripolitano habetis, et in] Antiochia . . . . . cum . . . . . et patriarchatu certo habetis vel habituri, deo adiuvante [z], legitime [acquirere poteritis. Preterea omnes possessiones, quas citra] Sicilia et Calabria apud [mare habetis in regno Sicilie, videlicet in ipsa [aa]] . . . . . ecclesiam sancti Sepulchri et sancti Laurentii, apud Brundusium . . . . . ecclesiam sancti Bartholomei cum omnibus pertinentiis, apud Venusiam ecclesiam sancte Marine cum omnibus pertinentiis, et ecclesiam sancti Iohannis de Ne . . . . . cum omnibus pertinentiis suis, apud . . . . . pertinentiis suis, apud Montempilosum ecclesiam sancte Marie Magdalene cum omnibus pertinentiis suis, apud . . . . . pertinentiis suis, apud Vestallam ecclesiam sancti Martini cum omnibus pertinentiis suis, apud Potentiam ecclesiam sancti Laurentii cum pertinentiis suis, apud Troiam ecclesiam sancti Sepulchri cum omnibus pertinentiis suis . . . . . Marie de Bolneo cum omnibus pertinentiis suis, ecclesiam sancte Margarite de Penna cum omnibus pertinentiis suis, apud Beneventum ecclesiam sancti Theodori cum omnibus pertinentiis suis, apud . . . . . confinibus [bb] eius, in Tuscia etiam et in tota Italia

a) *Fehlt J. 10571* b) omnes furnos *J. 10571, obiges vielleicht verlesen* c) Tyri et antemurale ex dono bonae memoriae Petri, quondam Tyrensis archiepiscopi *J. 7674;* Petri, Tyriensis archiepiscopi *J. 10571* d) quem a vobis commodatum *J. 10571* e) *so J. 10571, Abschr:* Hierapoli f) felicis *J. 10571* g) Almarici h) Gotifridus *J. 10571* i) Machomariam *J. 10571* k) Bethtsurit *J. 10571* l) alias omnes, quas edificaturi estis *J. 10571* m) Thecue *J. 10571* n) *so J. 10571, Abschr:* quam habetis o) Geladiam *J. 10571* p) Gomagno *J. 10571* q) Ybelino *J. 10571* r) honoris *J. 10571* s) quicquid iuris *J. 10571, besser als das obige* t) Ascalonam *J. 10571* u) Arsurii *J. 10571* v) castrum Fe[n]iculi, domum *J. 10571* w) Gebul *J. 10571* x) Lo Cara, cuncta etiam *J. 10571* y) Tyrensi *J. 10571* z) et in toto patriarchatu et principatu eius vel in futurum, deo donante *J. 10571* aa) *die Stelle im Or. unlesbar, aus J. 10571 ergänzt, doch hört hier die Sicherheit auf, weil die Texte anfangen stärker von einander abzuweichen. Unsere Urkunde führt mehr Besitzungen auf* bb) quicquid iuris Rome et in omnibus finibus *J. 10571.* — 1) *Balduin I, König von Jerusalem, 1100—1118.* 2) *Amalrich I, König von Jerusalem, 1162—1173.* 3) *Gottfried von Bouillon, Herzog, 1099—1100.*

Digitized by Google

habetis vel habituri estis, omnia insuper, que in toto regno Francie et universis eidem iure subiacentibus provinciis, et tenimentis, et in cunctis regnis et civitatibus [a]) Ispaniarum, seu ubique locorum, et specialiter in transmontanis supradicta [b]) dominici Sepulchri ecclesia legitime possidere dinoscitur vel in futurum, largiente domino, adquirere poterit. Omnes nihilominus [antiquas] et rationabiles consuetudines ecclesie vestre vobis vestrisque successoribus perpetualiter confirmamus. Sane de his et aliis possessionibus et bonis vestris liberam disponendi [communi tamen consilio ad honorem dei et ecclesie vestre profectum] habeatis facultatem. Decedente vel transfretante patriarcha Ierosolimitanorum, prior et canonici, qui pro tempore in eadem ecclesia fuerint, domum, ut institutum est, et familiam patriarche [et omnia, que ad ius eius] spectant, intus et extra fideliter custodient et regent, donec alter secundum dominum substitutus fuerit vel donec ipse redierit, si transfretatus erit. Porro medietatem possession[um] [c]), que [inter vos communes] fuerint [d]) in Anglia, in Dacia, in Alemannia, Polonia, Rutenia, Ahagia [e]), Ungaria, Constantinopoli et omnibus finibus eius, in quibus medietatem expensarum facere debetis, vobis confirmamus. Decernimus (ergo), quod nulli omnino hominum liceat, predictam ecclesiam temere perturbare aut eius possessiones auferre vel ablatas retinere, minuere seu quibuslibet oppressionibus fatigare, sed illibata et integra conserventur eorum, pro quorum gubernatione et sustentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura, salvis sedis apostolice auctoritate et Ierosolimitani patriarche canonica potestate et [preeminentia]. Si quecumque in futurum ecclesiastica secularisve persona, hanc nostre constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire temptaverit, secundo tertioque commonita, nisi presumptionem digna satisfactione correxerit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat et a sacratissimo corpore ac sanguine dei et redemptoris, domini nostri Iesu Christi, aliena fiat, atque in extremo examine districte ultioni subiaceat. Cunctis autem eidem loco iura servantibus sit pax domini nostri Iesu Christi. Operantes et hic fructum boni acti operis percipiant et apud districtum iudicem premium eterne pacis inveniant. Amen. Amen. Amen.

(R) Ego Lucius catholice [ecclesie episcopus] ss. (M)
† Ego Theodinus Portuensis et sancte [Rufine sedis episcopus ss.]
† Ego Petrus Tusculanus [episcopus] ss.
† Ego Paulus PRenes[tinus episcopus] ss.
— † Ego Petrus presbiter cardinalis tit. sancte [Susanne] ss.
† Ego Vivianus [f]) tit. sancti Stephani presbiter cardinalis ss.
† Ego Arduinus [g]) presbiter cardinalis tit. sancte Crucis in Ierusalem ss.
† Ego Matheus presbiter cardinalis tit. sancti Marcelli ss.
† Ego Laborans presbiter cardinalis tit. sancte Marie Transtiberim ss.
— † Ego Iacinthus [h]) diaconus cardinalis sancte Marie in Cosmedin ss.
† Ego Rainerius [i]) diaconus cardinalis sancte Georgii ad Velum aureum ss.
† Ego Gratianus [k]) sanctorum Cosme et Damiani diaconus cardinalis ss.
† Ego Ra(i)nerius diaconus cardinalis sancti Adriani ss.
† Ego Hugo diaconus cardinalis sancti Angeli ss.

Datum Velletri, per manus Alberti, sancte Romane ecclesie presbiteri cardinalis et cancellarii. II Kal. [l]) Iulii. [Indictione XV. Incarnationis dominice] anno MCLXXXII. Pontificatus vero domni Lucii PP. III anno primo.

Or. in der Kirche von S. Sepolcro zu Barletta.

Perg. ital., durch Feuchtigkeit stark zerstört, br. 0,6, lang 0,8, unten umgeschlagen, Schnur und Bleisiegel verloren. Eine mir übersandte Theilpause von Rota, Unterschrift und Monogramm lässt an der Originalität nicht zweifeln. Die vielfach mangelhafte Abschrift wurde namentlich aus Jaffé Reg. 10571 so weit als thunlich ergänzt. — Es ist das Verdienst des Herrn Arcidiacono Giovanni Tarantini zu Bari, dieses Dokument aufgefunden zu haben. Früher wurden viele Pergamente zu Barletta verwahrt, doch alle bis auf unsere Bulle sind verloren gegangen. Der Patriarch von Jerusalem hat 1306 ein altes Kreuz mit Splitter vom Kreuze Christi (dessen in unserer Bulle Erwähnung geschieht) und ein werthvolles Tabernackel der Kirche S. Sepolcro di Barletta gestiftet und vielleicht sind damals auch die Urkunden dorthin gekommen. — Bei dem Zustande der Urkunde dürfte die Abschrift nicht überall zuverlässig sein, auch nicht der ungewöhnliche Schluss des Konscripts.

---

a) comitatibus *J. 10571* b) locorum in partibus ultramontanis sepedicta *J. 10571* c) *so J. 10571. Abschrift hat* portion d) sunt ut *J. 10571* e) Avagia *J. 10571* f) Vincentius *Abschrift* g) Andreas *A.* h) Iacobus *A.* i) Raimundus *A.* k) Brunettus *A.* l) *das Datum ist nicht ganz sicher.*

Digitized by Google

Nr. 323.

Lucius III nimmt das Kloster Fucecchio (D. Lucca) in apostolischen Schutz und bestätigt seine Güter und Gerechtsame.

1182 November 8. Velletri.

Lucius episcopus, servus servorum dei, dilectis filiis Gregorio, abbati Ficeclensis monasterii, eiusque fratribus, tam presentibus quam futuris, regularem vitam professis, in perpetuum. Licet omnium ecclesiarum cura et sollicitudo . . . . . iniuncto nobis apostolatus officio sollicitudini nostre immineat, illis tamen, que specialius ac familiariter ad Romani pontificis ordinationem spectare noscuntur, ampliori nos convenit, caritatis studio imminere. Eapropter, dilecti in domino filii, vestris iustis postulationibus clementer annuimus et monasterium sancti Salvatoris, in quo divino mancipati estis obsequio, ad exemplar predecessorum nostrorum, qui inferius subscribuntur, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus et presentis scripti privilegio communimus. Statuentes, ut, quascumque possessiones, quecumque bona idem monasterium in presentiarum iuste et canonice possidet aut in futurum concessione pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium seu aliis iustis modis, prestante domino, poterit adipisci, firma vobis vestrisque successoribus et illibata permaneant. In quibus (hec) propriis duximus exprimenda vocabulis: baptismalem ecclesiam beati Iohannis evangeliste cum pertinentiis suis, capellam de Catiano, capellam de Conflentis, capellam de Petriolo et monasterium de Cappiano, preterea concordiam sive constitutionem inter antecessores vestros et plebem sancti Genesii super ecclesiam de Grimagneto, a predecessore nostro, felicis memorie pape Calixto, factam et sui scripti pagina roboratam, sicut in eius privilegio distinctum est, vobis nichilominus confirmamus. Sane prediorum sive allodiorum vestrorum decimas, a bone memorie Cot. [1]), Lucanensi episcopo, vobis indultas, vobis vestrisque successoribus sine questione aliqua permanere sancimus. Sancimus etiam, ut nec episcopo nec archiepiscopo cuiquam aut eorum ministris liceat, locum ipsum aut eius monachos nec adiacentes ecclesias de Sala Marthana cum capellis suis, vel presbiteros, ab abbate ibi constitutos, preter Romani pontificis conscientiam excommunicare aut interdicere. Crisma, oleum sanctum, consecrationes altarium seu basilicarum, ordinationes monacorum sive clericorum, qui ad sacros ordines fuerint promovendi, a quocumque malueritis, catholico suscipietis episcopo. Sepulturam quoque ipsius loci liberam esse decernimus, ut eorum, qui se illic sepeliri deliberaverint, devotioni et extreme voluntati, nisi forte excommunicati et interdicti sint, nullus obsistat, salva tamen iustitia matricis ecclesie. Obeunte vero te, nunc eiusdem loci abbate, vel tuorum quolibet successorum, nullus ibi qualibet subreptionis astutia seu violentia preponatur, nisi quem fratres communi consensu, vel fratrum pars consilii sanioris secundum dei timorem et beati Benedicti regulam providerint eligendum; electus autem ad Romanum pontificem benedicendus accedat. Porro nec ecclesiastica secularisve potestas super locum ipsum violentiam aut dominium exercere presumat, ut iuxta predecessorum nostrorum Gregorii VII [2]), Urbani II [2]), Pascalis [2]), Calixti [2]), Eugenii [3]), Anastasii [2]), Adriani [2]) et Alexandri [2]), Romanorum pontificum, constitutiones, ab omnium hominum iugo liber, sub apostolice sedis tantum iure ac ditione permaneat sitque semper eius filiis refugii portus et domicilium securitatis, ut ex eo proximis et forma virtutum et lumen effulgeat caritatis. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat, prefatum monasterium . . . usibus omnimodis profutura, salva apostolice sedis auctoritate. Si qua igitur . . . Cunctis autem . . . inveniant. Amen. A-m. Amen.

(R) Ego Lucius catholice ecclesie episcopus ss. (M)

† Ego Theodinus Portuensis et sancte Rufine episcopus ss.

— † Ego Iohannes tit. sancti Marci presbiter cardinalis ss.

† Ego Arduinus presbiter cardinalis tit. sancti Crucis in Ierusalem ss.

† Ego Laborans presbiter cardinalis sancte Marie Transtiberim tit. Calixti ss.

— † Ego Rainerius diaconus cardinalis sancti Georgii ad Velum aureum ss.

Dat. Velletri, per manum Alberti, sancte Romane ecclesie presbiteri cardinalis et cancellarii. VI Idus Novembris. Indictione prima. Incarnationis dominice anno MCLXXXII. Pontificatus vero domni Lucii pape III anno secundo.

Abschrift G. VIII 243 p. 174, in der Bibl. Chigiana zu Rom.

1) *Wird Got(ifredus) sein, Bischof von Lucca, c. 1089 —c. 1098.* 2) *Scheint nicht erhalten zu sein.* 3) *Urkunde vom 4 Juni 1152.*

Digitized by Google

Nr. 324.

Lucius III bestätigt dem Kloster Santa Maria della Rocca Besitzungen in Majano und Rocca [1]).

1182 November 8. Velletri.

Lucius episcopus, servus servorum dei, dilectis filiis, priori et sororibus [a]) monasterii sancte Marie de Rocca, salutem et apostolicam benedictionem. Iustis petencium desideriis dignum est, nos facilem prebere consensum et vota, que a rationis tramite non discordant, effectu prosequente complere. Eapropter, dilecti in domino filii [b]), vestris iustis postulationibus grato concurrentes assensu pratum, olivetum, servitia, consuetudines et alia in Mayano et Rocca villis a nobili viro W(ilhelmo), marchione Montis ferrati [2]), et abbate Fructuriensi pia vobis intentione collata, sicut ea iuste et sine controversia possidetis et in publicis instrumentis, super hoc editis, plenius continetur, devotioni vestre auctoritate apostolica confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus. Statuentes, ut nulli omnino hominum liceat, hanc paginam nostre confirmationis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare presumpserit, indignationem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli, apostolorum eius, se noverit incursurum. — Datum Velletri, sexto Idus Novembris.

Or. (?) Parchemin H. 160. X. L. 185 côte Nr. 29, in der Bibl. Reale zu Turin.

Nr. 325.

Lucius III bestätigt dem Kapitel von S. Simeon in Trier die Beilegung des Streites zwischen ihm und den Bürgern von Coblenz wegen des Zolls von Coblenz [3]).

1182 December 24. Velletri.

Lucius episcopus, servus servorum dei, dilectis filiis, Gerardo preposito et canonicis sancti Symeonis, salutem et apostolicam benedictionem. Iustis petentium desideriis facilem nos convenit impertiri [c]) consensum et vota, que a rationis tramite non discordant, effectu debent prosequente compleri. Eapropter, dilecti in domino filii, vestris iustis postulationibus grato concurrentes assensu, compositionem inter vos et cives Confluentinos super theloneo Confluentino, mediante venerabili fratre nostro, Treverensi archiepiscopo, canonice factam, sicut ab utraque parte recepta est et in autentico scripto ipsius archiepiscopi plenius continetur, ratam habentes, devotioni vestre auctoritate apostolica confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus; statuentes, ut nulli omnino hominum liceat, hanc paginam nostre confirmationis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli, apostolorum eius, se noverit incursurum. — Datum Velletri [d]), IX Kalendas Ianuarii.

Abschrift Eltester's nach dem grösseren S. Simeoner Chartular in der Stadtbibliothek zu Trier. S. 21 vom 14 Jahrhundert und moderne Abschrift, im Staatsarchive zu Coblenz.

Nr. 326.

Lucius III nimmt das Kloster Möllenbeck (D. Minden) mit seinen Besitzthümern und Rechten in apostolischen Schutz [4]).

1182—1183 März 17. Velletri.

Lucius episcopus, servus servorum dei, dilectis in Christo filiabus, Mechtildi abbatissae ac conventui de Molenbeke, salutem et apostolicam benedictionem. Virginibus sacris, quae sub habitu religionis domino placere desiderant, tanto propensius debet adesse apostolicae sedis praesidium, quanto pro fragilitate sexus minus videntur se posse tueri. Eapropter, dilectae in domino filiae, vestris iustis postulationibus grato

a) *In der Urkunde vom 4. Nov.* dilectis in Christo filiabus, s. priorisse et sororibus b) *4 Nov.* filie c) impertire *B.* d) Vellencze *A*, Vellens *B.* — .1) *Die Abschrift dieser Urkunde verdanke ich Herrn Baron Manno in Turin. — Vergl. die Urkunde vom 4 November 1182, Monum. Stor. Patriae. Chart. II p. 1103.* 2) *Rocca lag im Gebiete Monteferrato dicht am Po.* 3) *Die Abschrift dieser Urkunde verdanke ich durch Herrn Staatsarchivar Dr. Becker dem Herrn Archivar Dr. Panzer.* 4) *Jaffé Reg. 9504, sehr seltener Druck, entnommen: Hoyer, Relatio historica de fundatione monasterii Molebeccensis, Rinteln 1626; fehlt in Migne Patrol. CCI. — Die Abschrift dieser Urkunde verdanke ich Herrn Archivrath Dr. Albert von Strauss und Torney in Bückeburg.*

Digitized by Google

concurrentes assensu, monasterium vestrum, in quo divino estis obsequio mancipatae, cum possessionibus et omnibus bonis, quae in praesentiarum iusto noscitur titulo possidere vel in futurum iuste poterit adipisci, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus. Specialiter autem villam ipsam de Molenbecke, quam bonae memoriae Hildeburg mulier et Folkart presbiter, cum ipsum monasterium fundaverunt, ei pia devotione dederunt cum omnibus pertinentiis suis. Praeterea decimas de centum et viginti aratris, quas bonae memoriae Drogo, quondam Mindensis episcopus [1]), de assensu capituli sui sub pensione quinque solidorum exsolvendorum altari episcopalis ecclesiae annuatim ipsi monasterio assignavit, ita, quod semel in anno eo modo episcopus, qui pro tempore fuerit, in Mindensi ecclesia recipiatur ibidem, quo in caeteris locis suae diocesis recipi solet, et idem episcopus sit perpetuo mundiburdus ipsius coenobii, nisi episcopus mundiburdio ipso in dispendium coenobii videatur abuti, quia tunc liceret eis mundiburdium alium invenire, salva electione abbatissae, quam conventus debet libere celebrare, sicut rationabiliter statutum est et hactenus observatum atque in scripto praedicti episcopi et aliis instrumentis ipsius ecclesiae plenius continetur, auctoritate apostolica confirmamus et praesentis scripti patrocinio communimus. Statuentes, ut nulli omnino hominum liceat, hanc paginam nostrae protectionis et confirmationis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare praesumserit, indignationem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli, apostolorum eius, se noverit incursurum. — Datum Velletri, XVI Calend. Aprilis.

Abschrift im Staatsarchive zu Bückeburg.

Nr. 327.

Lucius III bestätigt dem Kloster San Benedetto Po (D. Mantova) die Besitzungen, welche ihm vom Patriarchen Heinrich von Grado und dem Bischofe Leonardo von Altino-Torcello gegen den Bischof Presbiterinus von Ferrara zuerkannt worden sind.

1182—1183 März 24. Velletri.

LUCIUS episcopus, servus servorum dei, dilectis filiis . . abbati et conventui sancti | Benedicti super Padum, salutem et apostolicam benedictionem. Significantibus vobis ad audienti|am apostolatus nostri pervenit, quod, cum inter vos et bone memorie .P(resbiterinum), quondam Ferrariensem episcopum [2]), super quibusdam possessionibus controversia emersisset, sancte recordationis Alexander papa, predecessor noster, venerabilibus fratribus nostris .H(enrico) [a]), Gradensi patriarche [3]), et L(eonardo) [a]), Torcellano episcopo [4]), sublato appellationis obstaculo, delegavit. Ipsi vero, episcopo se per contumaciam absentante, contra eum sententiam promulgarunt. Episcopus autem, licet per annum et amplius post sententiam vixerit, satisdare neglexit. Inde est, quod vestris postulationibus annuentes, possessionem, vobis adiudicatam, salva questione proprietatis, auctoritate vobis apostolica confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus. Statuentes, ut nulli omnino hominum liceat, hanc paginam nostre confirmationis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare presumpserit, indignationem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli, apostolorum | eius, se noverit incursurum. — Dat. Velletri, VIIII Kl. April.

Or. im Archivio di Stato zu Mailand.

Perg. ital., br. 0,157, lang 0,158, unten 0,013 umgeschlagen, durch zwei Löcher ging die Schnur, welche mit dem Bleisiegel verloren, Faltung der Breven.

Nr. 328.

Lucius III beauftragt den Abt von San Procolo und den Prior von San Giovanni in Monte, die Rechtmässigkeit der bestrittenen Erhebung eines Kapellans von Santo Stefano [5]) zum Erzpriester von Sala zu entscheiden.

1182—1183 Mai 4. Velletri.

Lucius episcopus, servus servorum dei, dilectis filiis .G. [b]) abbati sancti Proculi [6]) et . . priori [c]) sancti Victoris | Bononiensis, salutem et apostolicam benedictionem.

a) *Mit anderer Dinte eingetragen* b) *mit dunklerer Dinte eingetragen* c) *der Raum zwischen den beiden Punkten ist freigeblieben, er sollte offenbar die Nameninitiale aufnehmen.* — 1) *Drogo, Bischof von Minden, 886—902.* 2) *Presbiterinus, Bischof von Ferrara, 1175—1181.* 3) *Heinrich Dandolo, Patriarch von Grado, 1131—1186.* 4) *Leonardus, Bischof von Altino-Torcello, 1177—c.1185.* 5) *Alle drei in Bologna.* 6) *San Procolo, parrochia dei benedettini neri. La chiesa era stata formata sotterra nell' anno 300 ed era intitolata al santo pontefice Sisto I, nel 370 il vescovo S. Eusebio la intitolò a S. Procolo. Cappelletti III. p. 572.*

Digitized by Google

Dilecti filii nostri, prior et canonici sancte Marie de Reno, transmissa nobis insinuatione monstrarunt, quod, cum in ecclesia de Sala [1]) ius haberent patronatus ipsius ecclesie, archipresbitero mortuo predictus prior ad locum illum accessit, ut cum patronis illis et clericis omnibus de archipresbiteri substitutione [a]) tractaret. Cum autem patroni et clerici inter se penitus dissentirent, omnes electionem prefato priori unanimiter commiserunt, sed, eo de assensu omnium, duobus vel tribus tantum exceptis, quendam presbiterum prescripti castri in archipresbiterum eligente, post recessum eius quidam capellanus abbatis sancti Stephani [b]) Bononiensis, mutato quorundam patronorum consilio, in archipresbiterum est electus. Licet autem fu[is]set postmodum, appellationis obstaculo interposito, a memorato priore prohibitus, ut amministrationem ecclesie non susciperet, antequam de prioris presbiteri electione constaret, utrum irritari deberet vel etiam confirmari, nichilominus tamen, appellatione contempta, officium archipresbiteratus exercuit et administrationem minus ordinate recepit. Inde est, quod discretioni vestre per apostolica scripta mandamus, quatinus, partibus convocatis, rationes et allegationes, que hinc inde proposite fuerint, audiatis et, appellatione remota, quod iustum fuerit, iudicetis. Si vero memoratus capellanus se contumaciter absentaverit, quominus ad vestram presentiam veniat et coram vobis iustitie pareat, ipsum, remoto appellationis obstaculo, censura ecclesiastica per|cellatis. — Dat. Velletris, IIII Non. Maii. —

Or. und Regest (Mem. can. di S. Salvatore), im Archivio di Stato zu Bologna.

Perg. ital., br. 0,16, lang 0,152, unten 0,015 umgeschlagen, durch zwei Löcher geht die Hanfschnur, deren Bleisiegel verloren. Faltung der Breven. Durch das gefaltete Pergament ist ein Loch gemacht und darin ein Hanffaden hängend, in wie weit dies ursprünglich, nicht zu sagen. Eine Aufschrift, wie sie die Sekrete haben, fehlt.

Nr. 329.

Lucius III beauftragt die Bischöfe von Piacenza, Parma, Cremona und Tortona und den Kanonikerkonvent von Borgo San Donnino (D. Parma), ihre Pfarrangehörigen zu veranlassen, dem Kloster Santa Maria Teodota di Pavia zurückzuerstatten, was sie ohne Zustimmung von dessen Kapitel besitzen [2]).

1182—1183 Mai 17. Velletri.

Lucius episcopus, servus servorum dei, venerabilibus fratribus . . Placentino [3]) . . Parmensi [4]) . . Cremonensi [5]) et . . Terdonensi [6]) episcopis et dilectis filiis . . preposito et canonicis sancti Dom|nini, salutem et apostolicam benedictionem. Dilectarum in [c]) Christo filiarum nostrarum . . abbatisse et sororum sancte Marie Teodote, transmissa nobis relatio patefecit, quod .D., quondam [7]) intrusa ipsius monasterii, de prediis eius sine consc[ien]tia et assensu conventus quibusdam vendendo [d]) et infeudando concessit et Cec[ili]a, que illi successit, similiter aliqua dedit et, que ab illa data fuerant, ut potuit, confirmavit. Quocirca discretioni vestre per apostolica scripta precipiendo mandamus, quatinus parrochianos vestros, ut, que illis [a] prefata .D. sine assensu capituli concessa sunt vel ab altera confirmata, monasterio sine difficultate restituant, districtius moneatis. Quod si facere forte noluerint, eos, appellatione remota, excommunicatio|nis vinculo innodetis et faciatis, sicut excommunicatos usque ad satisfactionem | congruam evitari. — Dat. Velletri, XVI Kl. Iunii.

Or. im Archivio di Stato zu Mailand.

Perg. ital., br. 0,142, lang 0,125, unten 0,014 umgeschlagen, durch zwei Löcher geht die Hanfschnur, welche mit dem Bleisiegel verloren, Faltung der Breven.

---

a) *Theilweise auf Rasur* b) *theilweise auf Rasur* c) arum in *auf Rasur* d) *hinter* o *Rasur.*

1) *Wohl Sala Baganza, Comm. nell' Emilia, prov. e circond. di Parma.* 2) *Vergl. die Urkunde vom 13 Juli 1180.* 3) *Thedald, Bischof von Piacenza, 1167—1192.* 4) *Bernard II, Bischof von Parma, 1172—1194.* 5) *Sicardus, Bischof von Cremona, 1185—1215.* 6) *Wohl Oddo II.* 7) *Vergl. die Urkunde vom 9 October 1167—1169.*

Digitized by Google

Nr. 330.

Lucius III bestätigt dem Kloster Santa Maria Teodota di Pavia die Beilegung seines Streites mit dem Erzpriester von Borgo San Donnino (D. Parma), wegen der Kirche Santa Maria di Borgo San Donnino, wie sie vom Papste Eugen III gefertigt worden [1]).

1182—1183 Mai 18. Velletri.

LUCIUS episcopus, servus servorum dei, dilectis in Christo filiabus . . abbatisse et sororibus monasterii | sancte Marie Theodote, salutem et apostolicam benedictionem. Relatum est nobis ex parte vestra, quod, cum pro controver|sia, que inter vos et bone memorie .R. archipresbiterum de Burgo sancti Domnini, super ecclesia sancte Marie ipsius burgi emerserat, utraque pars se conspectui felicis recordationis predecessoris nostri Eug(enii) presentasset, controversiam ipsam amicabili compositione sopivit [2]), ita quod, cum presbiter in ipsa ecclesia fuerit ordinandus, archipresbitero presentetur, archipresbiter vero ei animarum curam committat. Presbiter autem, qui in eadem ecclesia ministrabit, generale interdictum et sententiam, quam in aliquem spiritualiter archipresbiter in sua parrochia tulerit, suscipiet ac servabit et ecclesie sue quartam partem eorum, que pro mortuis ex testamento ipsius loci offerentur, presbitero exhibebit. Sed in ecclesia sancte Marie vel persona presbiteri, archipresbiteri, qui pro tempore fuerint, nichil aliud, quam in concordia prescripta statutum est, disponendi vel exigendi facultatem habebunt. Quam utique compositionem felicis memorie predecessores nostri Adrianus [3]) et Alexander [4]), Romani pontifices, auctoritate apostolica postmodum confirmarunt. Unde, quoniam eam a nobis quoque petitis confirmari, nos, vestris postulationibus annuentes, ipsam, sicut in autentico scripto prefati pape Eug(enii) continetur, auctoritate apostolica confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus. Statuentes, ut nulli omnino hominum liceat, hanc paginam nostre confirmationis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare presumpserit, indignationem omnipo|tentis dei et beatorum Petri et Pauli, apostolorum eius, se noverit incursurum. — Dat. Velletri, XV Kl. Iunii.

Or. im Archivio di Stato zu Mailand.

Perg. ital., br. 0,202, lang 0,194 unten 0,017 umgeschlagen, durch zwei Löcher geht die rosa und gelbe Seidenschnur, deren Bleisiegel verloren, Faltung der Breven.

Nr. 331.

Lucius III befiehlt dem Klerus und Volke von Oritano, es nicht übel zu nehmen, wenn in der Kirche von Brindisi das Chrisma bereitet werde [5]).

1183 Januar 2. Velletri.

Lucius episcopus, servus servorum dei, dilectis filiis, clero et populo Oritano, salutem (et apostolicam benedictionem). Cum translatione ecclesiarum dignitates pariter transferantur, miramur, sicut possumus de ratione mirari, quod eam quaeritis ecclesiae vestrae auctoritatem honoremque servari, quam habuisse dignoscitur, ante quam metropolis Brundusii transferretur, quamquam apud Brundusium multo maior multitudo moretur et in sacris sit canonibus institutum, ut episcopus in villis esse non debeat vel modicis vicis. Quia igitur contra Brundusinam ecclesiam, cui sicut metropoli reverentiam exhibere tenemini, non est vobis super hoc aliquatenus litigandum, universitati vestrae per apostolica scripta mandamus atque praecipimus, quatenus in praescripta ecclesia chrisma confici, sicut in privilegiis continetur, quae illi apostolica sedes indulsit, non moleste feratis, nec propter hoc aliquam praescriptae ecclesiae vel archiepiscopo subtrahatis reverentiam aut honorem, quia non est vobis super hoc aliquatenus disceptandum, cum nihil ex hoc vestrarum saluti depereat animarum. — Datum Velletri, IV Nonas Ianuarii.

Abschrift des Codex diplom. ecclesiae Brundusinae, im Archivio Capitolare zu Brindisi.

---

1) *Vergl. die Urkunde vom 20 October 1170—1180 und 8 November 1184—1185.* 2) *Die darüber ausgestellte Urkunde scheint nicht erhalten zu sein.* 3) *Ebenso wie Anm. 2.* 4) *Vergl. Anm. 1.* 5) *Die Abschrift dieser Urkunde verdanke ich Herrn Arcidiacono Giovanni Tarantini zu Brindisi. — Vergl. die Urkunde vom 24 December 1160 und 20 October 1173—1174.*

Digitized by Google

Nr. 332.

Lucius III berichtet dem Erzbischofe Wilhelm von Monreale, dass den zukünftigen Bischöfen von Catania nicht mehr das Pallium verliehen werden solle [1]).

1183 Februar 4. Velletri.

Lucius episcopus, servus servorum dei, venerabili fratri Wilhelmo, Montis regalis archiepiscopo, salutem et apostolicam benedictionem. Iniuncta nobis omnium ecclesiarum sollicitudo nos ammonet, sic de illarum statu curam gerere, ut, sublata eis penitus materia iurgiorum, nullum sumere debeant et emergentis discordie scandalo detrimentum. Eapropter, ne occasione pallii, cuius usum de indulgencia sedis apostolice Cathaniensis episcopus solitus est habere, inter predictam ecclesiam Montis regalis, cui deo auctore preesse dignosceris, et Cathaniensem episcopum quelibet dissentio futuris temporibus oriatur, apostolica sanctione decernimus et tam tibi, quam successoribus tuis, presenti pagina confirmamus, ut post obitum venerabilis fratris nostri, Cathaniensis episcopi, qui nunc in eadem ministrat ecclesia [2]), successores eius ab usu pallii debeant amodo penitus abstinere. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat, hanc paginam nostre constitutionis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli, apostolorum eius, se noverit incursurum. — Dat. Velletri, II Nonas Febr.

Abschrift vom 14 Jahrh. des Cod. Vat. 3880 p. 28b, in der Bibl. Vaticana zu Rom.

Nr. 333.

Lucius III bestätigt und fixirt dem Erzbischofe Wilhelm von Monreale die Besitzthümer und Rechte seiner Kirche [3]).

1183 Februar 5. Velletri.

Lucius episcopus, servus servorum dei, venerabili fratri W(ilhelmo), archiepiscopo Montis regalis, eiusque successoribus canonice instituendis, in perpetuum. Cum ex iniuncto nobis a deo apostolatus officio universos homines ad divini cultus instanciam, quantum gratia donaverit, creatoris et exemplo et verbo inducere teneamur, et desideria pietatis pastorali studio promovere, que a regibus Sicilie [a]) ad augmentum divine glorie salutemque fidelium pro reverencia divinitatis aguntur, tanto propensius apostolico prosequi favore debemus, et illis promovendis et conservandis insistere, quanto ex eis cercius et salus provenit animarum et virtutis datur exemplum. Hac itaque consideratione ducti, gloriosum ac memorabile opus, quod karissimus in Christo filius noster W(ilhelmus), illustris Sicilie rex, divini amoris igne succensus, de commissa tibi ecclesia ad laudem divinitatis et gloriam ac profectum populi Christiani et celestis retributionis augmentum fecisse dinoscitur, commendatione debita et favore apostolico prosequentes, beneficia eius, tam in possessionibus, quam in honoribus et inmunitatibus ac libertatibus, magnifica eidem loco liberalitate depensis, sicut in privilegio, quod bulla eius insignitum est, continetur, auctoritate apostolica roboramus et firma et illibata perpetuis temporibus decernimus permanere. In quibus ea, que subtus scripta sunt, decrevimus annotanda: castrum sancti Iati, et castrum Corilionis, et castellum Kalatatrasi, et castellum Bathallarii cum omnibus tenimentis et pertinenciis eorum, tam in demanio, quam in servicio, secundum divisiones eorum, que continentur in privilegio regio, exinde facto et sigillo munito, in quibus demanium quidem libere et absque omni dedit exactione servicii. Adiecto etiam, quod si contigerit, aliquem baronum predictorum castellorum decedere, nullo herede relicto, qui de iure ac regie curie debeat constitutione succedere, feudum, quod baro ipse tenuerit, ab ecclesia in demanium ipsius potestatemque deveniat; casale preterea, quod dicitur Bulchar, iuxta ea(n)dem ecclesiam constitutum, cum molendinis et omnibus pertinentiis suis, et molendinum, quod subtus ipsam ecclesiam noviter est constructum, cum universis pertinenciis suis, ecclesias preterea sancte Kuriacie et sancti Silvestri cum vineis, caminetis, aquis, casalibus et omnibus tenimentis et pertinenciis earum. In Messana civitate ecclesiam sancti Clementis cum omnibus tenimentis et per-

a) regibus et principibus seculi, *bei Del Guidice.* —. 1) *Vergl. die Urkunde vom 19 October 1188.* 2) *Robert, Bischof von Catania, 1171—c. 1184. Seit 1168 war Catania exemt und durch das Pallium ausgezeichnet, es wurde dann Suffraganbisthum von Monreale.* 3) *Vergl. Jaffé, Reg. 9534 vom gleichen Tage und die Urkunde vom 15 Januar 1176. Vergl. Nachwort.*

Digitized by Google

tinenciis suis. In Calabria ecclesiam sancte Marie de Maccla [a]), et capellam sancti Mauri apud Russanum cum omnibus tenimentis et pertinenciis earum. In civitate Panormi [1]) et pertinenciis eius domum, que fuit quondam Gayti Martini, regii camerarii, apud Kemoniam cum iardino et omnibus pertinenciis suis, et iuxta portam Rote, libere et absque aliqua datione, molendinum unum ad molandas cannas mellis, quod Sarracenice dicitur, massam [b]) cum omnibus iusticiis et pertinenciis suis, vineam que fuit quondam notarii Symonis, quam regia curia emit ab eo, cum turri, caminetis et omnibus tenimentis suis, vineam que fuit quondam Silvestri comitis Marsici, quam curia emit a comite Wilhelmo filio eius, domum quoque ipsorum positam iuxta ecclesiam sancte Marie de Amirato cum cappella, furno, ortis et omnibus tenimentis ac pertinenciis suis, et iardinum, quod dicitur Marandi, quod est subtus aquam Cribelli cum omnibus iusticiis et pertinenciis suis, tunnariam quoque, que est in insula, que dicitur Fimi, prope portum Gali, cum omnibus pertinenciis, iusticiis et racionibus suis, ut omni tempore liceat ipsi ecclesie ad utilitatem suam piscationem tunnorum vel alias utilitates, quascumque voluerit, absque exactione aliqua exercere. In Apulia vero civitatem Bitecte cum omnibus iustis tenimentis et pertinenciis suis, tam in demanio, quam in servicio, sicut ab eodem rege absque omni exactione servicii data est et privilegio confirmata. Ex largicione preterea regia Busakinum cum omnibus tenimentis et pertinenciis suis, libere ac sine servicio perpetuo possidendum, ecclesiam quoque sancti Spiritus de Brundusio cum tenimentis suis [c]), et totam terram, que fuit olim Geoffredis de Batallario cum omnibus villanis ac iustis tenimentis et pertinenciis suis, libertates preterea et immunitates, eidem venerabili loco a iam dicto rege concessas et privilegio confirmatas, auctoritate apostolica confirmamus et perpetuis temporibus illibatas manere sanctimus, que utique taliter in scripto eius leguntur expresse: Concedimus [d]) pretaxato monasterio liberam potestatem [e]) semper habendi quinque sagittias in portu Panormi et mari, eidem civitati adiacenti, vel ubicumque in Sicilia aut in aliis partibus regni nostri [2]) abbas [f]) eiusdem monasterii eas habere voluerit, que ad opus conventus eiusdem libere officium piscationis exerceant, nec liceat baiulis illius terre vel loci, ubi sagittias ipsas ad piscandum statuerint, seu alicui eas inde modo quolibet impedire, aut ius aliquod ab eis exigere. De omnibus autem, que in regno nostro ad usum fratrum seu serviencium eiusdem monasterii empta vel ab aliquo donata fuerint vel oblata, vel de exteris partibus fuerint asportata, seu etiam de hiis, que reditibus terrarum et possesionum vel animalium suorum vel de quibuscumque aliis rebus suis vendiderint, ius aliquod exigi a baiulis, portulanis seu a quibuscumque aliis modis omnibus inhibemus. Similiter et de omnibus rebus eorum propriis, quas per portas urbis nostre Panormi vel aliarum civitatum et terrarum, tam Sicilie, quam tocius regni nostri miserint seu traxerint, ab eis ius aliquod nullatenus exigatur. Naves quoque vel alia propria et demania vascella eiusdem monasterii, ubicumque per totum regnum nostrum cum demaniis rebus suis pervenerint, tam in exitu, quam in introitu omnino libera constituimus, ut nil iuris vel exactionis ab eis propriis vel rebus ipsius monasterii ab aliquo requiratur. Concedimus quoque ipsi sancto monasterio g), ut cociescumque abbas [h]) vel conventus eiusdem monasterii [i]) ecclesiam seu ecclesias aut domos aliquas ex novo facere vel factas rehedificare aut preparare voluerit, habeant potestatem, queque ligamina pro predicto opere necessaria in quocumque nemore tam Sicilie, quam aliarum parcium regni nostri voluerint, libere et absque aliqua datione incidere et exinde asportare. Ad hec adicientes concedimus, ut omnia animalia propria ipsius monasterii et omnium obedienciarum eius in regno nostro ubique per demanium nostrum libere et absque aliqua datione pascantur, eis simili libertate concessa in omnibus terris archiepiscoporum, episcoporum et aliorum prelatorum, ecclesiarum et comitum et baronum nostrorum [k]) in transitu eorum, cum ipsa per eorum terras transire contigerit. Homines quoque seu equitaturas aut cetera animalia ipsius monasterii et obedienciarum et possessionum eius pro servicio galearum seu quolibet alio servicio capi vel ad angariam duci modis omnibus prohibemus. Liceat eciam abbati [l]) et fratribus, tam ipsius monasterii [m]), quam obedienciarum eius, clericos cuiusque ordinis seu laicos,

a) *Die ersten zwei Buchstaben nicht sicher, könnten auch* Cnaccla *gelesen werden* b) Massara *Del Giudice, wohl besser* c) suis et pertinentiis suis, ecclesiam sancti Sepulchri de Messana cum omnibus tenimentis et pertinentiis suis *bei Del Giudice mehr* d) et confirmamus *bei D. G. mehr* e) pretaxate ecclesie liberam *D. G.* f) archiepiscopus eiusdem ecclesie *D. G.* g) confirmamus quoque ipsi sancte ecclesie *D. G.* h) archiepiscopus *D. G.* i) ecclesie *D. G.* k) regni *D. G.* l) archiepiscopo *D. G.* m) ecclesie *D. G.* — 1) *Hier könnte etwas ausgefallen sein.* 2) *Das wiederholt vorkommende* regnum nostrum *ist einer königlichen Urkunde entlehnt; vergl. das Nachwort.*

Digitized by Google

e seculo fugientes, liberos tamen et absolutos, in sanitate quidem vel egritudine cum rebus et possessionibus suis ad conversionem vel fraternitatem eorum venientes, sine alicuius persone contradictione recipere et sine alicuius molestia retinere, exceptis feudis et possessionibus, que sunt alicui servicio obligate, que nec ipsi recipere nec illi offerre absque nostra nostrorum(que) heredum a) licencia presumant. Illud quoque prohibemus et auctoritate regia arcius interdicimus, ne aliquis de monasterio ipso vel obedienciis aut quibuscumque possessionibus eius, invito abbate b) et conventu eiusdem, vel prepositus obedienciarum et possessionum eius victum seu procurationem aliquam modo quolibet capere aut violenter exigere presumat. Nec nobis ipsis, nec heredibus nostris et nobis c) in regno succedentibus, nec alicui alii archiepiscopi eiusdem loci vel obedienciarum eius prepositi victum vel procurationem aliquam dare cogantur ab aliquo, nisi cum nos aut aliqui heredum nostrorum d) ecclesiam ipsam adire vel per obediencias aut tenimenta eius transire contigerit, duos panes tamen e) et de vino et aliis cibariis, que ibidem pro conventu fuerint preparata, sicut uni confratrum suorum, caritative nobis vel nostris f) heredibus representent. Et quoniam sepe solet contingere, ut delicta prelatorum in perniciem et iacturam ecclesiastice substancie convertantur, cum prelatis ecclesiarum amministracio quidem, non delapidatio concedatur, nos saluti et conservationi eorum, que iam dicte ecclesie tam a serenitate nostra g), quam a quibuscumque aliis concessa fuerint seu ab eodem monasterio h) fuerint acquisita, summa cum diligencia providere volentes, si forte, quod deus avertat, aliquando contigerit, aliquam gubernationem, ipsius monasterii gerentem, in aliquod delictum incidere, eum pro redimendo excessu suo ad aliquam bonorum ecclesie donationem omnino interdicimus convolare. Nichilominus heredes nostros etiam i) et omnes, nobis k) in regno succedentes, de pecunia vel aliis rebus ipsius monasterii l) pro aliquo dilecto prelatorum recipere aut ab eo m) modo quolibet aliquid extorquere, penitus interdicimus. Nolumus enim, monasterium n) delicta prelatorum lugere nec o) eorum quemquam, nisi forte pena debuerit, cohercere o), de iniusta inpunitate cum iactura monasterii p) gloriari. Preterea providentes quieti et paci ipsius monasterii p), ne aliquo tempore occasione aliquorum iusticiariorum molestias vel vexationes aliquas sustineret, perpetuo concedimus, ut, quicumque fuerit abbas q) ipsius monasterii p) constitutus, sit iusticiarius omnium terrarum et tenimentorum eiusdem monasterii p), tam eorum, que possidet modo, quam illorum, que, deo volente, in posterum ab ipso monasterio fuerint acquisita. Nec liceat alicui iusticiariorum nostrorum r), de causis, que inter homines ipsius monasterii p) emerserint, se aliquo modo intromittere, sed abbas q) ipsius monasterii p) eas determinet et decidat, et de hoc, quod de causis ipsis ad abbatem s) ipsum pervenerit, nichil curia nostra t) habeat, sed totum eidem monasterio p) cedat. Concedimus u) etiam, ut amodo et omni futuro tempore monachi et servientes ipsius monasterii p) et omnium obedienciarum eius et equitature eorum, cum a venerabili abbate v) ipsius monasterii p) vel a prioribus obedienciarum suarum mittuntur, et quecumque alia animalia ipsius monasterii p) vel obedienciarum eius per farum transire contigerit, libere et sine datione aliqua per ipsum farum transfretentur. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum fas sit, prefatam ecclesiam temere . . . usibus omnimodis profutura. Si qua igitur in futurum . . . Cunctis autem . . . inveniant. Amen. Amen.

(R) Ego Lucius catholice ecclesie episcopus ss. (M)
† Ego Theodinus Portuensis et sancte Rufine sedis episcopus ss.
† Ego Henricus Albanensis episcopus ss. w).
† Ego Paulus Prenestinus episcopus ss.
† Ego Petrus presbiter cardinalis tit. sancte Susanne ss.
† Ego Vivianus tit. sancti Stephani in Celio monte presbiter cardinalis ss.
† Ego Laborans presbiter cardinalis sancte Marie transtiberim tit. Calixti ss.
† Ego Ranerius presbiter cardinalis sanctorum Iohannis et Pauli tit. Pamachii ss.
† Ego Hubertus presbiter cardinalis tit. sancti Laurencii in Damaso ss. w).
† Ego Pandulfus presbiter cardinalis tit. basilice XII Apostolorum ss.
† Ego Iacobus diaconus cardinalis sancte Marie in Cosmidyn ss. w).

a) regis et heredum ipsius *D. G.* b) archiepiscopo *D. G.* c) ipsi regi nec heredibus eius et ipsi *D G.* d) ipsum regem aut aliquem heredum ipsius *D. G.* e) tantum *D. G.* f) ipsi regi vel ipsius *D. G.* g) regia *D. G.* h) ecclesia *D. G.* i) ipsius etiam regis *D. G.* k) ipsi *D. G.* l) ecclesie *D. G.* m) eis *D. G.* n) ecclesiam *D. G.* o) *Von* ec *bis* cohercere *durchstrichen; D. G.* si . . . coherceri p) ecclesie *D. G.* q) archiepiscopus *D. G.* r) regis *D. G.* s) archiepiscopum *D. G.* t) regia *D. G.* u) confirmamus *D. G.* v) archiepiscopo *D. G.* w) *fehlt bei D. G.*

Digitized by Google

† Ego Ardicio diaconus cardinalis sancti Theodori ss.
† Ego Gracianus sanctorum Cosme et Damiani diaconus cardinalis ss. a).
† Ego Bobo diaconus cardinalis sancti Angeli ss. a).
† Ego Gerardus sancti Adriani diaconus cardinalis ss.
† Ego Soffredus diaconus cardinalis sancte Marie in Via lata ss.
† Ego Octavianus diaconus cardinalis sanctorum Sergii et Bachi ss.
† Ego Albinus diaconus cardinalis sancte Marie nove ss.

Data Velletri, per manum Alberti, sancte Romane ecclesie presbiteri cardinalis et cancellarii. Non. b) Febr. Indictione I. Incarnationis dominice anno MCLXXXII. Pontificatus vero domni Lucii pape III anno secundo.

Abschrift vom 15 Jahrh. des Cod. Vat. 3880 p. 23, und Vat. 6420 p. 17, in der Bibl. Vaticana zu Rom. Die Varianten aus dem Drucke von Del Giudice, Tempio di Monreale II p. 44—48, dahinter p. 48 steht vermerkt: adest aliud privilegium seu bulla eiusdem Lucii pape III. Nonis eiusdem mensis Februarii, septem dies ante concessa, eodem die, quo ecclesia Montis Regalis fuit in archiepiscopatum ab ipso erecta, quasi in totum praecedenti privilego et bullae posteriori consimilis. Dies also ist die von uns gegebene Urkunde, verschieden von der bei Del Giudice edirten. Die Varianten sind namentlich wegen der Veränderung von abbas *und* monasterium, *in* archiepiscopus *und* ecclesia, *von* nos *in* rex *beachtenswerth, durch sie ergiebt sich auch, weshalb die zweite Urkunde überhaupt ausgestellt wurde. Die eigenthümliche Ausdruksweise von* nos *statt* rex *erklärt sich daraus, dass die Urkunde König Wilhelms II von 1176 August 9 (Del Giudice II p. 4,5) wörtlich wiedergegeben ist.*

Nr. 334.

Lucius III bestätigt dem Kloster Pätterlingen (D. Lausanne) seine Besitzthümer und Rechte.
1183 März 18. Velletri.

Lucius episcopus, servus servorum dei, dilectis filiis IOHANNI, priori Paterniacensis c) monasterii, eiusque fratribus, tam presentibus quam futuris, regularem vitam professis, IN PPM. — | Effectum iusta postulantibus indulgere 1) . . . . . inveniant. Amen. Am. Amen.

(R) Ego Lucius catholice ecclesie episcopus ss. (M)
† Ego Theodinus Portuensis et sancte Rufine sedis episcopus ss.
† Ego Henricus Albanensis episcopus ss.
† Ego Paulus Prenestinus episcopus ss.
— † Ego Petrus presbiter cardinalis tit. sancte Susanne ss.
† Ego Vivianus tit. sancti Stephani in Celio monte presbiter cardinalis ss.
† Ego Laborans presbiter cardinalis sancte Marie transtiberim tit. Calixti ss.
† Ego Rainerius sanctorum Iohannis et Pauli presbiter cardinalis tit. Pagmachii ss.
† Ego Hubertus presbiter cardinalis tit. sancti Laurentii in Damaso ss.
† Ego Pandulfus presbiter cardinalis tit. basilice XII Apostolorum ss.
— † Ego Iacintus sancte Marie in Cosmidin diaconus cardinalis ss.
† Ego Arditio diaconus cardinalis sancti Theodori ss.
† Ego Gratianus sanctorum Cosme et Damiani diaconus cardinalis ss.
† Ego Bobo sancti Angeli diaconus cardinalis ss. (2)
† Ego Soffredus diaconus cardinalis sancte Marie in Via lata ss.

Dat. Velletri, per manum Alberti, sancte Romane ecclesie presbiteri cardinalis et cancellarii. XV Kl. Aprilis. Indictione prima. Incarnationis dominice anno MCLXXXII 2). Pontificatus vero domni LUCII pp. III anno II. —

Or. im Staatsarchive zu Bern.

Perg. ital., br. 0,535, lang 0,695, unten umgeschlagen, durch zwei Löcher geht die gedrehte gelbe und rosa Seidenschnur, woran das Bleisiegel. Faltung der Bullen. Ringkreuz, Um- und Unterschrift und wohl auch die Inschrift vom Schreiber und der Dinte der Datirung herrührend. Die Zeugenfirmen wurden mit grosser Wahrscheinlichkeit alle von derselben Hand und Dinte gemacht, mit Ausnahme des letzten Presbyters und Diakonen. Bei jenem ist † Ego Pandulfus *von der Hand und braunen Dinte der übrigen Firmen ausgeführt, der Rest von einer dunkleren; bei Soffred zeigen* † E . . . . cardinalis sancte Marie in Via lata ss *die braune,* go Goffredus diaconus *die dunklere Pandulfs. Hienach scheint es fast, als habe der ursprüngliche Schreiber nicht den Namen des Kardinals von S. Maria in Via lata gewusst.*

---

a) *Fehlt bei D. G.* b) secundo Idus *D. G.* c) ern *und ein Theil des* i *auf Rasur.* — 1) *Vergl. Urkundenb. für d. Gesch. d. Stadt Bern I S. 125.* 2) *Urkb. d. St. Bern bringt hier unrichtig* MCLXXXIII.

Digitized by Google

Nr. 335.

Lucius III nimmt die Kollegiatkirche Santa Maria di Galdo (D. Benevent) in apostolischen Schutz und bestätigt ihre Besitzthümer und Rechte [1]).

1183 März 26. Velletri.

Lucius episcopus, servus servorum dei, dilectis filiis NATHAN, priori monasterii sancte Marie in Gualdo de territorio Floiani, eiusque fratribus, tam presentibus quam futuris, regularem vitam professis, IN PPM. — | Effectum iusta postulantibus indulgere et vigor equitatis et ordo exigit rationis, presertim, quando petentium voluntates et pietas adiuvat et veritas non relinquit. Eapropter, dilecti in | domino filii, vestris iustis postulationibus clementer annuimus et prefatum monasterium, in quo divino mancipati estis obsequio, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus et presentis scripti privilegio communimus. Statuentes, ut, quascumque possessiones, quecumque bona idem monasterium in presentiarum iuste et canonice possidet aut in futurum concessione pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium seu aliis iustis modis, prestante domino, poteritis adipisci, firma vobis vestrisque successoribus et illibata permaneant. In quibus hec propriis duximus exprimenda vocabulis: locum ipsum in quo prefatum monasterium situm est cum omnibus pertinentiis suis, ecclesiam sancte Marie sitam in territorio sancti Severi cum pertinentiis suis, ecclesiam sancti Mathei que est in territorio Dragonarie cum omnibus pertinentiis suis, olivetum quod est in territorio Banzi, et ecclesiam sancti Onofrii que est in territorio Pizzani cum omnibus pertinentiis suis. Obeunte vero te, nunc eiusdem loci priore, aut tuorum quolibet successorum, nullus ibi qualibet subreptionis astutia seu violentia preponatur, nisi quem fratres communi consensu vel fratrum pars consilii sanioris [a]) sibi regulariter providerint eligendum. Crisma vero, oleum sanctum, consecrationes altarium seu basilicarum, ordinationes monachorum seu clericorum vestrorum, qui ad sacros ordines fuerint promovendi, et cetera ecclesiastica sacramenta, a Beneventano suscipietis antistite, si quidem catholicus fuerit et gratiam atque communionem apostolice sedis habuerit et ea gratis et absque aliqua pravitate vobis voluerit exhibere. Alioquin liceat vobis, catholicum, quemcumque malueritis, adire antistitem, qui nimirum nostra fultus auctoritate, quod postulatur [b]), indulgeat. Sane novalium vestrorum, que propriis manibus aut sumptibus colitis, sive de nutrimentis vestrorum animalium nullus a vobis decimas exigere vel extorquere presumat. Preterea liceat vobis, clericos vel laicos, e seculo fugientes, liberos et absolutos, absque alicuius contradictione suscipere. Libertatem etiam vobis concedimus, ut nichil aliud, quam duas libras cere annis singulis Beneventano archiepiscopo solvere compellamini. Adicientes, ut laborem manuum tenere iuxta beati Benedicti regulam debeatis. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat, idem monasterium . . . usibus omnimodis profutura, salva nimirum sedis apostolice auctoritate et Beneventani archiepiscopi debita reverentia. Si qua igitur . . . Cunctis autem . . . inveniant. Amen. A-m. Amen.

(R) Ego Lucius catholice ecclesie episcopus ss. (M)
— † Ego Theodinus Portuensis et sancte Rufine sedis episcopus ss.
† Ego [c]) Henricus Albanensis episcopus ss. (4)
— † Ego Vivianus tit. sancti Stephani in Celio monte presbiteri cardinalis ss.
† (Ego) Laborans presbiter cardinalis sancte Marie transtiberim tit. Calixti ss.
† Ego Rainerius presbiter cardinalis sanctorum Iohannis et Pauli tit. Pagmachii ss.
† Ego Hubertus presbiter cardinalis tit. sancti Laurentii in Damaso ss. (2)
— † Ego Iacynctus diaconus cardinalis sancte Marie in Cosmydyn ss.
† Ego Arditio diaconus cardinalis sancti Theodori ss.
† Ego Gratianus sanctorum Cosme et Damiani diaconus cardinalis ss.
† Ego Bobo sancti Angeli diaconus cardinalis ss.
† Ego Gerardus sancti Adriani diaconus cardinalis ss.
† Ego Albinus diaconus cardinalis sancte Marie nove ss.

Dat. Velletri, per manum Alberti, sancte Romane ecclesie presbiteri cardinalis et cancellarii. VII Kl. Aprilis. Indictione prima. Incarnationis dominice anno MCLXXXIII. Pontificatus vero domni Lucii pape III anno II.

Or. (*Pergamene di Curia eccl. I*), *im Archivio di Stato zu Neapel.*
Perg. ital., br. 0,575, lang 0,558, das Umgeschlagene ist abgeschnitten, durch zwei Löcher ging die Schnur,

a) ris *auf Rasur* b) r *auf Rasur* c) *zwischen* † *und* Ego *Rasur eines* Ego. — .1) *Vergl. die Urkunde vom 14 April 1156 und 16 December 1197.*

Digitized by Google

welche mit dem Bleisiegel verloren. Faltung der Bullen. Der Balken des Ringkreuzes, Kopf und ein Theil vom Halse des E (Ego) *sind mit spitzerer Feder geschrieben, als das Uebrige. Ein Theil der Zeugenfirmen wurde von verschiedenen Händen ausgeführt; das* A *Alberts in der Datirung könnte nachgetragen sein, die Dinte ist der übrigen entsprechend.*

Nr. 336.

Lucius III nimmt die Kollegiatkirchen San Giovanni in Monte di Bologna in apostolischen Schutz und bestätigt ihre Besitzthümer und Rechte [1]*).*

1183 April 22. Velletri.

Lucius episcopus, servus servorum dei, dilectis filiis Ribaldo, priori ecclesie sanctorum Victoris et Iohannis de Monte [2]), eiusque fratribus, tam presentibus quam futuris, canonicam vitam professis, IN PPM. — | Pie postulatio voluntatis effectu debet prosequente compleri, ut et devotionis sinceritas laudabiliter enitescat et utilitas postulata vires indubitanter assumat. | Eapropter, dilecti in domino filii, vestris iustis postulationibus clementer annuimus et prefatam ecclesiam, in qua divino mancipati estis obsequio, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus et presentis scripti privilegio communimus. In primis siquidem statuentes, ut ordo canonicus [a]), qui secundum dei timorem et beati Augustini regulam in eo loco institutus esse dinoscitur, perpetuis ibidem temporibus inviolabiliter observetur. P[reterea], quascumque possessiones, [quecumque] bona [in] presentiaru[m ius]te et canonice possidet aut in futurum concessione p[ont]ificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium seu aliis iustis modis, prestante domino, poterit adipisci, firma vobis vestrisque successoribus et illibata permaneant. In quibus hec propriis duximus exprimenda vocabulis: loca ipsa, in quibus prefate ecclesie sanctorum Victoris et Iohannis site sunt, cum omnibus appenditiis suis, omnes possessiones, quas habetis in loco, qui dicitur Lupulent et Argellant et Flessem [b]) et Castanasium et Casellarum et Pa[te]rni ac Gleule; quicquid etiam iuris habetis infra ambitum Bononie vel [c]) extra in episcopatu Bononiensi, et quicquid iure emphiteotico prefata ecclesia habet ab ecclesia sancti Stephani. Sepulturam preterea illius loci liberam esse decernimus, ut eorum devotioni et extreme voluntati, qui se illic sepeliri deliberaverint, nisi forte excommunicati vel interdicti sint, nullus obsistat, salva tamen iustitia illarum ecclesiarum, a quibus mortuorum corpora assumuntur. Obeunte vero te, nunc eiusdem loci priore, vel tuorum quolibet successorum, nullus ibi qualibet surreptionis astutia seu violentia preponatur, nisi quem fratres communi consensu vel fratrum pars consilii sanioris secundum dei timorem et beati Augustini regulam providerint eligendum. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat, prefatam ecclesiam temere perturbare . . . . profutura, salva apostolice sedis auctoritate et diocesani episcopi canonica iustitia. Si qua igitur . . . Cunctis autem . . . inveniant. Amen. A-m. Amen. —

(R) Ego Lucius catholice ecclesie episcopus ss. (M)
† Ego Theodinus Portuensis et sancte Rufine sedis episcopus ss.
† Ego Henricus Albanensis episcopus ss. (3)
— † Ego Vivianus tit. sancti Stephani in Celio monte presbiter cardinalis ss.
† Ego Rainerius sanctorum Iohannis et Pauli presbiter cardinalis tit. Pagmachii ss.
† Ego Hubertus presbiter cardinalis tit. sancti Laurentii in Damaso ss.
† Ego Pandulfus presbiter cardinalis tit. basilice XII Apostolorum ss. (1)
— † Ego Gratianus sanctorum Cosme et Damiani diaconus cardinalis ss. (1)
† Ego Gerardus sancti Adriani diaconus cardinalis ss.
† Ego Soffredus diaconus cardinalis sancte Marie in Via lata ss.
† Ego Albinus sancte Marie nove diaconus cardinalis ss.

Dat. Velletri, per manum Hugonis, sancte Romane ecclesie notarii. X Kl. Maii. Indictione I. Incarnationis dominice anno MCLXXXIII. Pontificatus vero domni LUCII pp. III anno II.

Or. (S. Giovanni in Monte), im Archivio di Stato, und Abschrift (Aula 11. C. Caps. 34 p. 41), in der Bibl. dell' Università zu Bologna.

Or., Perg. ital., br. 0,49, lang 0,515, unten 0,026 umgeschlagen, durch zwei Löcher geht die rosa und gelbe Seidenschnur, an der das Bleisiegel hängt, Faltung der Bullen. Ringkreuz und E *der Unterschrift von schwererer Hand, als Umschrift und weitere Unterschrift; Datirung vom Hauptkörperschreiber, das* H *Hugos mit anderer Dinte eingetragen. Zeugenfirmen durchweg von verschiedener Dinte und verschiedenen Händen.*

a) mcanonicus b) Fless' c) evel. — .1) *Vergl. die Urkunde vom 3 Juli 1186.* 2) *S. Giovanni in Monte, chiesa eretta da S. Petronio, posseduta dai canonici regolari Lateranesi. Cappelletti, Chiese III p. 560.*

Digitized by Google

Nr. 337.

Lucius III schreibt dem Bischofe Bonifatius von Novara und dem Propste von Mor(tara), dass sie den Bischof von Tortona veranlassen, dem Kloster Senator (D. Pavia) bezüglich der Kapelle von Voghera Gerechtigkeit widerfahren zu lassen.

1183 Juli 9. Segni.

Lucius [a]) episcopus [a]), servus servorum dei, venerabili fratri .B(onifatio) [b]), Novariensi [c]) episcopo [1]), et dilecto filio . . priori Mor| . . . . [2]), salutem] et apostolicam benedictionem. Dilecta in Christo filia nostra Omelia, monasterii Senatoris abbatissa, trans|missa nobis conquestione monstravit, quod capellam quandam cum adiacente parrochia monasterium eius in loco Voguerie ab antiquo possederit, quam bone memorie Obertus, quondam Tardonensis episcopus [3]), in questionem deducens, eam, pendente lite, propria parrochia spoliavit, vi tandem et metu intemptate comminationis efficiens, ut capellanus eiusdem loci non nisi clausis ianuis divina ibi audeat officia celebrare. Unde nos, causam ipsam vestre sollicitudini committentes, per apostolica vobis scripta mandamus, quatinus, venerabili fratre nostro . . Tardonensi episcopo [4]), super violentia, quam predecessor eius fecerat, requisito, attenta cum sollicitudine moneatis, ut vel capellam ipsam predicte abbatisse cum integritate parrochie in pace restituat vel facturus et recepturus iusticiam ad presenciam vestram canonice vocatus accedat, qui, si elegerit magis iudicio contendere, quam predictam parrochiam sine controversia resignare, audiatis causam et, appellatione remota, fine | canonico terminetis. — Dat. Signie, VII Idus Iulii.

Or. im Archivio di Stato zu Mailand.

Perg. ital., br. 0,168, lang 0,122, unten 0,015 umgeschlagen, durch zwei Löcher ging die Schnur, welche mit dem Bleisiegel verloren, Faltung der Breven.

Nr. 338.

Lucius III beauftragt den Bischof Peter von Gaeta, dass er wegen des Streites um das Kloster Sant' Erasmo zu ihm komme, berichtet, dass er den Abt desselben habe eidlich geloben lassen, dem Kloster keine Güter zu entfremden.

1183 October 3. Anagni.

Lucius episcopus, servus servorum dei, venerabili fratri P(etro), Gaietano episcopo [5]), salutem et apostolicam benedictionem. Causa, que inter abbatem et monachos sancti Erasmi iam diutius est tractata, visis fraternitatis tue litteris, quibus ipsum ad te dicebas monasterium pertinere, cupiens, ne tibi preiudicium fieret, impetrare, licet testes receperimus et inspexerimus instrumenta, quibus datur intelligi manifeste, quod idem monasterium ad Romanam ecclesiam nullo pertineat mediante, tibi per sententiam preiudicium generari nolentes, distulimus terminari. Mandamus itaque fraternitati tue, quatenus sexto die post proximum festum omnium Sanctorum ad nostram presentiam sufffcienter instructus accedas, ut, si poteris demonstrare, quod ecclesia tua in predicto monasterio debeat aliquid iuris habere, illud illesum, secundum quod iustum fuerit, valeat ei servari. Non enim volumus tua iura minuere, sed defendere potius et augere. Scias etiam, quod abbatem ipsum et duos ex predicti monasterii monachis prestare fecimus iuramentum, quod possessiones, thesaurum et alia bona eiusdem monasterii vendere non presumerent nec aliquo titulo in alterius redigere potestatem, nisi victualium penuria id facere cogeret vel expensarum defectu(s), quas eos ad nostram presentiam veniendo pro cause decisione facere oportebit. Ne autem aliquid in eternum presumant, itaque omnia, rebus sic se habentibus, ut nunc sunt, usque ad predictum terminum volumus observari. — Datum Anagnie, V Nonas Octobris.

Abschrift des Cod. XL. 11, in der Bibl. Barberina zu Rom.

---

a) *Kaum lesbar* b) *mit anderer Dinte eingetragen* c) *von jüngerer Hand* Vercellense *übergeschrieben.* —.1) *Bonifatius, Bischof von Novara, 1172—1191.* 2) *Ziemlich sicher* Mortariensi. *Mortara, Prov. di Pavia, circond. di Lomellina. Vergl. die Urkunde vom 4 Juni 1192.* 3) *Obertus, Bischof von Tortona, 1153 — vor 1183.* 4) *Damals war Gondulf Bischof von Tortona.* 5) *Petrus, Bischof von Gaeta, c. 1172—1200.*

Digitized by Google

Nr. 339.

Lucius III nimmt die Kollegiatkirche Sant' Agata di Cremona in apostolischen Schutz und bestätigt ihre Besitzthümer und Rechte, wofür sie jährlich 12 mailändische Denare an die Kurie zu entrichten hat [1]).

1183 October 17. Anagni.

Lucius episcopus, servus servorum dei, dilectis filiis Lanfranco, preposito ecclesie sancte Agathes, que Cremone sita est, eiusque fratribus, tam presentibus quam futuris, regularem vitam professis, IN PPM. Religiosam vitam eligentibus apostolicum convenit adesse presidium, ne forte cuiuslibet temeritatis incursus aut eos a proposito revocet, aut robur, quod absit, sacre religionis infringat [a]). Eapropter, dilecti in domino filii, vestris iustis postulationibus clementer annuimus et prefatam ecclesiam, specialiter ad ius sedis apostolice pertinentem, predecessorum nostrorum, felicis memorie paparum Urbani, Pascalis, Calixti et Eugenii, vestigiis inherentes, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus et presentis scripti privilegio communimus [b]). In primis siquidem statuentes, ut ordo canonicus, qui secundum deum et beati Augustini regulam in ecclesia vestra noscitur institutus, perpetuis ibidem temporibus inviolabiliter observetur. Preterea, quascumque possessiones, quecumque bona eadem ecclesia in presentiarum iuste et canonice possidet aut in futurum concessione pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium seu aliis iustis modis, prestante domino, poterit adipisci, firma vobis vestrisque successoribus et illibata permaneant. In quibus hec propriis duximus exprimenda vocabulis: locum ipsum, in quo prefata ecclesia sita est, cum omnibus pertinentiis suis, villam [c]) de Campo macro cum capella sancti Christophori et omnibus pertinentiis earum, capellam sancti Nicholai de Gurgo cum appenditiis suis, ecclesiam sancte Valerie de Augea cum pertinentiis suis, quicquid habetis in Manzianiis, ecclesiam sancti Iacobi de Ripa sortiata cum omnibus ad ipsam pertinentibus, quicquid habetis in Aqualonga et quicquid habetis in Salarolo [2]) et Caretolo. Constituimus preterea, ut quarta pars reddituum vestrorum in usus hospitum expendatur, xenodochium autem in vestra permaneat potestate. Sane laborum vestrorum, quos propriis manibus aut sumptibus colitis, sive de nutrimentis animalium vestrorum quemquam a vobis laicum decimas exigere vel extorquere sub interminatione anathematis prohibemus. Liceat quoque vobis, clericos vel laicos, e [d]) seculo fugientes, liberos et absolutos, ad conversionem vestram recipere et eos absque contradictione aliqua retinere. Prohibemus insuper, ut nulli fratrum vestrorum post factam in eodem loco professionem fas sit, de eodem loco nisi artioris religionis optentu discedere; discedentem vero sine communium litterarum cautione nullus audeat retinere. Crisma vero, oleum sanctum, consecrationes altarium seu basilicarum, ordinationes clericorum, qui ad sacros ordines fuerint promovendi, a diocesani suscipietis episcopo, siquidem catholicus fuerit et gratiam atque communionem apostolice sedis habuerit et ea gratis et absque pravitate aliqua vobis voluerit exibere; alioquin liceat vobis, quemcumque malueritis, catholicum adire antistitem, qui, nostra fultus auctoritate, quod postulatur, indulgeat. Sepulturam preterea ipsius loci liberam esse decernimus, ut eorum devotioni et extreme voluntati, qui se illic sepelliri deliberaverint, nisi forte excommunicati vel interdicti sint, nullus obsistat, salva tamen iustitia matricis ecclesie. Cum autem generale interdictum terre fuerit, liceat vobis, clausis ianuis, exclusis excommunicatis et interdictis, non pulsatis campanis, suppressa voce divina offitia celebrare. De cetero nullam episcopus in predicta ecclesia potestatem exerceat, neque excommunicandi, neque interdicendi aut ad sinodum iuditiaria potestate vocandi, eo nimirum tenore servato, ut omnes ecclesie ipsius clerici in loco ipso professionem faciant, proprio [e]) non utantur et omni vite sue tempore sub regularis vite districtione permaneant. Unde et temporibus competentibus preter emulorum contradictionem ad sinaxim [3]) celebrandam, nisi generalis interdictio fiat, signa pulsare et consuetas processiones celebrare concedimus. Obeunte vero te, nunc eiusdem loci preposito, vel tuorum quolibet successorum, nullus ibi qualibet subreptionis astutia seu violentia preponatur, nisi quem fratres communi consensu vel fratrum pars consilii sanioris secundum dei timorem et beati Augustini regulam providerit eligendum; nec ipsi vero nec alicui

---

a) incurrat b) commonuimus c) ullam d) a e) proprium. — .1) *Vergl. Serie critica cronologica dei Vescovi di Cremona p. 83 und die Urkunde Urbans II, oben 1095 März 31. — Rep. diplom. Cremonese p. 58 Nr. 502.* 2) *Vielleicht jetzt Solarolo.* 3) *Synaxis: conventus seu congregatio monachorum ad orationem et psalmodiam coeuntium. Du Cange, Gloss. VI p. 469.*

Digitized by Google

loci eius ministro facultas sit, ecclesie bona in feudum militibus vel aliquibus personis secularibus impertiri. Unde autem in sacre religionis observatione quieti et seduli ab omni mundane oppressionis gravamine maneatis, nulli alii, nisi Romane et apostolice sedi, cuius iuris estis, aliqua teneamini occasione subiecti. Ad inditium autem, quod eadem ecclesia specialiter beati Petri iuris existit, duodecim denarios Mediolanenses nobis nostrisque successoribus annis singulis persolvetis. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat, prefatam ecclesiam . . . usibus omnimodis profutura, salva sedis apostolice auctoritate. Si qua igitur . . . Cunctis autem . . . inveniant. Amen.

(R) Ego Lucius catholice ecclesie episcopus ss. (M)
† Ego Theodinus Portuensis et sancte Rufine sedis episcopus ss.
† Ego Henricus Albanensis episcopus ss.
† Ego Iohannes presbiter cardinalis tit. sancti Marci ss.
† Ego Petrus presbiter cardinalis tit. sancte Susanne ss.
† Ego Vivianus tit. sancti Stephani in Celio monte ss.
† Ego Laborans presbiter cardinalis sancte Marie transtiberim tit. Calixti ss.
† Ego Pandulfus presbiter cardinalis tit. basilice XII Apostolorum ss.
† Ego Iacintus diaconus cardinalis sancte Marie in Cosmidyn ss.
† Ego Gratianus sanctorum Cosme et Damiani diaconus cardinalis ss.
† Ego Octavianus diaconus cardinalis sanctorum Sergii et Bachi ss.
† Ego Soffredus diaconus cardinalis sancte Marie in Via lata ss.
† Ego Albinus sancte Marie nove diaconus cardinalis ss.

Dat. Anagnie, per manum Ugonis, sancte Romane ecclesie notarii. XVI Kl. Novembr. Indictione I. Incarnationis dominice anno MCLXXXIII. Pontificatus vero domni Lucii pp. III anno II.

Abschrift vom Ende des 12 Jahrh., des Codex Sicardi p. 98, im Privatbesitze der Sign. Dott. F. Robolotti, aufbewahrt im Palazzo Ponzone zu Cremona.

Nr. 340.

Lucius III erklärt dem Bischofe von Alatri, er nehme seinen früheren Spruch zurück und gestatte ihm, den gewohnten Zutritt zum Kloster San Bartolomeo di Trisulti (D. Alatri) [1].

1183 September 5. Segni.

Lucius episcopus, servus servorum dei, venerabili fratri . . Aletrino episcopo, salutem et apostolicam benedictionem. Quotiens | sub apostolice sedis examine in discussione vel decisione causarum aliqua statuuntur, memoriali sunt | pagine commendanda, ne quid emergat ambiguitatis in posterum, si quid de ordine rei geste per subreptionem fuerit labentis memorie pretermissum. Eapropter presentibus litteris declaramus, quod, cum inter te et abbatem ac fratres sancti Bartholomei super eodem monasterio questio verteretur et tu, exinde requisitus, copiam tui facere recusasses, apostolica tibi fuit auctoritate prohibitum, ne ad monasterium illud consuetum habe(a)s [a] accessum. Postea vero, cum in nostra [b] esses presentia constitutus et rationes tuas, presente [c] parte altera, declarasses, nos causa cognita ad id, quod tibi fuerat occasione absentie contumacis inhibitum, te in integrum restituimus ita, ut ex eadem prohibitione nullum tibi vel ecclesie tue preiudicium in posterum generetur, certa tamen die in festo sancti Michaelis [2] tibi et parti alteri constituta, qua pariter coram nobis debeatis assistere | et, si litigandum de proprietate duxeritis, rationes vestras in iudicio demonstrare. — Dat. Signie, Non. Sept.

Or. im Archivio Capitolare zu Alatri.

Perg. ital., br. 0,185—0,19, lang 0,185, unten 0,023 umgeschlagen, durch 2 Löcher geht die Hanfschnur, deren Bleisiegel verloren, Faltung der Breven. Die ganze Datirung auf Rasur, doch wohl von der Hand des Konscripts.

---

a) s *auf Rasur* b) *theilweise auf Rasur* c) *hinter* te *Rasur.* — .1) *Vergl. die Urkunde vom 26 August 1158.* 2) *September 29.*

Digitized by Google

Nr. 341.

Lucius III bestätigt dem Erzbischofe Wilhelm von Monreale den Besitz des Klosters Maniaci (D. Messina) [1]).

1183 November 16. Anagni.

Lucius episcopus, servus servorum dei, venerabili fratri Wilielmo, archiepiscopo Montis regalis, eiusque successoribus canonice substituendis, in perpetuum. Ea, que ab apostolice sedis clemencia tenor et instancia iuste petitionis expostulat, tunc libencius placido favore prosequi mereantur [a]), cum pia postulantis intencio et ad dei omnipotentis honorem recta consideratione dirigitur et mera devotio supplicantis id ipsum, quod postulat, copiosius promeretur. Eapropter, venerabilis in domino frater, pium votum et laudabile fraternitatis tue propositum attendentes, quomodo videlicet circa matrem tuam, Romanam ecclesiam, et nos ipsos devotus et humilis perseveras et in commisse tibi ecclesie comodis promovendis cura et sollicitudine pastorali desudas, peticionibus tuis clementer annuimus, ut, quod a nobis previa ratione pro eadem ecclesia, te postulante, requiritur, obtatos exitus utilis efficatie sorciatur. Specialiter autem monasterium, constitutum in loco, qui dicitur Maniacium [2]), quod bone memorie Margarite [3]), quondam regine Sicilie, favore et assensu pie recordationis Nicolay, Messanensis archiepiscopi [4]), et capituli eius ecclesie tue concessit, nos eidem ecclesie cum omnibus pertinenciis et libertatibus suis, que iuxta tenorem autentici instrumenti, quod prefatus Nicolaus archiepiscopus inde fecit, inferius annotantur, auctoritate apostolica confirmamus et presentis scripti privilegio communimus. In primis siquidem prefato archiepiscopo Nicolao et eius capitulo placuit, monasterium ipsum cum omnibus pertinenciis, tenimentis et possessionibus suis, quas vel in presenciarum habet vel in futurum poterit adipisci, ab omni debito Messanensis ecclesie liberum absolutumque dimittere et illud in ea libertate predicte regine peticionibus assignare, ita, ut nec ei nec successoribus eius aut Messanensi ecclesie licencia⟨m⟩ remaneret, de rebus ipsius monasterii vel hominum aut tenimentorum eius quicquid exigere, capere vel modis aliquibus extorquere. Et, si forte contingeret, quod idem Nicolaus archiepiscopus vel suorum quilibet successorum per idem monasterium vel per loca et obediencias eius transitum faceret, non liceret ei aut successoribus eius, ab ipso monasterio vel obedienciis aut hominibus et tenimentis suis victum vel quelibet stipendia per se vel per alios auctoritate sua quasi ex debito querere, nisi monasterium ipsum aliquod eis ex liberalitate propria voluerit exhibere. Et, quoniam predicta regina prefatum monasterium supradicte ecclesie tue decreverat offerendum, sicut et postmodum, opere prosequente, complevit, dedit et concessit, archiepiscopus Nicolaus de communi assensu capituli sui omne ius episcopale, quod ecclesia Messanensis in ipso monasterio vel hominibus aut tenimentis eius, que in parrochia vel ecclesia sua continentur, habebat vel habere poterat, si tamen in hoc apostolice sedis auctoritas consentiret. Nos igitur, omnem predictam concessionem, sicut a sepe dicto archiepiscopo et capitulo eius ecclesie tue per interventum supradicte regine facta est et descripta, ratam habentes, eam in sua decernimus firmitate consistere et robur perpetuum obtinere. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat, prefatum monasterium vel ecclesiam tuam in eo temere perturbare .... omnimodis profutura, salva sedis apostolice auctoritate. Si qua igitur ... Cunctis autem ... inveniant. Amen.

(R) Ego Lucius catholice ecclesie episcopus ss. (M)
† Ego Theodinus Portuensis et sancte Rufine sedis episcopus ss.
† Ego Henricus Albanensis episcopus ss.
† Ego Paulus Prenestinus episcopus ss.
† Ego Iohannes presbiter cardinalis tit. sancti Marci ss.
† Ego Petrus presbiter cardinalis tit. sancte Susanne ss.
† Ego Vivianus presbiter cardinalis tit. sancti Stephani in Celio monte ss.
† Ego Laborans presbiter cardinalis sancte Marie transtiberim tit. Calixti [b]) ss.
† Ego Pandulfus presbiter cardinalis tit. basilice XII Apostolorum ss.
† Ego Iacinctus diaconus cardinalis sancte Marie in Cosmidin ss.

---

a) prosequemur *Del Giudice* b) sancti Calixti. — .1) *Vergl. M. Del Giudice, Tempio di Morreale II p. 48—50.* 2) *Maniaci, Frazione del. com. di Bronte, prov. e cicond. di Catania. Muss aber doch wohl nach dieser Urkunde damals zur Diöcese Messina gehört haben.* 3) *Margaretha, Tochter von Gracias Ramirez, Königs von Navarra, war Gemahlin Wilhelms I von Sicilien.* 4) *Nikolaus, Erzbischof von Messina, 1166—1182.*

Digitized by Google

† Ego Ardicio diaconus cardinalis sancti Theodori ss.
† Ego Gracianus diaconus cardinalis sanctorum Cosme et Damiani ss.
† Ego Bobo sancti Angeli diaconus cardinalis ss.
† Ego Gerardus sancti Adriani diaconus cardinalis ss.
† Ego Octavianus sanctorum Sergii et Bachi diaconus cardinalis ss.
† Ego Albinus sancte Marie nove diaconus cardinalis ss.

Data Anagnie, per manum Hugonis, sancte Romane ecclesie notarii. XVI Kl. Decembr. Indictione II. Incarnationis dominice anno MCLXXXIIII [a]). Pontificatus vero domni Lucii pape III anno tercio.

Abschrift vom 14 Jahrh. des Cod. Vat. 3880 p. 28, in der Bibl. Vaticana zu Rom.

Nr. 342.

Lucius III bestätigt dem Domkapitel von Rimini seine Besitzthümer [1]).

1183 December 23. Anagni.

Lucius episcopus, servus servorum dei, dilectis filiis Rolando, preposito ecclesie sancte Columbe Ariminensis, eiusque fratribus, tam presentibus quam futuris, canonice substituendis, in PPM. — Quotiens a nobis petitur, quod religioni et honestati convenire dinoscitur, animo nos decet libenti concedere et petentium desideriis effectum congruum impertiri. Eapropter, dilecti in domino filii, vestris iustis postulationibus clementer annuimus et prefatam ecclesiam, in qua divino estis obsequio mancipati, felicis recordationis ALEXANDRI pape, predecessoris nostri, vestigiis inherentes, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus et presentis scripti privilegio communimus. Statuentes, ut, quascumque possessiones, quecumque bona eadem ecclesia in presentiarum iuste et canonice possidet aut in futurum concessione pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium seu aliis iustis modis, prestante domino, poterit adipisci, firma vobis vestrisque successoribus et illibata permaneant. In quibus hec propriis duximus exprimenda vocabulis: in Ariminensi civitate ecclesiam sancte Crucis et sanctorum Cosme et Damiani cum casis et casilinis, ortis, vineis, terris, campis cultis et incultis, paludibus, lacubus, castris, curtibus et omnibus extra vel intra civitatem, ad eandem ecclesiam pertinentibus, ecclesiam sanctorum Martini et Savini cum libris et paramentis, cum casis, ortis, vineis et silvis et omnibus ad predictam ecclesiam pertinentibus, ecclesiam sancte Agnetis cum casis, terris, vineis, silvis et omnibus ad ipsam pertinentibus, ecclesiam sancti Cataldi cum libris et paramentis et parrochia sua, terris, vineis et omnibus ad ipsam pertinentibus, medietatem ecclesie sancte Marie, que est in litore maris posita, cum medietate omnium rerum ad eandem ecclesiam pertinentibus; in comitatu Ariminensi ecclesiam sancti Martini in Viginti cum libris et paramentis, cum decimis et primitiis et mortuariis, cum bonis et rationabilibus consuetudinibus, quas in ea hactenus habuistis, sive in visitationibus infirmorum, sive in dandis penitentiis et oblationibus mortuorum, presertim, que ex villa, in qua ipsa ecclesia sita est, et de subscriptis villis sibi proveniunt, videlicet Maderno, Laureto Iud(e)orum, Monte masinario, Medato, Aquiniano maiori et minori atque Casaria, ecclesiam sancti Ermetis cum libris et paramentis, decimis et primitiis atque mortuariis, casis, terris, vineis, silvis et omnibus ad ipsam ecclesiam pertinentibus, ecclesiam sancti Fortunati cum decimis et mortuariis, terris, vineis et silvis et aliis ad ipsam pertinentibus; plebem sancti Angeli in Salute cum capella sancti Viti, cum decimis et mortuariis, terris, vineis et silvis et omnibus ad plebem et capellam pertinentibus, et quicquid in Bulgaria canonice possidetis, ita tamen, ut in sacrario vestre ecclesie libram cere singulis annis persolvatis, salvo nimirum annuo censu, scilicet quatuor solidorum monete Venetice, vestris episcopis persolvendo, ecclesiam sancti Iohannis in Parareto cum libris et paramentis et aliis pertinentiis suis, ecclesiam Bolognani cum terris, vineis et silvis et aliis pertinentiis suis, ecclesiam sancte Mustiole cum omnibus pertinentiis suis, ecclesiam Falzani cum omnibus pertinentiis suis, ecclesiam sancti Martini in Liceto, ecclesiam sancti Pauli, ecclesiam sancti Gaudentii, ecclesiam sancti Felicis, ecclesiam sancti Simeonis, ecclesiam sancti Laurentii in Ventena cum libris et paramentis, cum decimis et mortuariis, terris, vineis, silvis et aliis omnibus

a) tertio *D. G.* — 1) *Abschrift und Bemerkungen verdanke ich Herrn Can. Gaetano Niccolini zu Rimini. — Citirt Tonini, Storia di Rimini II p. 417. — Vergl. die Urkunde vom 5 November 1135 und 8 December 1170.*

Digitized by Google

ad predictas ecclesias pertinentibus, capellam sancte Marie in Leura, que specialiter beati Petri et nostri iuris existit, cum omnibus bonis et possessionibus suis, sub annuo censu trium solidorum Lucensis monete auctoritate apostolica duximus vobis concedendum. Insuper castrum montis Floride cum pertinentiis suis, molendinum quod est iuxta domum canonicorum et molendinellum iuxta illud positum, et aliud molendinum totum cum aquimolo suo, quod est positum in loco, qui dicitur Mirasol, et aliud molendinum in fundo Aquarie positum, et molendinum cum vinea et agro in loco qui dicitur Ponticellus, et tres mansos in integrum, positos in fundo Viginti; proprietates omnes, quas dedit Armenaldus Ariminensis canonice et illas, quas dedit uxor eius Benedicta in civitate et extra, quartam partem ripe cum ripatico suo et cum omnibus ad ipsum pertinentibus, plebem sancti Laurentii in monte Podiano cum omnibus mobilibus et immobilibus ad eam pertinentibus, ecclesiam sancte Marie in Paterno, in eadem plebe ecclesiam sancte Coline, ecclesiam de Bulgazano et medietatem decimationis ecclesie sancti Fortunati. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat, praefatam ecclesiam . . . usibus omnimodis profutura, salva sedis apostolice auctoritate et Ariminensis episcopi debita reverentia. Si qua igitur . . . Cunctis autem . . . inveniant. Amen. Am. Amen.

(R) Ego Lucius catholice ecclesie episcopus ss. (M)
† Ego Theodinus Portuensis et sancte Rufine sedis episcopus ss.
† Ego Henricus Albanensis episcopus ss.
† Ego Paulus PRenestinus episcopus ss.
— † Ego Iohannes presbiter cardinalis tit. sancti Marci ss.
† Ego Petrus [a]) presbiter cardinalis tit. sancte Susanne ss.
† Ego Vivianus tit. sancti Stephani in Celio monte presbiter cardinalis ss.
† Ego Laborans presbiter cardinalis sancte Marie transtiberim tit. Calixti ss.
— † Ego Iacinctus diaconus cardinalis sancte Marie in Cosmedin ss.
† Ego Bobo diaconus cardinalis sancti Angeli ss.
† Ego Soffredus sancte Marie in Via lata diaconus cardinalis ss.

Dat. (Anagnie), per manum Alberti, sancte Romane ecclesie presbiteri cardinalis et cancellarii. X Kl. Ianuarii. Indictione II. Incarnationis dominice anno MCLXXXIII. Pontificatus vero domni LUCII pp. III anno III.

Or. im Archivio Capitolare zu Rimini.

Perg. ital., br. 0,5, lang 0,67, unten 0,03 umgeschlagen, durch zwei Löcher geht die rosa und gelbe Seidenschnur, woran das Bleisiegel, Faltung der Bullen. Die Firmen scheinen von verschiedenen Händen herzurühren.

Nr. 343.

Lucius III bestätigt dem Bischofe und Domkapitel von Veroli Kirchen von Monte San Giovanni, Strangulagalli und Civitella.

1184 Mai 23. Veroli.

LUCIUS episcopus, servus servorum dei, venerabili fratri, .A(mbrosio) episcopo [1]), et dilectis filiis, canonicis Verulanis, salutem et apostoli|cam benedictionem. Iustis petentium desideriis facilem nos convenit prebere consensum et ea, que a rationis tramite non discordant, effectu prosequente complere. Eapropter, vestris iustis postulationibus grato concurrentes assensu, ecclesias, quas in castris montis sancti Iohannis et Strangulagalli iure diocesano tenetis, ecclesiam quoque sancti Nicholai de Civitella, quam iure fundatoris, sicut ex publico instrumento et multorum iuratorum testium assertione coram dilecto filio Rainaldo, subdiacono nostro, a nobis ad hoc delegato, probatum est, possidetis, ab omni exactione vel ordinatione laicorum liberas esse decernimus et easdem ecclesias cum possessionibus et hominibus, quos in utroque castro legitime possidetis, vobis et successoribus vestris auctoritate apostolica confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat, hanc paginam nostre confirmationis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare presumpserit, indignationem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli, apostolorum | eius, se noverit incursurum. — Dat. Verulis, X Kl. Iunii.

Or. im Archivio Capitolare zu Veroli.

Perg. ital., br. 0,215, lang 0,193, unten 0,02 umgeschlagen, durch 2 Löcher geht die rosa und gelbe Seidenschnur, woran das Bleisiegel hängt, Faltung der Breven.

a) Pepetrus. — .1) *Ambrosius, Bischof von Veroli, c. 1181—1188.*

Digitized by Google

Nr. 344.

Lucius III beauftragt den Erzbischof und das Kapitel von Genua, dafür zu sorgen, dass dem Priester Gerard nach dem Urtheilsspruche des Bischofs von Luni die Kirche von Molo gegen das Kapitel von Santa Maria di Castello in Genova übergeben werde [1]).

1184 Mai 31. Sora [2]).

Lucius episcopus, servus servorum dei, venerabili fratri archiepiscopo[3]) et dilectis filiis, preposito, archidiacono et canonicis Ianuensibus, salutem et apostolicam benedictionem. Vidimus scriptum autenticum venerabilis fratris nostri, Lunensis episcopi [4]), ex tenore cuius nobis innotuit, quod, cum causam, que inter G(erardum) presbiterum [5]), latorem presentium, et dilectos filios nostros, prepositum et canonicos sancte Marie de Castello, super possessione ecclesie sancti Marchi de Molo emerserat, eius commisissemus experientie terminandum, ipse, rationibus utriusque partis plenius auditis et cognitis, prepositum et canonicos super restitutione possessionis vel quasi possessionis auctoritate apostolica condempnavit. Quia igitur id, quod de auctoritate nostra canonice actum est, nulla volumus levitate dissolvi, universitati vestre per apostolica scripta mandamus atque precipimus, quatinus predictam ecclesiam cum pertinentiis suis iam dicto presbitero, sublato appellationis obstaculo, auctoritate nostra reddatis et, sententiam exsecutioni mandantes, faciatis inviolabiliter observari. — Dat. Sore, II Kl. Iunii.

Abschrift der Miscell. di Stor. Lig. V p. 280, in der Bibl. Civica zu Genua.

Nr. 345.

Lucius III bestätigt dem Priester Gerard den ihm günstigen Urtheilsspruch des Bischofs Peter von Luni in seinem Streite mit der Kirche Santa Maria di Castello wegen der Kirche von Molo [6]).

1184 Mai 31. Sora [7]).

Lucius episcopus, servus servorum dei, dilecto filio, Gerardo presbitero, salutem et apostolicam benedictionem. Ea, que a fratribus, episcopis nostris, auctoritate apostolica ratione previa decernuntur, in sua debent firmitate consistere et, ne in recidive contentionis scrupulum redeant, robore apostolico premuniri. Eapropter, tuis iustis postulationibus annuentes, sententiam, quam venerabilis frater noster P(etrus), Lunensis episcopus, contra dilectos filios nostros, prepositum et canonicos sancte Marie de Castello, super restitutionem possessionis vel quasi possessionis ecclesie de Molo de prudentium virorum consilio promulgavit, sicut canonice lata est et in scripto eius autentico continetur, auctoritate apostolica confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat, hanc paginam nostre confirmationis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli, apostolorum eius, se noverit incursurum. — Dat. Sore, II Kl. Iunii.

Abschrift der Miscell. di Stor. Lig. V p. 279, in der Bibl. Civica zu Genua.

Nr. 346.

Lucius III beurkundet der Kirche Santa Margarita e Santa Maria Antica di Verona, die Beilegung des Streites mit dem Abte von Santa Maria in Organo wegen ihrer Klerikerwahl.

1184 December 31. Verona.

LUCIUS episcopus, servus servorum dei, dilectis filiis, Iohanni presbitero et clericis sancte Marie Antique, salutem et apostolicam benedictionem. | Cum causa, que inter vos et dilectum filium nostrum, abbatem sancte Marie in Organis, super electione presbiteri et clericorum | ecclesie vestre, quam idem abbas ad se pertinere dicebat,

---

1) *Vergl. die Urkunde vom 12 September 1184—1185 und die folgende Urkunde.* 2) *Sora, Circond. della prov. di Terra di Lavoro, nel Napoletano; Stadt von c. 13,000 Einwohnern.* 3) *Hugo della Volta, Erzbischof von Genua, 1163—1188.* 4) *Peter, Bischof von Luni(-Sarzana), 1159—1190.* 5) *Vergl. Patr. Hist. Mon. Chart. II p. 1157.* 6) *Vergl. die vorige Urkunde.*

Digitized by Google

agitabatur, in nostra et fratrum nostrorum fuisset diu presentia ventilata, tandem ex allegationibus et attestationibus aliisque rationibus utriusque partis veritate plenius intellecta, finem negotio duximus imponendum, iudicantes, quod vos tam in eligendo presbitero, quam in substituendis clericis habeatis [a]) in vestra ecclesia liberam facultatem, ita tamen, ut electum presbiterum seu clericum abbati sancte Marie in Organis presentetis, ab eo secundum morem et consuetudinem confirmandum. Inhibemus etiam, ne prescriptus abbas aliquem in vestra ponere presumat ecclesia, nisi quem comunis assensus vel maior pars clericorum ecclesie vestre canonice duxerit eligendum. Ne autem ecclesia ipsa malignitate aliqua inordinata remaneat, apostolice sedis auctoritate statuimus, ut, si abbas electioni vestre consensum calumpniose prebere noluerit, ab episcopo Veronensi seu etiam patriarcha Aquilegiensi confirmationem ipsius electionis et tonsorationem nichilominus clerici requirere [b]) ac recipere valeatis, si non apparuerit, quod canonice debeat impedire. Nulli ergo omnino hominum liceat, hanc paginam nostre diffinitionis et constitutionis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc at temptare presumpserit, indignationem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli, apostolorum eius, se noverit incur|surum. — Dat. Verone, II Kl. Ianuar.

Or. und Kopialurkunde des 13 Jahrh., in der Bibl. Comunale zu Verona.

Or., Perg. ital., br. 0,23, lang 0,195, unten 0,02 umgeschlagen, durch 2 Löcher geht die Hanfschnur, deren Bleisiegel verloren, Faltung der Breven.

Nr. 347.

Lucius III bestätigt dem Kloster Colomba (D. Piacenza) den Vergleich mit dem Erzpriester von Fiorenzuola (D. Piacenza).

1184—1185 August 2. Verona.

LUCIUS episcopus, servus servorum dei, dilectis filiis, Guidoni abbati et fratribus monasterii de Columba, salutem | et apostolicam benedictionem. Ea, que [con]cordia vel iudicio statuuntur, firma debent et illibata consistere et, ne | sopite contentionis scrupulus suscitetur, apostolico merentur robore communiri [c]). Eapropter, vestris iustis postulationibus annuentes, compositionem, que inter vos et archipresbiterum sancti Florencii de Florentiali, consencientibus ei clericis suis, ... e vicu(?) . . . accedente, assensu et auctoritate venerabilis fratris nostri (Tedaldi) [d]), Placentinensis episcopi [1]), de assensu partium intercess[erit], sicut absque pravitate facta est et [conc]epta et in scripto autentico continetur, auctoritate apostolica confirmamus et [presentis scripti] patrocinio communimus. Statuentes, ut nulli omnino hominum liceat, [hanc] paginam [no]stre confirmationis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis [autem] h[oc atte]ntare presumpserit, indignationem omnipotentis | dei et beatorum [Pe]tri et Pauli, apostolorum eius, se noverit incursurum. — Dat. | Verone, IIII Non. Aug.

Or. in der Biblioteca Reale zu Parma.

Perg. ital., br. 0,165—0,17, lang 0,132, unten 0,016 umgeschlagen, durch zwei Löcher geht die rosa und gelbe Seidenschnur, deren Bleisiegel verloren, Faltung der Breven. Der Name des Abtes in der ersten Zeile ist mit hellerer Dinte eingetragen, ebenso die nicht mehr lesbare Nameninitiale des Bischofs von Piacenza.

Nr. 348.

Lucius III beauftragt den Prokurator von Vicenza, den Kaius Gronellus zur Herausgabe des dem Kloster San Pietro di Vicenza Entzogenen zu zwingen [2]).

1184—1185 August 18. Verona.

Lucius episcopus, servus servorum dei, dilecto filio, procuratori Vicentine ecclesie, salutem et apostolicam benedictionem. Dilecta in Christo filia nostra, M. abbatissa sancti Petri de Vicentia, gravem ad nos querimoniam destinavit, quod Gronellus Caius, graves monasterio iniurias inferens, quartam partem nemoris, quod dicitur Lerinorum, ad monasterium pertinentem, invasit et, ecclesie de Grunotorto cemeterium intromittens,

---

a) ha *auf Rasur* b) *das zweite* r *auf Rasur von dunklerer Dinte, am Schluss Rasur von* as c) communire d) *der Name ist unleserlich geworden.* 1) *Tedald, Bischof von Piacenza, 1167—1192.* 2) *Die Abschrift dieser Urkunde verdanke ich dem Herrn Prof. Bernardo Morsolin zu Vicenza.*

Digitized by Google

viginti duos modios bladis abstulit de molendino, quod illi et monasterio est commune, de quo noviter iam annis elapsis abbatissa de conventione nil habuit, sicut dicit, quia ipse solus pro sua voluntate locavit, muneribus et servitiis magnis acceptis. Preterea de glandatico porcorum quindecim libras Veronenses eidem monasterio abstulit, cum in nemoribus communitatis pascua habuissent. Quum igitur sustinere nec volumus nec debemus, ut insolentia predicti Caii monasterium sui iuris sustineat lesionem, discretioni tue per apostolica scripta mandamus atque precipimus, quatenus, si res ita se habet, prefatum G(ronellum), ut ablata monasterio sine difficultate restituat, dampna data resarceat et de illatis iniuriis satisfaciat competenter, atque ab illius molestatione penitus conquiescat infra viginti dies post harum susceptionem, contradictione et appellatione remota, excommunicationis districtione compellas. — Dat. Verone, XV Kal. Septembris.

Abschrift vom 18. Jahrh. des vol. XI del Zibaldone del Dott. Fortunato Vigna zu Vicenza.

Nr. 349.

Lucius III bestätigt dem Domkapitel von Bologna die Kirche von «Buide» mit Zubehör.

1184—1185 August 27. Verona [1]).

Lucius episcopus, servus servorum dei, dilectis filiis, Raynerio archipresbitero et canonicis Bononiensis ecclesie, salutem et apostolicam benedictionem. Si quando postulatur a nobis, quod iuri conveniat et consonet honestati, petentium desideriis nos convenit clementer annuere et effectum iusta postulantibus indulgere. Eapropter, dilecti in domino filii, iustis vestris postulationibus grato concurrentes assensu, institutiones omnium ecclesiarum plebis Buide [2]), sicut a quadraginta retro annis predecessores vestri et vos ipsi eas rationabiliter habuisse noscimini nec non etiam antiquas et rationabiles consuetudines, quas habetis in oblationibus, cum acceditis ad corpora mortuorum in civitate vel extra et in ceteris aliis atque in proventibus ipsarum ecclesiarum et in aliis ad ecclesiam vestram spectantibus, auctoritate vobis apostolica confirmamus. Possessiones quoque Bononiensis ecclesie, que ad eandem iusto titulo pervenerunt vel pervenerint, sicut Lambertus, quondam vester episcopus [3]), privilegio suo vobis indulsit, vobis et eidem ecclesie duximus confirmandas. Nulli ergo omnino hominum liceat, hanc paginam nostre confirmationis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli, apostolorum eius, se noverit incursurum. — Dat. Verone, VI Kal. Septembris.

Jüngere Abschrift des Cart. del Capitolo di San Pietro p. 27, im Archivio di Stato (das Orig. [mir nicht zugänglich] befindet sich nach Kaltenbrunner Pabsturkunden S. 57), im Archivio Capitolare zu Bologna.

Nr. 350.

Lucius III bestätigt dem Domkapitel von Genua verschiedene Rechte, Urtheilssprüche und Einrichtungen [4]).

1184—1185 September 9. Verona.

Lucius episcopus, servus servorum dei, dilectis filiis, O(berto) preposito et canonicis Ianuensibus, salutem et apostolicam benedictionem. Exhibita semper circa Romanam ecclesiam fidei vestre sinceritas promeretur, ut in his, que a nobis previa ratione deposcitis, favorem et gratiam sedis apostolice sentiatis. Eapropter, dilecti in domino filii, vestris iustis postulationibus grato concurrentes assensu, concessionem, quam bone memorie Syrus, quondam Ianuensis archiepiscopus [5]), super decimis et terris decimalibus Ianuensium civium vobis fecit, sicut rationabiliter facta est et in privilegio ipsius archiepiscopi continetur, ratam esse decernimus et stabilem obtinere precipimus firmitatem. Honestas etiam et rationabiles consuetudines, quas in oblationibus defunctorum, ad quorum exequias invitamini, hactenus habuistis, ratas esse volumus et presenti pagina confirmamus. Preterea, ut missam pro defunctis sequenti die post

1) *Kaltenbrunner hat 22 August, also* XI Kal. Sept. *Da Kaltenbrunner öfters Fehler in seinen Zahlenangaben macht, kann ich diese leider nicht ohne Nachprüfung aufnehmen.* 2) *Kaltenbrunner Pabsturkunden p. 57 hat:* ecclesiam Buitensem. *Etwa Buio, Frz. di Castelnuovo nei monti nell' Emilia, prov. di Reggio; ein Boida liegt in Piemont, prov. Alessandria.* 3) *Lambert, Bischof von Bologna, c. 1062 — c. 1080.* 4) *Vergl. die Urkunde vom 14 Juli 1161.* 5) *Syrus II, Erzbischof von Genua, 1130—1163.*

Digitized by Google

eorum tumulationem in ecclesia, in qua sepulti fuerint, celebrare possitis, quando videlicet in ipsis exequiis, aliquo impedimento detenti, non celebrabitis, et ut, presente archiepiscopo, si ipse pro aliquo impedimento missam celebrare nequiverit, vos eam libere celebretis, atque idem archiepiscopus in nullum canonicorum sine aliorum consilio sententiam ferat et, si tulerit, minime teneatur, sicut vobis statutum est et hactenus observatum, firmum et inviolabile manere sanccimus. Concedimus insuper et auctoritate apostolica confirmamus, ut institutio, que assensu et voluntate venerabilis fratris nostri Hugonis, Ianuensis archiepiscopi [1]), super numero clericorum in ecclesia vestra recipiendorum provide facta est, inconcussa et stabilis perseveret, nisi forte in tantum augeri contigerit ecclesie facultates, ut merito possit et debeat etiam canonicorum numerus augmentari. Illam quoque ordinationem, qua provisum est inter vos(?), ut capitulum vestrum puniendi canonice fratrem suum, qui se in utilitatibus ecclesie pertractandis a communitate capituli nequiter segregaverit, habeat potestatem, in sua firmitate concedimus permanere. Sententiam insuper, que pro vobis contra ecclesiam sancti Bartholomei super legato Wmi Gate per iudices, a sede apostolica delegatos, rationabiliter noscitur promulgata, sicut in scripto autentico continetur, auctoritate apostolica confirmamus et presenti pagina communimus. Compositionem preterea, que facta est inter ecclesiam vestram et abbatem sancti Syri de loco benedictionis et forma obedientie, sicut absque pravitate facta hinc inde recepta est et in scripto publico continetur, ratam esse censemus et litteris presentibus roboramus. Sententiam quoque, ab abbate sancti Andree de Sexto inter vos et fratrem Iustum ex delegatione nostra canonice promulgatam, auctoritate apostolica confirmamus. Adicientes etiam indulgemus, ut liceat ecclesie vestre preposito de consilio archiepiscopi sui eos, qui eidem ecclesie decimas subtrahunt vel res eius auferre presumunt, vinculo anathematis innodare. Nulli ergo omnino hominum liceat, hanc paginam nostre concessionis et confirmationis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare presumpserit, indignationem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli, apostolorum eius, se noverit incursurum. — Dat. Verone, v Idus Septembris.

Abschrift der Miscell. di Stor. Lig. V. p. 316, in der Bibl. Civica, des Negrotto (B. VI. 19), p. 99, in der Bibl. dell' Università zu Genua.

Nr. 351.

Lucius III beauftragt den Bischof von Tortona und den Abt von San Siro di Genova, die Streitsache zwischen den Kanonikern von Genua und der Kirche Santa Maria di Castello in Genova wegen der Kirche von Molo beizulegen [2]).

1184(—1185) September 12. Verona.

Lucius episcopus, servus servorum dei, venerabili fratri, Terdonensi episcopo, et dilecto filio, abbati sancti Syri Ianuensis, salutem et apostolicam benedictionem. Causam, que inter dilectos filios nostros, canonicos Ianuenses et ecclesiam sancte Marie de Castello super ecclesia de Modulo noscitur agitari, discretioni vestre committimus audiendam et, contradictione remota, fine canonico terminandam; ideoque vobis per apostolica scripta mandamus, quatinus, partibus ante vestram presentiam convocatis, auditis et cognitis, (que) hinc inde proposita fuerint, eidem cause finem debitum imponatis. — Dat. Verone, II Idus Sept.

Abschrift der Miscell di Stor. Lig. V p. 316, in der Bibl. Civica zu Genua.

Nr. 352.

Lucius III beauftragt Dekan und Propst von Köln, dafür zu sorgen, dass der Priester von Deutz bei Köln das Kloster Deutz nicht im Besitze des Zehnten von Rolshoven beunruhige [3]).

1184—1185 September 25. Verona.

Lucius episcopus, servus servorum dei, dilectis filiis . . decano et maiori preposito Coloni|ensi, salutem et apostolicam benedictionem. Dilectorum filiorum nostrorum,

1) *Hugo della Volta, Erzbischof von Genua, 1163—1188.* 2) *Vergl. die Urkunde vom 20 September 1170—1176, vom 31 Mai 1184, vom 9 December 1189 und Mon. Hist. Patr. Chartae II p. 1156.* 3) *Jaffé Reg. 9704; Ledebuhr, Allg. Archiv XV p. 284. Fehlt Migne, Patr. 201 p. 1324. Vergl. Acta I p. 280, 314, 365.*

Digitized by Google

abbatis et fratrum Tuiciensium, transmissa | nobis conquestio patefecit, quod cum decimam de Ruleshove iuste diutius et canonice possedissent, sacerdos Tuiciensis ipsos super eadem decima inquietat et, ne illis integra persolvatur, omnimodis contradicit. Quia igitur pati non volumus nec debemus, ut memorati fratres per aliquorum vexationem indebitam sui iuris sentiant lesionem, discretioni vestre per apostolica scripta mandamus, quatinus prefatum presbiterum, ut a dictorum fratrum super eadem decima molestatione quiescat vel sub examine vestro iustitiam exhibeat competentem, appellatione remota, censura ecclesiastica compellatis. Si vero iudicium duxerit subeundum, convocatis partibus, causam ipsam, | sublato appellationis obstaculo, fine canonico terminetis. — Dat. Verone, VII Kal. Octobr.

Or. im Staatsarchive zu Düsseldorf.

Perg. ital., br. 0,165, lang 0,137 unten 0,013 umgeschlagen, durch zwei Löcher geht die Hanfschnur, woran das Bleisiegel hängt, Faltung der Breven.

Nr. 353.

Lucius III schreibt dem Klerus von Rimini über Unruhen in ihrer Stadt und verordnet Erneuerung des Bannes gegen die Häretiker [1]).

1184—1185 October 2. Verona.

Lucius episcopus, servus servorum dei, venerabili fratri, episcopo et dilectis filiis canonicis, abbatibus et universo clero Ariminensi, salutem et apostolicam benedictionem. Sollicitudo pastoralis officii, quam, domino disponente, assumpsimus, super contritione et miseria populi vestri gravi nos dolore afficit et commotione perturbat. De ipso enim clamare possumus cum propheta: curavimus Babilonem et non est curata [2]), cum ipsius pestifero vulneri, quo iam computruit et odorem mortis diffundit ad alios, nec suavitas olei nec austeritas vini nec ulla prorsus medicamenta proficiant ad salutem ita, quod de correctione ipsorum vix nobis spes aliqua remaneret, nisi omnipotentis dei clementia, que ex basan convertit in profundum maris, cordis eorum obstinatam duritiam suo possumus iudicio removere. Sane accepimus et turbati sumus, quod, cum nuper de fugandis hereticis edictum quoddam communi fuerit deliberatione statutum et scripto publico annotatum, quod succedentes sibi rectores in regimine civitatis se iurare debent annis singulis servaturos, nuper potestas, que ad civitatis regimen est assumpta, iuramentum illud, faciente populo, pretermisit, unde [a]) iam Paterinorum principes, qui prius eiecti fuerant ex magna parte, ut dicitur, redierunt. Ad hec, cum cetere circumposite civitates annuales [b]) rectores instituunt, iuramentum faciant de suis rationibus ecclesiis conservandis, nunc cives vestri potestatem vestram predictum iuramentum pretermittere pariter compulerunt, quidam etiam, concepti erroris fomite ministrante, decimas ecclesiis subtrahunt, eas in usus proprios convertentes, alii testamenta de rebus suis fraudulenta circumventione condere proponuntur et ea, que ex ipsa ultima dispositione legantur, in usos pravos et illicitos distrahunt. Usuram et malum adeo in eis dicitur excrevisse, ut in eo passim exerceantur omnes et ipsius lucra universi et singuli damnabili cupiditate sectentur. Quia vero, etsi in correctione ipsorum parum proficere videamur, non est tamen nobis ulla ratione tacendum, ne a nobis sanguis eorum in extremo examine requiratur, universitati vestre per apostolica scripta mandamus et in obedientie virtute precipimus, quatenus, omni gratia et timore postposito, convenientes in unum, secundum decreta, que nuper edidimus, in universos patarinos, receptatores et fautores eorum et qui eis participant, domos locant vel vendant aliquid vel scienter ullatenus largiuntur, pulsatis campanis et accensis candelis, anathematis sententiam publice innovetis. Potestatem etiam supradictam et universos cives moneatis, instamus ex parte nostra, ut divinam patientiam non contempnant, sed tam in expellendis hereticis, quam in corrigendis excessibus ad arbitrium tuum, frater episcope, quos superius diximus, sine ulla dilatione intendant. Quod si infra triginta dies post commonitionem vestram non fecerint, tu, frater episcope, auctoritate nostra, nullius contradictione vel appellatione obstante, universas ecclesias, monasteria et capellas, clausis ianuis et firmatis, ecclesiastico

---

a) *Es steht* un' b) *ob* cum annuales? —— .1) *Abschrift und Bemerkungen verdanke ich Herrn Can. Gaetano Niccolini zu Rimini. — Tonini, Storia di Rimini II p. 589.* 2) *Jerem. 51,9 (non est sanata).*

Digitized by Google

interdicto supponas et preter penitentias et baptismata parvulorum in eis divina prohibeas officia celebrari. — Dat. Verone, VI Non. Octobris.

Or. im Archivio Capitolare zu Rimini.

Perg. ital., br. 0,28, lang 0,26, umgeschlagen 0,02, durch 2 Löcher geht die wohl ursprünglich rosa Seidenschnur, woran das Bleisiegel, Faltung der Breven.

Nr. 354.

Lucius III genehmigt dem Kloster San Prospero di Reggio nell' Emilia, dass alle Güterentfremdungen, Verlehnungen und Obligationen, welche der frühere Abt Guido vorgenommen hat, ungültig sein sollen [1]).

1184—1185 October 3. Verona.

LUCIUS episcopus, servus servorum dei, dilectis filiis, Io(hanni) abbati et fratribus sancti Prosperi Reginensis, salutem et | apostolicam benedictionem. Officio nostro plurimum expedire dinoscitur, conservationi ecclesiarum et earum maxime, | que iuris beati Petri existunt, sollicita meditatione intendere et, ne iura earum diminui valeant vel per occupationem illicitam deperire, vigilem nos convenit curam et sollicitudinem adhibere. Hac itaque ratione inducti et officio nostro, quo specialius monasterio vestro, quod beati Petri iuris existit, in suo iure adesse tenemur, attentius provocati, omnes alienationes et infeudationes, quas Guido, quondam abbas monasterii vestri, de possessionibus eius quocumque titulo fecit, irritas a) et frivolas esse decernimus et auctoritate apostolica viribus penitus carere censemus. Obligationes insuper, ab eo b) nisi detentores, quod dederunt b), in utilitatem monasterii conversum fuisse et durasse versum probaverint, litteris presentibus irritamus. Nulli ergo omnino hominum liceat, hanc paginam nostre constitutionis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare presumpserit, | indignationem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli, apostolorum eius, se noverit incursurum. — Dat. | Verone, V Non. c) Octobr.

Or. im Archivio delle Opere Pie zu Reggio nell' Emilia.

Perg. ital., br. 0,2, lang 0,19, unten 0,015—0,02 umgeschlagen, durch 2 Löcher geht die rosa und gelbe Seidenschnur, an der das Bleisiegel hängt, Faltung der Breven.

Nr. 355.

Lucius III bestätigt dem Kanonikerkonvente von Tortona dessen gemeinsame Vereinbarung mit dem Bischofe Hugo wegen der Zahl der Kanoniker und der Verwendung der Benefizien [2]).

1184—1185 November 4. Verona.

LUCIUS episcopus, servus servorum dei, dilectis filiis . . preposito et canonicis Terdonensibus, salutem et | apostolicam benedictionem. Iustis petentium desideriis facilem nos convenit prebere consensum et vota, que a rationis tramite non discordant, effectu prosequente complere. Eapropter, dilecti in domino filii, vestris iustis postulationibus grato concurrentes assensu, institutionem, quam venerabilis frater noster .HUG(o) d), episcopus vester, tam de certo canonicorum numero, quam e) de perceptione beneficiorum ab absentibus et presentibus de communi consilio et deliberatione vestra fecisse dinoscitur, sicut provide facta est et in ipsius autentico, vestris subscriptionibus roborato, apertius continetur, ratam esse decernimus et presentis scripti patrocinio communimus; ita tamen, quod, si facultates ecclesie vestre taliter excreverint, quod plures possint congrue sustentari, nichilominus ad collegium vestrum, qui idonei fuerint, assumantur. Nulli ergo omnino hominum sit licitum, hanc paginam nostre confirmationis infringere vel ausu temerario aliquatenus contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis dei et beatorum | Petri et Pauli, apostolorum eius, se nov(er)it incursurum. — Dat. Verone, | II Non. Nov.

Or. im Archivio Capitolare zu Tortona.

Perg. ital., br. 0,2 lang 0,173, unten 0,022 umgeschlagen, durch zwei Löcher geht die rosa und gelbe Seidenschnur deren Bleisiegel verloren, Faltung der Breven.

a) irratas b) *scheint* initas *zu fehlen* c) Non *auf Rasur* d) r Hug *auf Rasur* e) corum numero quam *auf Rasur.* — .1) *Affarosi, Mem. istor. del Mon. di S. Prospero di Reggio I p. 125.* 2) *Vergl. die Urkunde vom 31 März 1178—1179, 4 Juni 1177 und 20 Mai 1192.* 3) *Fehlt im Verzeichnisse bei Gams, Series Episcoporum p. 823.*

Digitized by Google

Nr. 356.

Lucius III beauftragt den Bischof von Piacenza und den Propst von Sant' Antonino di Piacenza die Streitsache zwischen der Kollegiatkirche von Borgo San Donnino (D. Parma) und der Aebtissin von Teodota di Pavia, wegen der Vertreibung eines Priesters der letzteren aus San Donnino zu schlichten [1]).

1184—1185 November 8. Verona.

Lucius episcopus, servus servorum dei, venerabili fratri . . Placentino [2]) episcopo et dilecto | filio, preposito sancti Antonini de Placentia, subdiacono nostro, salutem et apostolicam benedictionem. | Ex parte dilecte in Christo filie nostre, abbatisse monasterii Theodotis, nostris est auribus intimatum, quod prepositus et canonici de burgo sancti Dompnini sacerdotem de capella abbatisse, que in memorato burgo sita est, iniuriose expellere presumpserunt, supra id, quod in scriptis autenticis predecessorum nostrorum, Eugenii [3]), Adriani [3]) et Alexandri [4]), ipsis legitur attributum, sibi usurpare temptantes. Hanc itaque causam vestre committimus experientie terminandam, quatinus, partibus in vestra presentia constitutis, earum rationes diligenter inquiratis [a]) et ipsi cause, sublato appellationis obstaculo, | finem debitum imponatis. — Dat. Verone, VI Id. Novembr.

Or. im Archivio di Stato zu Mailand.

Perg. ital., br. 0,15, lang 0,12, unten 0,018 umgeschlagen, durch zwei Löcher geht die Hanfschnur, deren Bleisiegel verloren, Faltung der Breven.

Nr. 357.

Lucius III beauftragt den Prior von Santa Reparata und den Kanoniker Roland von Lucca, dafür zu sorgen, dass dem Konvente von San Pietro Maggiore durch den Konvent von San Bartolomeo wegen eines Beerdigten Genugthuung geschehe.

1184(—1185) November 29. Verona.

Lucius episcopus, servus servorum dei, dilectis filiis, priori sancte Reparate et Rolando de Bacciano, Lucensi canonico, salutem et apostolicam benedictionem. Dilecti filii nostri, prior et fratres sancti Petri maioris, gravem ad nos querimoniam transmiserunt, quod dilecti filii, prior et fratres sancti Bartholomei, quendam parrochianum eorum, Hughiecionem Pauli, cum post ab eis acceptam penitentiam infirmitate gravius solito laboraret, ad ecclesiam propriam receperunt et, cum de morbo ipso post paucos dies apud eosdem monacos decessisset, eum in preiudicium ipsorum fratrum ecclesiastice tradere sepulture post appellationem, ad nos interpositam, praesumpserunt. Quia vero de memoratis fratribus super huiusmodi presumpsionibus crebras querelas recepimus, quas diutius nequaquam impune poterimus preterire, discretioni vestre per apostolica scripta mandamus, quatinus, si verum est, quod asseritur, priorem ipsum et monacos, appellatione et contradictione cessante, districtione ecclesiastica compellatis, ut dicto priori et fratribus de corpore ipso, quod sepellire temerarie presumpserunt, plena et congrua satisfactione respondeant et similia ulterius non presumant et, quod super his querela ipsorum fratrum non debeat replicari et nos excessus huiusmodi punire districtius compellamur. — Dat. Verone, III Kl. Decembr.

Kopialurkunde des 13 Jahrh. († K. 1), im Archivio Arcivescovile zu Lucca.

Nr. 358.

Lucius III schreibt dem Erwählten und Konvente von San Sisto di Piacenza, er kassire alles, was der frühere Abt Bernhard zum Nachtheile des Klosters vorgenommen habe [5]).

1185 Februar 6. Verona.

Lucius episcopus, servus servorum dei, dilectis filiis, Adelardo electo et conventui sancti Systi, salutem et apostolicam benedictionem. Iniuncta nobis omnium

---

a) ratis *auf Rasur von dunklerer Dinte.* — 1) *Vergl. die Urkunde vom 18 Mai 1182—1183.* 2) *Tedald, Bischof von Piacensa, 1167—1192.* 3) *Scheint nicht erhalten zu sein.* 4) *Urkunde vom 20 October 1170—1180.* 5) *Vergl. die Urkunde vom 15 December 1185—(1186). Repertor Dipl. Cremonese p. 81 Nr. 711.*

Digitized by Google

ecclesiarum sollicitudo nos ammonet, que contra eas noscuntur presumpta, corrigere et ipsarum indemnitati, quantum cum iustitia possumus, in domino providere. Attendentes igitur, quot oppressiones quantaque dispendia Berardus, quondam abbas ecclesie vestre, per amministrationem vobis noxiam irrogavit [1]), omnes contractus damnosos et illicitas pactiones, ab ipso sine consensu capituli cum personis laicis in dampnum monasterii factas, maxime alienationes aliosque contractus, quos in Curte nova in damnum ecclesie fecit, apostolica auctoritate cassamus et irritas esse censemus. Presentis scripti pagina prohibentes, ut nullus laicus vos vel monasterium vestrum occasione investiture vel alicuius contractus, quem cum predicto Berardo, non consentiente capitulo, in ipsius monasterii damnum inierit, impetere vel molestare presumat. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli, apostolorum eius, se noverit incursurum [a]). — Dat. Verone, VIII Idus Februarii.

Zwei Abschriften vom 13 Jahrh. Nr. 104 und 2106, im Archivio Municipale zu Cremona.

Nr. 359.

Lucius III bestätigt dem Kanonikerkonvente von San Michele di Nonantola (D. Modena) seinen Beschluss, dass die Zahl von 12 Kanonikern überschritten werden dürfe, er verbietet, dass irgendwer sie belästige.

1185 April 6. Verona.

LUCIUS episcopus, servus servorum dei, dilectis filiis, .Henr(ico) archipresbitero et canonicis plebis sancti Mi|chaelis de Nonantula, salutem et apostolicam benedictionem. In his, que iuste requiritis, facile favorem nostrum ob|tinere debetis, ne videamur iustas peticiones renuere, quas clementer nos convenit et efficaciter exaudire. Inde est, quod, cum numerositatem canonicorum, que erat in ecclesia vestra, studiosius attendentes, deliberato, sicut asseritis, consilio, statueritis, ut ecclesia vestra duodenario canonicorum numero [2]) debeat esse contenta, ita, quod ad recipiendum aliquem in canonicum ultra numerum ipsum vos aut successores vestri non debeatis aliqua racione compelli, nisi possessiones eiusdem ecclesie ita adaucte fuerint quod pluribus [cano]nicis sufficere possint, [iusti(?)]s vestris postulationibus inclinati, felicis recordationis Al(exandri) pape, predecessoris nostri, vestigiis inherentes [3]), constitutionem ipsam, a vobis, sicut diximus, factam, ratam habemus et firmam eamque auctoritate apostolica confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus. Inhibemus [b]) insuper, ne quis vobis indebitas exactiones imponat aut in vos excommunicationis seu suspensionis sententiam sine manifesta et rationabili [c]) causa promulget. Nulli ergo omnino hominum liceat, hanc paginam nostre confirmationis et prohibitionis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli, apostolorum eius, se noverit incursurum. — Dat. Verone, VIII Idus April.

Or. im Archivio della mensa abbaziale zu Nonantola.

Perg. ital., br. 0,208—0,212, lang 0,193, unten 0,022 umgeschlagen, durch zwei Löcher geht die ursprünglich rosa und gelbe Seidenschnur, deren Bleisiegel verloren, Faltung der Breven.

Nr. 360.

Lucius III fordert alle Gläubigen des Königreiches Sicilien, von Toscana und Genua auf, dem Hospitale von Stagno (D. Pisa) Almosen zum Bau einer Brücke zukommen zu lassen, wofür er ihnen dreissigtägigen Ablass gewährt.

1185 April 28. Verona.

LUCIUS episcopus, servus servorum dei, universis Christi fidelibus, per regnum illustris Sicilie regis, per Tusciam et Ianuam | constitutis, salutem et apostolicam bene-

a) incurssum b) *hinter* us *Rasur* c) nationabili. — .1) *Vergl. die Urkunde vom 10 Juli 1185 (Repertorio dipl. Cremonese p. 60 Nr. 509):* Supplicatio abbatis S. Sixti Placentinae ad imperatorem contra Cremonenses, qui eiecerant abbatem Bernardum de monasterio et iniuste detinebant Vastallam, Luciariam et Castrum novum; *ibid. Nr. 523, 525, 528 u. A.* 2) *Vergl. Tiraboschi, Storia di Nonantola I p. 213.* 3) *Vergl. Jaffé, Reg. 8483.*

Digitized by Google

dictionem. Quoniam, ut ait apostolus: omnes stabimus ante tribunal Christi, suscepturi prout gessimus in cor|pore sive bonum sive malum [1]), oportet nos, diem messionis extreme misericordie operibus prevenire et eternorum intuitu seminare in terris, quod, reddente domino, cum multiplicato fructu recolligere debeamus in celis, firmam spem fiduciamque tenentes, quoniam, qui parce seminat, parce et metet, et qui seminat in benedictionibus de benedictionibus et metet vitam eternam [2]). Unde, quia dilecti filii nostri, fratres hospitalis de Stangno iuxta [a]) portum Pisanum pontem quendam construere inceperunt, in quo universorum transeuntium per locum ipsum saluti consulitur, quem de propriis facultatibus perficere nequaquam [poss]unt, nos attendentes salubre vobis existere, tam pio operi conferre subsidium, universitatem vestram monemus, hortamur attentius et in remissionem vobis peccatorum iniungimus, quatinus cum propter hoc fueritis requisiti, eisdem fratribus ad perficiendum opus ipsum vestras elemosinas conferatis ita, ut, dirigente domino, per vestrum et aliorum subsidium, ut optant [b]), valeat consumari, et vos per hec et alia bona, que, domino inspirante, feceritis, ad eterne felicitatis gaudia mereamini pervenire. Nos vero [c]), de beatorum apostolorum Petri et Pauli auctoritate confisi, omnibus, qui prefato operi de facultatibus suis subsi|dium contulerint, oportunum de iniuncta sibi penitentia peccatorum suorum triginta dies auctoritate | apostolica relaxamus. — Dat. Verone, IIII Kl. Maii.

Or. Nr. 634, im Archivio Capitolare zu Pisa.

Perg. ital., br. 0,223, lang 0,19, unten 0,015 umgeschlagen, durch zwei Löcher geht die rosa Seidenschnur, deren Bleisiegel verloren, Faltung der Breven.

Nr. 361.

Lucius III bestätigt dem Kloster Sant' Ambrogio di Milano die Beilegung des Streites mit der Kirche von Bellagio (D. Mailand) wegen Oliven-Zehnten und Acker.

1185 Juli 14. Verona.

LUCIUS episcopus, servus servorum dei, dilectis filiis . . abbati et conventui sancti Ambrosii Mediolanensis, salutem et apostolicam benedictionem. Cum controversie iudicio vel concordia de mandato apostolico finiuntur, ne in contentionis scru|pulum [d]) iterum reducantur, earum sententie commendari memorie litterarum scriptoque debent apostolico communiri. Sicut autem in audientia est nostra propositum, cum inter vos et presbiteros et clericos de Bellaxio [3]), super iure decimationis oliveti de Lemonte [4]) et decem et septem sextariis olivarum, quos rusticis ipsius loci idem presbiteri et clerici violenter abstulerant, questio verteretur, eam venerabilis frater noster Hubertus, Mediolanensis archiepiscopus [5]), tit. sancti Laurentii in Damaso presbiter [e]) cardinalis, tunc apostolice sedis legatus, vocatis partibus ad presentiam suam diffinitiva sententia terminavit, decernens, ius decimationis oliveti prescripti et olivarum sextarios prescriptis abbati et monachis resignandos, a qua utique sententia iam dicti presbiteri ad nostram audientiam appellarunt. Unde(?) nos primo venerabili fratri nostro . . Novariensi episcopo et bone memorie Murimundensi abbati idem commisim[us] negotium finiendum. Verum, quia idem abbas ante decisionem negotii est ex hac vita subtractus, dilectus filius noster . . , prepositus Mortariensis, loco ipsius abbatis est postmodum substitutus. Et, quoniam idem prepositus ab altera partium habitus est suspectus, negotium ipsum soli postea Novariensi episcopo de apostolico est mandato commissum, qui, auditis rationibus et allegationibus partium, sententiam prescripti cardinalis decrevit ratam habendam. Ne igitur sententia illa per alicuius possit temerita[tem] infringi, eam, sicut rationabiliter lata est et in scripti[s pu]blicis, exinde factis, plenius continetur, auctoritate apostolica confirmamus [f]) et presentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat, hanc paginam nostre confirmationis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omni|potentis dei et beatorum Petri et Pauli, apostolorum eius, se noverit incursurum. — Dat. Verone, II Idus Iulii.

---

a) uxta b) *auf Rasur* c) *hinter ro Rasur eines* s *also ursprüngliches* vestros *oder* vos d) um *auf Rasur* e) *von* tit *an durchgestrichen und von vielleicht gleichzeitiger Kanzleihand:* Romane ecclesie *übergeschrieben* f) apostolica con *auf Rasur.* — .1) *Rom. 14—10.* 2) *II Cor. 9—6.* 3) *Bellagio am lago di Como.* 4) *Limonta etwas südlich von Bellagio, am lago di Lecco.* 5) *Hubert, Erzbischof von Mailand 1185 Januar bis November, seit 1183 Card. presbyter tit. S. Laurentii in Damaso.*

Digitized by Google

Or. im Archivio di Stato zu Mailand.

Perg. ital., br. 0,22, lang 0,213, unten 0,017 umgeschlagen, durch zwei Löcher ging die Schnur, welche mit dem Bleisiegel verloren. Faltung der Sekrete, (drei mal der Breite nach, dann in der Mitte). Das Schriftstück selbst ist gewöhnliches Breve, doch erweist sich die Plumbirung etwas unregelmässig.

Nr. 362.

Lucius III bestätigt den Dekumanen der Kollegiatkirche von Santa Maria Maggiore di Vercelli, dem Urtheile des Kardinals Uberto gemäss, freie Wahl der Brüder.

1185 October 6. Verona [1]*).*

LUCIUS episcopus, servus servorum dei, dilectis filiis, decumanis ecclesie beate Marie Vercellensis, salutem et apostolicam benedictionem. | Oblata nobis autentici instrumenti pagina declaravit, quod, cum [a]) inter vos et dilectos filios nostros, | canonicos ecclesie vestre, super electione decumanorum [2]) questio verteretur, venerabilis frater noster Hubertus, Mediolanensis archiepiscopus [3]), Romane ecclesie cardinalis [4]), tunc Mediolanensis ecclesie archidiaconus, de mandato bone memorie Algisii, quondam Mediolanensis archiepiscopi [5]), eandem discussit ordine legitimo questionem et, rationibus hinc inde auditis et cognitis, de consilio sapientum virorum liberam vos habere electionem decumanorum per diffinitivam sententiam iudicavit, ita quod electionem, quam predicti canonici [b]) de [b]) duobus [b]) decumanis fecerant, in eiusdem cause cognitione cassatam nullius momenti fore decrevit. Ut igitur sententia ipsa, sicut ab eo rationabiliter lata est, perpetuam optineat firmitatem, nos, eam ratam esse volentes, auctoritate apostolica confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat, hanc paginam nostre confirmationis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignati|onem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli, apostolorum eius, se noverit incursurum. — Dat. | Verone, II Non Octobr.

Or. im Archivio Capitolare zu Vercelli.

Perg. ital., br. 0,21, lang 0,205, unten 0,022 umgeschlagen, durch zwei Löcher geht die rosa und gelbe Seidenschnur, deren Bleisiegel verloren, Faltung der Breven.

Nr. 363.

Urban III entscheidet einen Streit zwischen dem Hospitale von Stagno und dem Abte von San Paolo (D. Pisa) wegen eines Bethauses zu Gunsten des ersteren und trifft Vorschriften über die Wahl des Bethaus-Kapellans [6]*).*

1185—1186 December 5. Verona.

URBANUS episcopus, servus servorum dei, dilectis filiis . . magistro et fratribus elemosinarie domus de Stang|no [7]), salutem et apostolicam benedictionem. Cum venisset ad sedem apostolicam nuncius vester et nuncius dilecti filii . . abbatis | sancti Pauli pro controversia, que vertebatur inter vos et ipsum abbatem super quodam oratorio, a vobis in civitate Pisana constructo, et nuncius ipsius abbatis proponeret, oratorium ipsum in parrochia ipsius monasterii in sui iuris preiudicium contra tenorem privilegiorum, que a sede apostolica eidem monasterio sunt indulta, erectum, et cause commissionem cum instantia postularet et nuncius vester assereret, vos de licentia sedis apostolice idem oratorium construxisse et litteras peteret confirmationis, nos post has et alias eorum disceptationes duximus statuendum, ut vos oratorium ipsum, iuxta quod felicis recordationis, Lucius papa, predecessor noster, statuisse dinoscitur, habeatis, in quo perpetuum capellanum, qui vobis et familie vestre sine usu campane divina debeat celebrare, eligendi vobis libera sit facultas, sic tamen, quod ante, quam curam vel administrationem recipiat, venerabili fratri nostro . . Pisano archiepiscopo presentetur, a quo recipiet in virtute obedientie in mandatis, quod aliarum ecclesiarum maxime ecclesie sancti Pauli parrochianos ad [div]ina officia non admittat. Nulli ergo

---

a) *Auf Rasur von* od b) *auf Rasur.* — — .1) *Die Jahreszahl ergiebt sich aus Anm. 3.* 2) *Vergl. hier die Bestimmungen in der Urkunde Innocenz II, 1135—1143 und Eugens III vom 2 Mai 1151.* 3) *Uberto II, Erzbischof von Mailand, 1185 (Januar)—1185, wurde Papst Urban III.* 4) *Uberto war Cardinal. presbyter tit. S. Laurentii in Damaso, seit Januar 1183.* 5) *Algisio, Erzbischof von Mailand, 1176—1184.* 6) *Bonaini Statuti inediti della Città di Pisa I p. 324, in einer Anmerkung gedruckt.* 7) *Liegt zwischen Pisa und Liovorno.*

Digitized by Google

omnino hominum liceat, hanc paginam nostre constitutionis infringere [vel ausu] temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare pre sumpserit, indignationem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli, apostolorum eius, se noverit incursurum. — Dat. Verone, Non. Decembr.

Or. (San Lorenzo alla Rivolta), im Archivio di Stato zu Pisa.

Perg. ital., br. 0,2, lang 0,182, unten 0,014 umgeschlagen, durch zwei Löcher ging die Seidenschnur, welche mit dem Bleisiegel verloren, Faltung der Breven. Die Schrift in den letzten Zeilen zusammengedrängt, das Datum scheint von anderer Dinte eingetragen zu sein.

Nr. 364.

Urban III berichtet dem Domkapitel von Genua, dass er das Urtheil der Aebte von San Benigno, San Giro und Sant' Andrea di Genova in seinem Streite mit dem Prior von Colle wegen der Kirche von Sarzana bestätige [1]).

1185—1186 December 12. Verona.

Urbanus episcopus, servus servorum dei, dilectis filiis, preposito et capitulo Ianuensis ecclesie, salutem et apostolicam benedictionem. Cum olim adversus vos super ecclesia de Sarzana a priore de Colle montis [2]) questio mota fuisset, dilecti filii nostri, sancti Benigni de capite Fari et sancti Syri Ianuensis abbates, qui causam ipsam ex delegatione nostra una cum abbate sancti Andree terminandam susceperant, vos et ecclesiam vestram ab impetitione predicti prioris et fratrum suorum, rationibus hinc inde plenius auditis et cognitis, per sententiam, sicut ex autentico scripto ipsorum vobis innotuit, absolverunt. Quoniam igitur, quod auctoritate sedis apostolice iudicio rationabili terminatur, inconcussam habere convenit firmitatem, prescriptam sententiam, sicut ab eisdem abbatibus canonice lata est, nec legitima appellatione suspensa et in eorum scripto autentico continetur, ratam habemus eamque auctoritate apostolica confirmantes presentis scripti patrocinio communimus. Statuentes, ut nulli omnino hominum liceat, hanc paginam nostre confirmationis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare presumpserit, indignationem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli, apostolorum eius, se noverit incursurum. — Dat. Verone, II Id. Decemb.

Abschrift der Miscell. di Stor. Lig. V p. 286, Schiaffino II p. 400, in der Bibl. Civica, und des Schiaffino (B. VI. 2) p. 536, in der Bibl. dell' Università zu Genua.

Nr. 365.

† *Urban III nimmt das Hospital St.-Lazare d'Avignon in apostolischen Schutz und bestätigt ihm Besitzthümer und Rechte.*

1185—1186 December 12. Verona.

URBANUS episcopus, servus servorum dei, dilectis filiis [a]), infirmis sancti Lazari Avionionensis, communem vitam ducentibus, | salutem et apostolicam benedictionem. Quanto manus domini de occulto suo iudicio acrius vos affligit et minus vos potestis ab adversancium iniquitate tueri, tanto diligencius vobis debemus adesse et contra pravorum incursus apostolicum patrocinium impertiri. Eapropter, dilecti in domino filii, vestris iustis postulationibus grato concurrentes assensu, vos et domum vestram cum hiis, que rationabiliter possidetis vel in futurum iustis modis deo propitio poteritis adipisci, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus. Specialiter autem domum ipsam cum vineis, pratis, terris et ortis et domum sancti Saurnini [b]) extra civitatem Avinionensem cum omnibus pertinentiis suis. Ius, quod habetis ex regia donatione de redditibus iudeorum in eadem civitate, sicut ea iuste ac sine controversia possidetis, devotioni vestre auctoritate apostolica confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus. Statuentes, ut nullus de novalibus, que propriis manibus vel sumptibus [c]) colitis, sive de nutrimentis animalium vestrorum, ortorum vel pomorum fructibus a vobis decimas extorquere presumat. Preterea, iuxta Lateranensis statuta concilii, per auctoritatem diocesani episcopi habendi proprium sacerdotem, qui vobis et familie

a) *Im zweiten* i *Rasur* b) Severini? *oder* Saturnini? c) ib *auf Rasur.* 1) *Vergl. die Urkunde vom 12 August 1186—1187.* 2) *Vergl. die Urkunde vom 12 December 1185—1186.*

Digitized by Google

vestre divina debeat officia celebrare, et cimiterium etiam ad opus vestrum et familie vestre vobis libera sit facultas. Concedimus etiam, ut tintinnabulum ad convocandos fratres et familiam vestram in aliqua parte domus, sicut in instrumento bone memorie .R(aimundi), quondam Arelatensis archiepiscopi [1]), et .G(odefredi), Avionensis episcopi [2]), cognovimus contineri, liceat vobis habere. Prohibemus insuper, ne aliquis vos aut domum vestram indebitis exactionibus vel aliis molestiis inquietet, salvo censu unius libre cere, quem ecclesie Avinionensi debetis. Nulli ergo omnino hominum liceat, hanc paginam nostre protectionis, confirmationis, concessionis et prohibitionis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indigna|tionem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli, apostolorum eius, se noverit incursurum. — Dat. Verone, II Idus Decembr.

Original-Nachbildung im Archivio Segreto des Vaticans zu Rom.

Perg. ital., br. 0,267, lang 0,327, unten nicht umgeschlagen, Faltung der Länge nach von links, rechts, in der Mitte, und der lange Streif wieder in der Mitte gebrochen. Die Schrift steht links 0,02, rechts 0,025 von der Kante ab und zeigt Breven s *und* st, *aber in der Oberlänge geschweifte* d *und stark betonte Majuskeln. Sie entspricht der Zeit und ähnelt der der Kanzlei, so dass man geneigt sein könnte, sie für original zu halten, wogegen jedoch neben der besonderen Schriftfärbung der Umstand spricht, dass die Urkunde unten nicht umgeschlagen und plumbirt ist, noch gewesen zu sein scheint. Faltet man es, decken sich beide Hälften ziemlich genau der Länge nach, womit unten kein Pergament für das Umgeschlagene bleibt, eine unfertige Urkunde also unwahrscheinlich wird. Links und Rechts sind nicht eine sondern 2 Parallel-Seitenlinien gezogen. Der Inhalt des Schriftstücks ist ein solcher, wie er sonst gewöhnlich in Bullenform gegeben wird.*

Nr. 366.

Urban III verstattet dem Abte von Chiaravalle (D. Milano) gegen den theilweise in der Lombardei herrschend gewordenen Brauch, dass für ihn ein Gerichtseid mit Zeugen oder Beweisstücken genüge [3]).

1185—1186 December 13. Verona.

URBANUS episcopus, servus servorum dei, dilecto filio . . abbati Carevallensi [4]), salutem et apostolicam benedictionem. Equum est et con|sonum rationi, ut ea, que in gravamen religiosorum virorum contra iuris honestatisque formam indebite requiruntur, | districte vetentur et, ne de cetero attemptentur a quoquam, auctoritatis nostre obstaculum opponatur. Mala siquidem consuetudo in quibusdam partibus Lombardie inolevit, quod, licet questio, que inter aliquos agitur, testibus vel instrumentis legitime ab alterutra parte probetur, probationi tamen non creditur, nisi ab actore ac reo super eadem probatione iuramenta prestentur, que quidem consuetudo, quanto magis obviat rationi, tanto est diligentius abolenda. Hac igitur consideratione rationis inducti, presentis scripti pagina duximus statuendum, ut iuramentum tuum, cum idoneos testes vel aliam probationem legitimam exhibueris, in negotiis tue ecclesie minime requiratur, sub interminatione anathematis inhibentes, ne aliquis contra statutum nostrum ulterius venire presumat. Hoc autem non solum tempore tuo set successorum quoque tuorum statuimus observandum. Nulli ergo omnino hominum liceat, hanc paginam nostre constitutionis et prohibitionis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli, apostolorum | eius, se noverit incursurum. — Dat. Verone, Idus Decembr.

Or. im Archivio di Stato zu Mailand.

Perg. ital., br. 0,212, lang 0,168, unten 0,018 umgeschlagen, durch zwei Löcher ging die Schnur, welche mit dem Bleisiegel verloren. Faltung der Breven.

Nr. 367.

Urban III schreibt dem Abte von San Sisto di Piacenza, er erkläre alle Verlehnungen und Verpachtungen, welche der frühere Abt Bernhard ohne Zustimmung des Kapitels vorgenommen habe, für ungültig [5]).

1185—(1186) December 15. Verona.

Urbanus episcopus, servus servorum dei, dilecto filio . . abbati sancti Syxti Placentinensis, salutem et apostolicam benedictionem. Ad hoc sumus ad universalis

1) *Raimund de Bolène, Erzbischof von Arles, 1163—1182.* 2) *Gottfried II, Bischof von Avignon, 1173—1174(?).* 3) *Vergl. auch die Urkunde vom 13 März 1180 und vom 24 November 1187.* 4) *Abt von Chiaravalle war damals Johannes.* 5) *Vergl. die Urkunde vom 6 Februar 1185 und vom 2 April 1186—(1187); Repertorio diplom. Cremonese p. 82 Nr. 713.*

Digitized by Google

ecclesie regimen, domino disponente, assumpti, ut ea, que in ecclesia dei male facta noscuntur, per nos ad statum congruum revocentur et bona debeant illibata servari. Sicut autem in audientia est nostra propositum, Berardus, quondam abbas cenobii tui, infeudavit plurima de rebus ipsius illiciteque locavit sine assensu capituli, propter quod monasterium ipsum magnum detrimentum incurrit. Unde nos, indempnitati eiusdem cenobii paterna sollicitudine providere volentes, infeudationes et locationes possessionum et familiarum Curtis nove et aliorum locorum, ad tuum cenobium pertinentium, ab abbate illo contra leges vel canones factas, irritas esse censemus, presentis tibi scripti pagina indulgentes, ut eas auctoritate nostra libere tibi liceat, sine appellationis obstaculo revocare. — Dat. Verone, XVIII Kl. Ianuarii.

Abschrift vom Anfang des 13 Jahrh. Nr. 104, im Archivio Municipale zu Cremona.

Nr. 368.

Urban III nimmt das Kloster Colomba (D. Piacenza) in apostolischen Schutz und bestätigt seine Besitzthümer und Rechte [1]*).*

1186 Januar 4. Verona.

Urbanus episcopus, servus servorum dei, dilectis filiis Boiamundo, abbati sancte Marie de Columba, eiusque fratribus, tam presentibus quam futuris, regularem vitam professis, IN PPM. Religiosam vitam eligentibus apostolicum convenit adesse presidium, ne forte cuiuslibet temeritatis incursus, aut eos a proposito revocet, aut robur, quod absit, sacrę religionis infringat. Eapropter, dilecti in domino filii, vestris iustis postulationibus clementer annuimus et prefatum monasterium beate dei genitricis semperque virginis Marię, in quo divino mancipati estis obsequio, ad exemplar predecessorum nostrorum, Romanorum pontificum, felicis memorie Eugenii [2]), Anastasii [3]) et Alexandri, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus et presentis scripti privilegio communimus. In primis siquidem statuentes, ut ordo monasticus, qui secundum deum et beati Benedicti regulam et institutionem Cisterciensium fratrum ibidem institutus esse dinoscitur, perpetuis ibidem temporibus inviolabiliter observetur. Preterea, quascumque possessiones, quecumque bona idem monasterium in presentiarum iuste et canonice possidet aut in futurum concessione pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium seu aliis iustis modis, prestante domino, poterit adipisci, firma vobis vestrisque successoribus et illibata permaneant. In quibus hec propriis duximus exprimenda vocabulis, locum ipsum, in quo prefatum monasterium situm est, cum omnibus pertinentiis suis, locum qui vocatur Brudium cum pertinentiis suis, in loco qui dicitur Domuslascus octo iugera terrę et duas perticas, quicquid ecclesia sancti Domnini habebat in Cancellasio, omnes terras illas quas illustris vir Pelavicinus marchio una cum uxore et filiis suis, et Conradus Cavalcabovem marchio cum sua uxore et vasalli ipsorum marchionum, et ecclesia sanctę Marię de Castillione, et ecclesia de Florentiola, et nobilis vir signifer Placentine civitatis, et Malcoredus vicedominus, et Fulco advocatus, Bonizo de Andito, Ardengus vicedominus, Grimerius et Boiamundus vicecomites, et Gilentio, Bernardus, Iohannes et Calvus, fratres filii Salvii Arditionis, Malus parens, Rainaldus surdus, et Malacria et filii Rainerii, predicte civitatis nobiles, seu alii omnes boni viri eidem loco devocionis intuitu vel vendicionis seu [concam]bii atque [commuta]tionis gratia contulerunt; locum, qui vocatur [Morenaschus cum pertinen]tiis suis, grangiam de Cancella[fio cum pertinen]tiis suis, grangiam de Careto(?) cum pertinentiis suis, grangiam de Salezeto cum pertinentiis suis, domum Cremone sitam, que [fu]it [Domnino] de Burgo, que omnia [nimirum eiusdem loci fratri]bus quieta et libera et ab omni seculari exactione remota esse sanccimus. [Quicquid] vobis et monasterio vestro concessum infra terminos, ab Arduino, bone memorie episcopo, clero et populo Placentino specialiter designatos atque a Lotario felicis memorie tertio, Romanorum imperatore, confirmatos, fore dinoscitur, scilicet a loco, qui dicitur Barastalla, usque ad Seolum, [et a Se]olo usque ad Florentiolam, et a Florentiola usque ad Basilicamducem, et a Basilicaduce usque ad sanctum Andream, et a sancto Andrea usque ad predictum Barastallum nichilominus eidem monasterio confirmamus. Prohibemus etiam, ut infra prescriptos terminos nulla ecclesia quolibet tempore construatur nullaque secularis habitatio fiat, quicquid etiam prefatus episcopus

1) *Vergl. die Urkunde vom 12 Juli 1144.* 2) *Jaffé, Reg. 6156.* 3) *Urkunde vom 16 Nov. 1154.*

Digitized by Google

de terris, ad ius sui episcopatus pertinentibus, fratrum suorum concilio a) vobis concessit et scripto proprio roboravit. Confinia quoque, que predictus Pelavicinus marchio una cum uxore sua de terris sui iuris pro remedio animarum suarum prefato monasterio de Columba concesserunt et suis propriis manibus posuerunt et scripti sui munimine confirmarunt, nos quoque auctoritate apostolica roboramus et, ne quis ea mutare vel transferre presumat, prohibemus, videlicet sicut rivus de Pontiore transit, usque in viam que vadit ad Seolum, et sicut ipsa confinia posita sunt desuper salecetum usque ad viam que vadit ad Castellionem, et sicut eadem via vadit desuper Canda de Luxerdo usque in rivum (Veterem) [1]), et sicut ipse rivus vadit usque ad Budracum, et sicut ipsum Budracum vadit usque ad canale(m) de Bergundione, et sicut ipsum canale vadit usque ad clusam eiusdem Bergundionis, et sicut rivus de Frasseneto vadit ab ipsa clusa usque ad predictum locum de Pontiore. Sane laborum vestrorum, quos propriis manibus aut sumptibus colitis, sive de nutrimentis animalium vestrorum nullus a vobis decimas exigere vel extorquere presumat. Liceat quoque vobis, clericos vel laicos e seculo fugientes, liberos et absolutos, ad conversionem recipere et eos absque contradictione aliqua retinere. Prohibemus insuper, ut nulli fratrum vestrorum post factam in eodem professionem fas sit absque abbatis sui licencia de eodem discedere; discedentem vero absque communium litterarum cautione nullus audeat retinere. Illud insuper auctoritate apostolica prohibemus, ut infra dimidium milia[rium] prope grangias vestras de novo nulla secularium habitatio fiat, d[e qua vobis] debeat servate hactenus libertatis et p[a]cis aliquod preiuditium generari. Paci [quo]que et tranquillitati vestre paterna sollicitudine providere volentes, auctoritate apostolica prohibemus, ut infra clausuras locorum seu grangiarum vestrarum nullus violentiam vel rapinam seu furtum committere, ignem apponere, hominem capere vel interficere aliqua temeritate presumat. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum fas sit, prefatum monasterium temere perturbare . . . omnimodis profutura, salva sedis apostolice auctoritate. Si qua igitur . . . Cunctis autem. . . inveniant. Amen. A-men.

(R) Ego Urbanus catholice ecclesie episcopus ss. (M)
† Ego Theodinus Portuensis et sancte Rufine sedis episcopus ss.
† Ego Henricus Albanensis episcopus ss.
† Ego Theobaldus Hostiensis et Velletrensis episcopus ss.
— † Ego Iohannes presbiter cardinalis tit. sancti Marci ss.
† Ego Laborans presbiter cardinalis sancte Marie transtiberim tit. Calixti ss.
† Ego Pandulfus presbiter cardinalis tit. XII Apostolorum ss.
† Ego Albinus tit. sancte Crucis in Ierusalem presbiter cardinalis ss.
† Ego Melior tit. sanctorum Iohannis et Pauli presbiter cardinalis ss.
(†) Ego Adelardus tit. sancti Marcelli presbiter cardinalis ss.
— † Ego Ardicio diaconus cardinalis sancti Theodori ss.
† Ego Gratianus sanctorum Cosme et Damiani diaconus cardinalis ss.
† Ego Soffredus sancte Marie in Via lata diaconus cardinalis ss.
† Ego Rolandus sancte Marie in Porticu diaconus cardinalis ss.
† Ego Petrus sancti Nicholai in carcere Tulliano diaconus cardinalis ss.
† Ego Radulfus sancti Georgii ad Velum aureum diaconus cardinalis ss.

Dat. Verone, per manum Trasmundi, sancte Romane ecclesie notarii. II Non. Ianuarii. Indictione IIII. Incarnationis dominice anno MCLXXXV. Pontificatus vero domni URBANI pp III anno primo.

Von den Kardinälen Petrus (S. Cecilie pbr.) und Soffredus (S. Marie in Via lata diac.) beglaubigte Abschrift, in der Biblioteca Reale zu Parma.

Die Siegel haben an Pergamentstreifen gehangen, welche durch 2 Einschnitte im Pergament der Urkunde gingen, sie sind aber mit den Streifen verloren. Die Unterfertigung lautet: Ego Petrus t. sce. Cecilie p. c. autenticum huius instrumentum vidi, in quo nichil plus vel minus, quam in isto continebatur et, ut ipsi fides habeatur, meum sigillum apposui; *ebenso die Soffreds, nur mit anderem Namen und Titel; beide scheinen von gleicher Hand und Dinte geschrieben zu sein.*

---

a) et filio. — 1) *Vergl. die Urkunde Anastasius IV.*

Digitized by Google

Nr. 369.

Urban III bestätigt dem Kloster Colomba (D. Piacenza) den Vergleich mit den Geistlichen von Cangelasio.

1186 Januar 4. Verona [1]).

URBANUS episcopus, servus servorum dei, dilectis filiis . . abbati et fratribus de Columba, salutem et apostolicam | benedictionem. Iustis petentium desideriis dignum est nos facilem prebere consensum et ea, que a ratio|nis tramite non discordant, effectu prosequente complere. Eapropter, dilecti in domino filii, vestris iustis postulationibus grato concurrentes assensu, compositionem, que per venerabilem fratrem nostrum, Placentinensem episcopum [2]), inter vos et clericos plebis de Cancellasio [3]) super mutatione eiusdem plebis et aliis, que scripto auctentico, facto exinde, continentur absque pravitate facta est et ab utraque parte recepta iuxta tenorem publici instrumenti, in quo for[ma] compos[iti]onis habe[tur expre]ssa, ratam esse decer[ni]mus eamque vobis et monasterio vestro [auctorit]ate apostolica confirmamus [et pre]sentis scripti munimine communimus. Nulli ergo omnino homum liceat, hanc paginam nostre confirmationis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem | omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli, apostolorum eius, se noverit incursurum. — Dat. Verone, | II Non. Ianuarii.

Or in der Biblioteca Reale zu Parma.

Perg. ital., br. 0,206, lang 0,17, unten 0,02 umgeschlagen, durch 2 Löcher geht die rosa und gelbe Seidenschnur, deren Bleisiegel verloren.

Nr. 370.

Urban III nimmt das Kloster San Pietro di Modena in apostolischen Schutz und bestätigt seine Besitzthümer und Rechte.

1186 April 10. Verona.

Urbanus episcopus, servus sevorum dei, dilectis filiis, MICHAELI, abbati monasterii sancti Petri, iuxta civitatem Mutinam siti [a]), eiusque fratribus, tam presentibus quam futuris, regularem vitam professis, IN PPM. — | Regularem vitam eligentibus apostolicum convenit adesse presidium, ne forte cuiuslibet temeritatis incursus eos a proposito revocet, aut robur, quod absit, sacre religionis infringat. Eapropter, | dilecti in domino filii, vestris iustis postulationibus clementer annuimus et monasterium sancti Petri, iuxta civitatem Mutinam situm, in quo divino estis obsequio mancipati, ad exemplar felicis recordationis EUGENII [4]). ALEXANDRI [5]) et LUCII [6]), predecessorum nostrorum, Romanorum pontificum, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus et presentis scripti privilegio communimus. In primis siquidem statuentes, ut ordo monasticus, qui secundum deum et beati Benedicti regulam in monasterio vestro institutus esse dinoscitur, perpetuis ibidem temporibus inviolabiliter observetur. Preterea, quascumque possessiones, quecumque bona idem monasterium in presentiarum iuste et canonice possidet vel in futurum concessione pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium seu aliis iustis modis, prestante domino, poterit adipisci, firma vobis vestrisque successoribus et illibata permaneant. In quibus hec propriis duximus exprimenda vocabulis: locum ipsum, in quo monasterium vestrum situm est, cum omnibus adiacentiis et pertinentiis suis, qui talibus finibus circumdatur: a septentrione strata Salicetana usque ad fossam Militariam et ultra fossam ipsam terram, que protenditur usque Cenosam et fossatum Novum decurrens in iam dictam Militariam, ab occidente vero est rivus, qui, de predicto fossato exiens, decurrit usque fossam Mutinellam et inde usque ad iam dictam stratam Salicetanam, et octo iugera terrae iuxta fossam Militariam, a mane et subtus ipso monasterio habente, a meridie et sero, sancto Geminiano, supra ipsam civitatem, ubi molendinum Gaiolinum dicitur, terram cum casis, vineis et pratis, cum proventu decimarum ex eis, que his finibus clauditur: a mane canale, a meridie usque curticellam sancti Madri, a sero fossa Fornugine de subtus terra hospicii, quam tenuit Lamfrancus

---

a) situm. — 1) *Die Jahreszahl ergiebt sich aus der vorigen Urkunde; auch am 3 Januar ist eine Urkunde für Colomba ausgestellt.* 2) *Tedald, Bischof von Piacenza, 1167—1192.* 3) *Cangelasio, Frazione del comune di Salsomaggiore, nell' Emilia, prov. di Parma, circond. di Borgo San Donnino.* 4) *Jaffé, Reg. 6474.* 5) *Jaffé, Reg. 8214.* 6) *Jaffé, Reg. 9582a, vergl. Kaltenbrunner, Papsturkunden p. 13.*

Digitized by Google

Gualdemannus, ceteras possessiones, quas habetis in circuitu Mutine et infra cum omnibus adiacentiis et pertinentiis suis, molendinum quod habetis extra portam Alba, et cum casa et casamento cum aqua et aqueductu in integrum, cum omnibus adiacentiis et pertinentiis suis, molendinum, quod est positum iuxta stratam civitatis, inter monasterium et hospitale sancti Nicholai, cum aqua et aqueductu ipsius et aliis omnibus adiacentiis suis et usibus necessariis, usum ipsius aque, decurrentis de palude ad dicta molendina, et alias necessitates vestras, sicut decurrit nunc et hactenus pacifice possedistis, molendinum, quod habetis iuxta boscum de Laquaro, cum casa, casamento, orto, curte et omnibus adiacentiis et asciamentis suis, cum aqua et aqueductu ipsius et molendinum iuxta fossam Formiginem, cum casa, casamento, aqua et aqueductu et omnibus adiacentiis et asciamentis suis, omne ius et usus, quos habetis in aquis, in circuitu Mutinensi decurrentibus, et nominatim in rivo, qui dicitur Mutinella, extra ipsam civitatem, habente principium inter terram beati Petri et terram Petri de sancto Donato currente; infra civitatem Mutinensem: ecclesiam sancti Iohannis cum parrochia et omnibus que ad eandem ecclesiam pertinent, iuxta civitatem: ecclesiam sancti Nicholai cum omnibus pertinentiis suis, hospitale vestrum prope civitatem cum dicta ecclesia sancti Nicholai, et omnibus que ad ipsam pertinent, ecclesiam sancti Egidii de Muccia ad ipsam pertinentem, hospitale, ecclesiam sancte Crucis cum hospitali et omnibus pertinentiis suis, ecclesiam sancte Marie de Massa cum parrochia et omnibus que ad ipsam pertinent, ecclesiam sancte Marie de Mugnano cum parrochia et aliis pertinentiis suis, ecclesiam sancti Anastasii de Savignano cum parrochia et aliis pertinentiis suis, ecclesiam sancte Marie de Ambiliano cum parrochia, decimis, molendino, cum aqua et aqueductu suo et omnibus adiacentiis et aliis que ad eandem ecclesiam pertinent, ecclesiam sancti Geminiani de Turre cum parrochia sua et aliis pertinentiis suis, ecclesiam sancte Marie iuxta Castellum vetus cum parrochia et aliis que ad ipsam pertinent, ecclesiam sancte Marie de Silva . . . cum [a]) omnibus pertinentiis suis, ecclesiam sancti Michaelis de Palude cum parrochia, decimis et primitiis et aliis proventibus, adiacentiis et pertinentiis suis, castellum de Adiano cum ecclesiis sancte Marie et sancti Michaelis cum parrochiis earum, decimis et primitiis et aliis que ad ipsas ecclesias pertinent, curticellam que dicitur de Abrica cum decimis, hominibus et aliis omnibus que ibidem habetis, ecclesiam de sancto Martino de Salto cum parrochia et aliis que ad eam pertinent, arcem, que vocatur Cornetulum [b]), cum ecclesia sancti Martini cum parrochia, baptisterio et aliis pertinentiis suis, decimis et primitiis et ceteris proventibus. Quicquid habetis in curte predicte arcis, quicquid habetis intra castellum et in curte montis Specli, quicquid habetis intra castellum et in curte Montesii, ecclesiam sancti Martini de Polignago in loco, qui dicitur Cella, cum omnibus que ad eam pertinent, quecumque habetis in comitatu Guminule, quicquid habetis in Ferignano, in civitate Bononiensi casamentum unum, extra civitatem duas petias vinee que sunt octo Tornadure, tria iugera terre in curte de Pamgale, ecclesiam sancti Michaelis de Sorbetulo cum parrochia et aliis pertinentiis et proventibus suis, terras quas habetis in Crespelano et in curte eius, terras quas habetis in Pragattulo et in curte ipsius cum pascuis et aliis rationibus vestris, quicquid habetis in Montebellio et in curte eius, terras, vineas, piscarias et homines que habetis in curte de Massa, quicquid habetis in curte sancti Felicis, quicquid habetis in curte de Quarantula, quicquid habetis in curte sancti Possidomi et in curte sancti Stephani; in episcopatu Paduano [1]) monasterium sancti Michaelis de C . . diano cum suis pertinentiis; in episcopatu Veronensi [2]) septem mansos in Minerve pro quibus solvuntur vobis quadraginta solidi [c]) Luccenses, et quicquid habetis in comitatu de Figarolo et in plebatu de Trecenta. Decimas preterea, quas monasterium vestrum quadraginta annis quiete possedit et in presentiarum sine controversia possidetis, vobis et successoribus vestris auctoritate apostolica confirmamus. Prohibentes districtius, ut nullus laicus a vobis decimas exigere vel extorquere presumat. Prohibemus autem, ne possessiones ipsius monasterii vel ecclesiarum vestrarum, ordine iudiciario pretermisso, quisquam invadere, inquietare vel auferre presumat. Adicimus quoque, ut monasterium vestrum et ecclesie sue in ea libertate permaneant, in qua a quadraginta annis usque nunc canonice ac pacifice extitisse noscuntur [d]). Sane novalium vestrorum, que propriis manibus aut sumptibus colitis, seu de nutrimentis vestrorum animalium [e]) nullus a vobis decimas exigere vel extorquere presumat. Liceat quoque vobis, clericos et laicos, liberos et absolutos, e seculo fugientes, ad conversionem recipere et eos absque contra-

a) *Auf Rasur* b) e *auf Rasur* c) i *auf Rasur* d) ur *auf Rasur* e) m *auf Rasur.*
1) *Padua.* 2) *Verona.*

Digitized by Google

dictione qualibet retinere. Cum autem generale interdictum terre fuerit, liceat vobis, clausis ianuis, non pulsatis campanis, exclusis excommunicatis et interdictis, suppressa voce divina officia celebrare. Antiquas preterea et rationabiles consuetudines monasterii vestri, hactenus observatas, libertates etiam et immunitates, vobis indultas, ratas habemus et eas futuris temporibus illibatas manere censemus. Ad hec auctoritate presentium districtius inhibemus, ne aliquis vobis vel ecclesiis vestris novas seu indebitas exactiones imponat aut per tallias, procurationes, visitationes, adiutoria vel albergarias imponendo iniuste monasterium vestrum vel ecclesias vestras aut personas gravare presumat. Statuimus quoque, ut nulli in monasterium vestrum interdicti aut in personas eius suspensionis vel excommunicationis sententiam absque manifesta et rationabili causa, ammonitione premissa, liceat promulgare, nisi talis fuerit culpa, que ammonitione non egeat. Ad hec correctionem, ordinationem et dispositionem ipsius monasterii et omnium ad ipsum monasterium [a]) de Candiana [1]) pertinentium, secundum quod hec vobis per sententiam diffinitivam, que super causa, que inter vos et venerabilem fratrem nostrum [b]) .G(erardum), Paduanum episcopum [2]), de dicto monasterio Candianensi diutius agitata est et a bone recordationis Papiensi et Placentinensi [c]) episcopis et dilecto filio .B., electo sancti Sepulchri, lata esse dinoscitur, concessa sunt, felicis recordationis ALEXANDRI pape, predecessoris nostri, vestigiis inherentes, tibi, fili abbas, et successoribus tuis [d]) et per vos eidem monasterio duximus integre auctoritate apostolica confirmanda. Statuimus preterea, ut infra [e]) parrochias monasterii et ecclesiarum vestrarum nullus ecclesiam vel oratorium sine assensu episcopi et vestro edificare presumat, salvis privilegiis Romanorum pontificum. Sepulturam quoque ipsius loci liberam esse decernimus, ut eorum, qui se illic sepeliri deliberaverint, devotioni et extreme voluntati, nisi forte excommunicati vel interdicti sint, nullus obsistat, salva iustitia ilarum ecclesiarum, a quibus mortuorum corpora assumuntur. Obeunte vero te, nunc eiusdem loci abbate, vel tuorum quolibet successorum, nullus ibi qualibet surreptionis astutia seu violentia preponatur, nisi quem fratres communi consensu vel fratrum maior pars consilii sanioris secundum dei timorem et beati Benedicti regulam providerint eligendum, cui, si episcopus confirmationis vel benedictionis munus, secundo et tertio requisitus, dare distulerit vel iuramentum, fidem seu aliquid aliud requisierit, quod h[acten]us non fuit exhibitum, nichilominus amministrandi utiliter res ec[clesie] habeat potestatem et recipiendi confirmationem seu benedictionem a metropolitano suo, si post dictam requisitionem, quod petitur, duxerit denegandum. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat, prefatum monasterium temere . . . salva sedis apostolice auctoritate et diocesani episcopi debita iustitia. Si qua . . . Cunctis . . . . inveniant. Amen. A-m. Amen.

(R) Ego Urbanus catholice ecclesie episcopus ss. (M)
† Ego Henricus Albanensis episcopus ss. (1)
† Epo Theobaldus Hostiensis et Velletrensis episcopus ss. (3)
— † Ego Iohannes presbiter [f]) cardinalis tit. sancti Marci ss.
† Ego Laborans presbiter cardinalis sancte Marie transtiberim tit. Calixti ss.
† Ego Pandulfus presbiter cardinalis tit. XII Apostolorum ss.
† Ego Albinus presbiter cardinalis tit. sancte Crucis in Ierusalem ss.
† Ego Melior presbiter cardinalis sanctorum Iohannis et Pauli tit. Pagmachii ss.
† Ego Adelardus tit. sancti Marcelli presbiter cardinalis ss.
— † Ego Gratianus sanctorum Cosme et Damiani diaconus cardinalis ss.
† Ego Soffredus sancte Marie in Via lata diaconus cardinalis ss.
† Ego Rollandus sancte Marie in Porticu diaconus cardinalis ss.
† Ego Petrus sancti Nicholai in carcere Tulliano diaconus cardinalis ss.
† Ego Radulfus sancti Georgii ad Velum aureum diaconus cardinalis ss.

Dat. Verone, per manum Alberti, sancte Romane ecclesie presbiteri cardinalis et cancellarii. IIII Idus Aprilis. Indictione tertia. Incarnationis dominice anno MCLXXXVI. Pontificatus vero domni URBANI pp. tertii anno primo. —

Or., beglaubigte Abschrift vom Jahre 1440 und Abschrift, im Archivio di Stato zu Modena.

Perg. ital., br. 0,56, lang 0,795, unten 0,02 umgeschlagen, durch 2 Löcher geht die dunkelrothe Seidenschnur, wovon ein kleines Stück erhalten, Bleisiegel verloren, Faltung der Bullen. Umschrift fehlt, Datirung vom Konscriptschreiber, A Alberts nachgetragen. Die Zeugen theilweise von verschiedener Hand und Dinte; das Ego

a) monasteri *auf Rasur* b) *von* vos *an auf Rasur* c) *vor den beiden* P *ein Raum freigelassen, offenbar für die Nameninitialen* d) i *auf Rasur* e) n *auf Rasur* f) *hinter* presbiter *Rasur.* 1) *Nicht mehr existirend (Namen der gleiche).* 2) *Gerhard, Bischof von Padua, 1169—1213.*

Digitized by Google

Pandulfs könnte von einer Hand und Dinte herrühren, die von der der übrigen Unterschrift verschieden. Die Kreuze der ersten 3 Diakonen scheinen mit dunklerer Dinte gemacht zu sein als die betreffenden Unterschriften, im E *Gratians noch ein Stück damit nachgezogen.*

Nr. 371.

Urban III bestätigt dem Konvente von San Giovanni in Laterano zu Rom den Besitz der Kirche Santa Maria in Colle Scipione.

1186 April 12. Verona.

Urbanus episcopus, servus servorum dei, dilectis filiis Iohanni, priori ecclesie sancti Iohannis Lateranensis, eiusque fratribus, tam presentibus quam futuris, canonice substituendis, in perpetuum. Quanto Lateranensis ecclesia amplioris dignitatis ex antiqua institutione esse cognoscitur, tanto magis eundem venerabilem locum in maiori reverentia decet haberi et ad incrementum tam spiritualiter quam temporaliter a nobis et aliis dei fidelibus operam dari. Nec dubium, quod, si religiosorum virorum petitionibus paterna benignitate annuimus, nostris oportunitatibus clementem dominum reperimus. Hoc nimirum intuitu, dilecti in domino filii, vestris postulationibus impartimur assensum, et ecclesiam sancte Marie in colle Scipionis ad instar felicis recordationis Innocentii pape [1]), predecessoris nostri, sicut eam hactenus iuste ac sine controversia possedistis, vobis et ecclesie vestre auctoritate apostolica confirmamus eamque cum omnibus pertinentiis suis sub beati Petri et nostra protectione suscipimus et presentis scripti privilegio communimus. Statuentes, ut, quascumque possessiones, quecumque bona prefata sancte Marie ecclesia in presentiarum iuste et canonice possidet aut in futurum rationabilibus modis deo propitio poterit adipisci, firma vobis vestrisque successoribus et illibata permaneant. Presenti quoque decreto sanctimus, ut eadem ecclesia nullius nisi Romani pontificis et prefate Lateranensis ecclesie, cuius proprietas existit, subiaceat potestati nullique eam ab eiusdem Lateranensis ecclesie proprietate ac dispositione auferre vel extrahere sit facultas. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum fas sit, prefatam ecclesiam . . . usibus omnimodis profutura. Si qua igitur . . . Cunctis autem . . . inveniant. Amen. Amen. Amen.

(R) Ego Urbanus catholice ecclesie episcopus ss. (M)
† Ego Paulus Prenestinus episcopus ss.
† Ego Henricus Albanensis episcopus ss.
† Ego Theobaldus Ostiensis et Velletrensis episcopus ss.
† Ego Iohannes presbiter cardinalis tit. sancti Marci ss.
† Ego Laborans presbiter cardinalis sancte Marie transtiberim tit. Calixti ss.
† Ego Pandulfus presbiter cardinalis tit. XII Apostolorum ss.
† Ego Albinus presbiter cardinalis tit. sancte Crucis in Ierusalem ss.
† Ego Melior presbiter cardinalis sanctorum Iohannis et Pauli tit. Pagmachii ss.
† Ego Gratianus sanctorum Cosme et Damiani diaconus cardinalis ss.
† Ego Octavianus sanctorum Sergii et Bachi diaconus cardinalis ss.
† Ego Soffredus sancte Marie in Via lata diaconus cardinalis ss.
† Ego Rollandus sancte Marie in Porticu diaconus cardinalis ss.
† Ego Petrus sancti Nicolai in carcere Tulliano diaconus cardinalis ss.
† Ego Rodulphus sancti Georgii ad Velum aureum diaconus cardinalis ss.

Datum Verone, per manum Alberti, sancte Romane ecclesie presbiteri cardinalis et cancellarii. II Idus Aprilis. Indictione IV. Incarnationis dominice anno MCLXXXVI. Pontificatus vero domni Urbani pape III anno primo.

Abschrift vom 18 Jahrh. des Bullar. Basil. Lateranensis p. 26, im Archivio Capitolare di San Giovanni in Laterano; ein Bruchstück vom 17 Jahrh. des Cod. Vat. 8034 fol. 36, in der Bibl. Vaticana zu Rom.
In der Lateranabschrift steht: Collect c. Orig.

Nr. 372.

Urban III nimmt die Kollegiatkirche San Giovanni in Monte di Bologna in apostolischen Schutz und bestätigt ihre Besitzthümer und Rechte [2]).

1186 Juni 3. Verona.

Urbanus episcopus, servus servorum dei, dilectis filiis Ribaldo, priori ecclesie sanctorum Victoris et Iohannis de Monte, eiusque fratribus, tam presentibus quam

1) *Vergl. die Urkunde vom 15 Juni 1139.* 2) *Vergl. die Urkunde vom 22 April 1183 und 31 October 1187.*

Digitized by Google

futuris, canonice statuendis, IN PPM. — | Quotiens a nobis petitur, quod religioni et honestati convenire dinoscitur, animo nos decet libenti concedere et petentium desideriis congruum suffragium impertiri. Eapropter, dilecti | in domino filii, vestris iustis postulationibus clementer annuimus et prefatam ecclesiam, in qua divino mancipati estis obsequio, ad exemplar felicis recordationis predecessoris nostri, ALEXANDRI pape [1]), sub beati Petri et nostra protectione suscipimus et presentis scripti privilegio communimus. In primis siquidem statuentes, ut ordo canonicus, qui secundum deum et beati Augustini regulam in eadem ecclesia institutus esse dinoscitur, perpetuis ibidem temporibus inviolabiliter observetur. Preterea, quascumque possessiones, quecumque bona eadem ecclesia in presentiarum iuste et canonice possidet aut in futurum concessione pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium seu aliis iustis modis, prestante domino, poterit adipisci, firma vobis vestrisque successoribus et illibata permaneant. In quibus hec propriis duximus exprimenda vocabulis: loca ipsa, in quibus prefate ecclesie sanctorum Victoris et Iohannis site sunt, cum omnibus appendiciis suis, omnes possessiones, quas habetis in loco qui dicitur Lupulent et Argellant et Flessem [a]) et Castanasii et Casellarum et Paterni ac Gleule, quicquid etiam iuris habetis infra ambitum Bononie vel extra in episcopatu Bononiensi, et quicquid iure emphiteotico prefata ecclesia habet ab ecclesia sancti Stephani. Sane novalium vestrorum, que propriis manibus aut sumptibus colitis [b]), sive de nutrimentis animalium vestrorum decimas a vobis nullus exigere aut extorquere presumat. Liceat quoque vobis, clericos vel laicos, e seculo fugientes, liberos et absolutos, ad conversionem recipere et eos absque contradictione aliqua retinere. Sepulturam quoque ipsius loci liberam esse concedimus, ut eorum devotioni et extreme voluntati, [qui] se illic sepeliri deliberaverint, nisi forte excommunicati vel interdicti sint, nullus obsistat, salva tamen iustitia illarum ecclesiarum, a quibus mortuorum corpora assumuntur. Cum autem generale interdictum terre fuerit, liceat vobis, clausis ianuis, exclusis [exc]ommunicatis et interdictis, non pulsatis campanis, suppressa voce divina officia celebrare. Obeunte vero te, nunc eiusdem loci priore, vel tuorum quolibet [su]ccessorum, nullus ibi qualibet subreptionis astutia seu violentia preponatur, nisi quem fratres communi [c]) consensu vel fratrum pars maioris et sanioris consilii secundum dei timorem et beati Augustini regulam previderint eligendum. Decernimus ergo, ut nulli [omnino] hominum liceat, prefatam ecclesiam temere . . . profutura, salva sedis apostolice auctoritate et diocesani [episcopi] canonica [iustitia]. Si qua igitur . . . Cunctis autem . . . . inveniant. Amen. — A-m. Amen. —

(R) Ego Urbanus catholice ecclesie episcopus ss. (M)
† Ego Henricus Albanensis episcopus ss.
† Ego Paulus Prenestinus episcopus ss.
† Ego Theobaldus Hostiensis et Velletrensis episcopus ss. (4)
— † Ego Iohannes presbiter cardinalis tit. sancti Marci ss.
† Ego Petrus presbiter cardinalis tit. sancte Susanne ss.
† Ego Laborans presbiter cardinalis sancte Marie transtiberim tit. Calixti ss.
† Ego Pandulfus presbiter cardinalis tit. XII Apostolorum ss.
† Ego Albinus [d]) presbiter cardinalis tit. sancte Crucis in Hyrusalem ss. (1)
† Ego Adelardus tit. sancti Marcelli presbiter ss.
— † Ego Iac(intus) diaconus cardinalis sancte Marie in Cosmidyn ss.
† Ego Gratianus sanctorum Cosme et Damiani diaconus cardinalis ss.
† Ego Bobo sancti Ang[eli diaconus] cardinalis ss. (1)
† Ego Soffredus sancte Marie in [Via] lata diaconus cardinalis ss.

Dat. Verone, per manum Alberti, sancte Romane ecclesie presbiteri cardinalis et cancellarii. III Non. Iunii. Indictione IIII. Incarnationis dominice anno MCLXXXVI. Pontificatus vero domni URBANI pp. III anno primo. —

Or. (S. Giovanni in Monte), im Archivio di Stato, und Abschrift des MS. Aula 11. C. Cap. 34 p. 23, in der Bibl. dell' Università zu Bologna.

Perg. ital., br. 0,49, lang 0,625, unten 0,028 umgeschlagen, durch 2 Löcher geht die rosa und gelbe Seidenschnur, an der das Bleisiegel hängt, Faltung der Bullen. Ringkreuz und E *der Unterschrift von hellerer Dinte als Umschrift und fernere Unterschrift. Datirung hellere Dinte als Hauptkörper,* Dat. Verone per nanum *noch heller als das übrige, doch wohl nur verblichen, das* A *Alberts mit anderer Dinte eingetragen.* † Ego Iohannes *hellere Dinte als* presbiter cardinalis tit sancti Marci ss; *das Kreuz von Petrus (S. Susanne) dunkler als die Signatur vielleicht auch* † Ego *als* Paulus Prenestinus episcopus ss. *Namentlich in der unteren Hälfte ist die Urkunde durch Feuchtigkeit und Mäusefrass beschädigt.*

a) Fless' b) *steht zweimal* c) comuni d) Adlbinus, *unter dem* d *ein Punkt.* ___.1) *Nicht erhalten.*

Digitized by Google

Nr. 373.

Urban III bestätigt dem Konvente von San Tommaso d'Ascoli in Piceno die Besitzthümer und Rechte seiner Kirche.

1186 Juni 24. Verona.

Urbanus episcopus, servus servorum dei, dilectis filiis Leoni, priori ecclesie sancti Thome, que in civitate Esculana sita est, eiusque fratribus, tam presentibus quam futuris, regularem vitam professis, in perpetuum. Quotiens a nobis petitur, quod religioni et honestati convenire dinoscitur, animo nos decet libenti concedere et petentium desideriis congruum suffragium impartiri. Eapropter, dilecti in domino filii, vestris iustis postulationibus clementer annuimus et prefatam ecclesiam, in qua divino mancipati estis obsequio, ad exemplar felicis recordationis Lucii pape [1]), predecessoris nostri, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus et presentis scripti privilegio communimus. Imprimis siquidem statuentes, ut ordo canonicus, qui secundum deum et beati Augustini regulam in ecclesia vestra noscitur institutus, perpetuis ibidem temporibus observetur. Preterea, quascumque possessiones, quecumque bona eadem ecclesia in presentiarum iuste et canonice possidet aut in futurum concessione pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium seu aliis iustis modis, prestante domino, poteritis adipisci, firma vobis vestrisque successoribus et illibata permaneant. In quibus hec propriis duximus exprimenda vocabulis: locum ipsum, in quo prefata ecclesia sita est, cum omnibus pertinentiis suis, ecclesiam sancte Lucie de silva Corbe cum omnibus possessionibus et pertinentiis suis, quam venerabilis frater noster Rai(naldus), Esculanus episcopus [2]), capitulo assentiente, concessit, sicut in eorum auctentico continetur. Ius etiam, quod in predicta ecclesia domini de Ofran et de Villa Maneri(?) vobis et ecclesie vestre, episcopo consentiente, dederunt, campum quod habetis in Panicalo, et terram quam dedit vobis Iacobus de Miliano, in Sexto campum de Panicale, casam et vineam quam dedit vobis Sabaricus, hospitale, quod habetis in Carrufo, cum possessionibus et pertinentiis suis. Sane novalium vestrorum, que propriis manibus aut sumptibus colitis, sive de nutrimentis animalium vestrorum nullus a vobis decimas extorquere presumat. Liceat quoque vobis, clericos vel laicos, e seculo fugientes, liberos et absolutos, ad conversionem recipere et eos absque contradictione aliqua retinere. Cum autem generale interdictum terre fuerit, liceat vobis, clausis ianuis, exclusis excommunicatis et interdictis, non pulsatis campanis, suppressa voce divina officia celebrare. Prohibemus insuper, ut nulli fratrum vestrorum post factam in eodem loco professionem fas sit, absque prioris sui licentia de eodem, nisi arctioris religionis obtentu, discedere; discedentem vero absque communium literarum cautione nullus audeat retinere. Libertates etiam et immunitates, eidem ecclesie a bone memorie Tras(mundo), Esculano episcopo [3]), rationabiliter concessas et hactenus observatas, ratas habemus et futuris temporibus illibatas permanere sancimus. Inhibemus quoque, ne quis in vos vel ecclesiam vestram sine manifesta et causa rationabili excommunicationis vel interdicti sententiam promulgare presumat. Crisma vero, oleum sanctum, consecrationes altarium seu basilicarum, ordinationes clericorum a diocesano catholico suscipiatis episcopo, que vobis gratis et absque aliqua pravitate precipimus exhiberi. Obeunte vero te, nunc eiusdem loci priore, vel tuorum quolibet successorum, nullus ibi qualibet subreptionis astutia seu violentia preponatur, nisi quem fratres omnium consensu vel fratrum pars consilii sanioris secundum dei timorem et beati Augustini regulam providerint eligendum. Sepulturam quoque ipsius loci liberam esse decernimus, ut eorum devotioni et extreme voluntati, qui se illic sepeliri deliberaverint, nisi forte excommunicati vel interdicti sint, nullus obsistat, salva tamen iusticia illarum ecclesiarum, a quibus mortuorum corpora assumuntur. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat, prefatam ecclesiam . . . usibus omnimodis profutura, salva sedis apostolice auctoritate et diocesani episcopi canonica iusticia. Si qua igitur . . . Cunctis autem . . . inveniant. Amen. Amen. Amen.

(R) Ego Urbanus catholice ecclesie episcopus ss. (M)
† Ego Henricus Albanensis episcopus ss.
† Ego Paulus Prenestinus episcopus ss.
† Ego Iohannes presbiter cardinalis tit. sancti Marci ss.
† Ego Petrus de Bona presbiter cardinalis tit. sancte Susanne ss.

1) *Urkunde nicht erhalten.* 2) *Rainald I, Bischof von Ascoli, 1185—1198.* 3) *Trasmundus, Bischof von Ascoli, c. 1177—1179.*

Digitized by Google

† Ego Laborans presbiter cardinalis sancte Marie transtiberim tit. Calixti ss.
† Ego Albinus presbiter cardinalis tit. sancte Crucis in Ierusalem ss.
† Ego Melior presbiter cardinalis sanctorum Iohannis et Pauli tit. Pagmachii [a]) ss.
† Ego Iacobus sancte Marie in Cosmedin diaconus cardinalis ss.
† Ego Gratianus sanctorum Cosme et Damiani diaconus cardinalis ss.
† Ego Bobo sancti Angeli diaconus cardinalis ss.
† Ego Octavianus sanctorum Sergii et Bachi diaconus cardinalis ss.
† Ego Petrus sancti Nicolai in carcere Tulliano diaconus cardinalis ss.

Dat. Verone, per manum Alberti, sancte Romane ecclesie presbiteri cardinalis et cancellarii. VIII Kal. Iulii. Indictione IV. Incarnationis dominice anno MCLXX(X)VI. Pontificatus vero domni Urbani pape anno I.

Abschrift vom 18 Jahrh. des Bullar. Basil. Lateranensis p. 27b, im Archivio Capitolare di San Giovanni in Laterano zu Rom.

Nr. 374.

Urban III bestätigt dem Domkapitel von Bologna den Besitz mehrerer Kirchen und Zehnten.

1186 November 12. Verona.

Urbanus episcopus, servus servorum dei, dilectis filiis, archipresbitero et canonicis Bononiensis ecclesie, salutem et apostolicam benedictionem. Cum nobis sit, quamquam immeritis, universalis ecclesie sollicitudo commissa, officii nostri debito cogimur, ecclesiarum utilitatibus providere et ad conservationem iuris earum apostolicum eis patrocinium impertiri. Hac igitur consideratione rationis inducti et vestris nihilominus precibus inclinati, ecclesias sancti Petri in Castro nero et sancte Barnabe in Vecla, hospitale insuper, positum apud sanctum Roffillum, preterea decimationes Gadii et tres etiam ecclesias, videlicet sancte Marie in Garda, sancti Ioannis in Fontanis et sancti Thome cum decimis, oblationibus et parochia sua, quas vobis pie recordationis Adrianus et Alexander, predecessores nostri [1]), authentico scripto firmaverunt, sicut ea iuste ac sine controversia possidetis, devotioni vestre auctoritate apostolica confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus. Statuentes, ut nulli omnino hominum liceat, hanc paginam nostre confirmationis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli, apostolorum eius, se noverit incursurum. — Dat. Verone, II Idus Novembris.

Jüngere Abschrift des Cart. del Capitolo di San Pietro p. 8, im Archivio di Stato, und, nach Kaltenbrunner Papsturkunden S. 59, des Libro delle Asse fol 2b (war mir nicht zugänglich), im Archivio Capitolare zu Bologna.

Nr. 375.

Urban III nimmt das Domkapitel von Vicenza in apostolischen Schutz und bestätigt seine Besitzthümer [2]).

1186 November 15. Verona.

Urbanus episcopus, servus servorum dei, dilectis filiis, Lazaro archipresbitero, Uberto archidiacono et canonicis Vicentinis, tam presentibus quam futuris, canonice substituendis, in perpetuum. Quotiens a nobis petitur, quod rationi et honestati convenire dinoscitur, animo nos decet libenti concedere et petentium desideriis congruum suffragium impertiri. Eapropter, dilecti in domino filii, vestris iustis postulationibus clementer annuimus et ecclesiam sancte Marie Vicentine, in qua divino mancipati estis obsequio, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus et presentis scripti privilegio communimus. Statuentes, ut, quascumque possessiones, quecumque bona eadem ecclesia in presentiarum iuste et canonice possidet aut in futurum concessione pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium seu aliis iustis modis, prestante domino, poterit adipisci, firma vobis vestrisque successoribus et illibata permaneant. In quibus hec propriis duximus exprimenda vocabulis: locum ipsum, in quo prefata

---

a) Langmachii. — 1) *Vergl. die Urkunde vom 9 April 1171—1181.* 2) *Die Abschrift dieser Urkunde verdanke ich Herrn Prof. Bernardo Morsolin zu Vicenza. — F. Barborano, Hist. Eccl. di Vicenza V p. 58; Silvestro Castellini, Stor. della Città di Vicenza VII lib. X p. 20, und ibid. al. lib. XII p. 64 Nr. 6.*

Digitized by Google

ecclesia sita est, cum pertinentiis suis, ea quoque, que venerabilis frater noster .P(istor), Vicentinus episcopus [1]), scripto vobis autentico confirmavit et vos iuste et canonice possidetis, presentis scripti pagina duximus roboranda, videlicet decimam civitatis vestre et Berrice atque de cunctis villis ad canonicam ipsam spectantibus, scilicet de villa que dicitur Bassico, Valmarienti, Turmino, Arcuniano, Pila, Deba, Longara, Grauneda, Rundeneda, Porcilla, Casale, Creicole, Vicorgoni, Runco mulieris, Paulecla, Crepule, Fabrica, Arquade, Vicodonnarii, Scarte. Concessit etiam et firmavit beneficium, quod habuit Gauselmus archipresbiter, in predicta insuper civitate et Berrica intus et foris. Terram aratoriam sancte Marie, vineas, cultam et incultam pertinentem ad ecclesiam ipsius, et quidquid iuste vobis est a quacumque persona relictum, ut dictum est, ipsas res cum casis, vineis, cum areis suis, campis, pratis, pascuis, silvis, stillariis, ripis, rupibus, montibus, planitiis, paludibus, molendinis, piscationibus cultis et incultis, una cum finibus, terminis, accessionibus et usibus aquarumque decursibus, cum omni iure adiacenti et ipsis rebus pertinente, simul cum prenominatis decimis in integrum, iam dicta canonica eo ordine habeat, ut canonici, in ea canonice viventes, ex eis canonice vivant dominoque obsequium devotum impendant. Confirmavit etiam vobis ecclesiam sancti Leutherii et terram aratoriam cum vineis et campis et cum omnibus ad eandem ecclesiam de iure spectantibus, ecclesiam videlicet sancti Laurentii de Porta nova, et ecclesiam sancti Marcelli, et ecclesiam sancti Stephani, ecclesiam sancti Marci, ecclesiam sancti Viti, ecclesiam sancti Faustini, ecclesiam sancti Leuterii, ecclesiam sancti Pauli, ecclesiam sancti Laurentii de Berrica, ecclesiam sancti Savini, ecclesiam sancti Salvatoris; extra quoque civitatem: ecclesiam de Imignano, ecclesiam de Sovicio, ecclesiam de Cresole, ecclesiam de Ritorgole, ecclesiam de Fabrica, et ecclesias duas de Braitesina, ecclesiam de Arquignano, ecclesiam sancte Iustine, ecclesiam sancti Apolenaris, ecclesiam de Cossarnvolonis, ecclesiam de Longara, ecclesiam sancte Crucis, item ecclesias duas de Scratico, ecclesiam sancti Desiderii. Omnes istas prescripte canonice Vicentine ecclesie cum omni iure et pertinentiis suis duximus confirmandas cum ecclesia etiam sancti Iacobi. Preterea possessiones, eidem canonice Vicentine competentes, confirmamus, videlicet possessiones, quas predicta canonica habet in Vicencia vel in monte Berrice, et in cultura Vicentine civitatis, seu etiam in Leonico, in monte Bello, in Monticulo maiori, in Meleto, in Dresceno, in Brendula, in Arquignano, in costa vallis Flumonis, in Nanto et Castegnedolo, et in Soricio, in Custodia, in Conzaude, in Cignano, in Carmignano, in Bulzano, in sancto Petro in Gudi, nemus quod dicitur canonica in Leiseria, in Sendrico, in Quinto, in Soledo, in Magrade, in Malato, in Campagna, in Grumolo, in Bragance, in Fara, in Caldogno, in Cresole, necnon in civitate Padue et in pertinentiis suis. Domos, molendinos, agros, vineas et ceteras alias ubique possessiones, libertates quoque et immunitates, antiquas et rationabiles consuetudines, ecclesie vestre concessas et hactenus observatas, ratas habemus easque perpetuis temporibus illibatas manere sancimus. Cum autem generale interdictum terre fuerit, liceat vobis, clausis ianuis, exclusis excommunicatis et interdictis, non pulsatis campanis, suppressa voce divina officia celebrare. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat, prefatam ecclesiam . . . usibus omnimodis profutura, salva sedis apostolice auctoritate et diocesani episcopi debita reverentia. Si qua igitur . . . Cunctis autem . . . inveniant. Amen. Am. Amen.

(R) Ego Urbanus catholice ecclesie episcopus ss. (M)
† Ego Henricus Albanensis episcopus ss.
† Ego Paulus Prenestinus episcopus ss.
— † Ego Petrus de Bono presbiter cardinalis tit. sancte Sabine ss.
† Ego Laborans presbiter cardinalis tit. sancte Marie transtiberim et Calixti ss.
† Ego Pandulfus presbiter cardinalis tit. XII Apostolorum ss.
† Ego Melior presbiter cardinalis sanctorum Iohannis et Pauli tit. Pamachii ss.
† Ego Adelardus tit. sancti Marcelli presbiter cardinalis ss.
— † Ego Iacintus sancte Marie in Cosmedin diaconus cardinalis ss.
† Ego Gratianus sanctorum Cosme et Damiani diaconus cardinalis ss.
† Ego Soffredus sancte Marie in Via lata diaconus cardinalis ss.
† Ego Rollandus sancte Marie in Porticu diaconus cardinalis ss.

Dat. Verone, per manum Alberti, sancte Romane ecclesie presbiteri cardinalis

1) *Pistor, Bischof von Vicenza, 1184—1204.*

Digitized by Google

et cancellarii. XVII Kl. Decembris. Indictione V. Incarnationis dominice MCLXXXVI. Pontificatus vero domni Urbani pp. III anno primo.

Or. im Archivio Capitolare zu Vicenza.

Nr. 376.

Urban III ertheilt dem Patriarchen Gottfried von Aquileja Vorschriften über das Appellationswesen [1]).

1186—1187 Januar 16. Verona.

Urbanus episcopus, servus servorum dei, venerabili fratri Gotofredo, Aquilegensi patriarche [2]), salutem et apostolicam benedictionem. Ad audientiam nostram pervenit, quod multi, in causam coram te vocati, in appellationis vocem frustratorie dilationis occasione prorumpunt et quandoque terminum aliquem quandoque nullum appellationi sue prefigunt, nec tamen eam, licet diem prefixerint, prosequuntur. Unde, quoniam indignum est, ut per subterfugium illorum alteri parti sua iustitia subtrahatur, cum nemini debeat suus dolus prodesse, fraternitati tue per apostolica scripta mandamus, quatenus, si aliqui coram te causas habuerint et certa die prefixa ad sedem apostolicam appellaverint, tu ipse appellationem suam infra terminum [eos prosequi] moneas diligentius et compellas. Si autem eam prosecuti non fuerint, tu illos super his, que in questione vertuntur, iudicio tuo parere, appellatione remota, constringas. Illis vero, qui nullum appellationi sue terminum prefixerunt, diem convenientem assignes, infra quem eos aut appellationem prosequi aut iudicio tuo super controversia, sicut dictum est, remoto appellationis obstaculo, parere compellas, nisi more sue rationabilem sibi excusationem ostendant. — Datum Veronae, XVII Calendas Februarii.

Abschrift des Cod. Misc. Nr. 647 p. 92, im Archivio di Stato zu Venedig.

Nr. 377.

Urban III bestätigt dem Cistercienser Orden, dass niemand gegen ihn oder seine Glieder mit Kirchenstrafen vorgehen dürfe [3]).

1186—1187 Februar 27. Verona.

Urbanus episcopus, servus servorum dei, dilectis filiis, abbati Cisterciensi et universis coabbatibus eius, sub eodem ordine deo servientibus, salutem et apostolicam benedictionem. Monastice sinceritas discipline, quam in puritate ordinis, quem tenetis, eterni conditoris providencia restauravit, illam semper invenit in sede apostolica clemenciam, qua et vobis in domino accresceret propositum virtutis et aliorum devocio vestris provocaretur exemplis, ut per celestium semitam mandatorum ad propositum feliciter bravium festinaret. Inter cetera vero, licet ordo vester ea se servaverit episcopis humilitate subiectum, ut salvis originalibus institutis eorum semper vellet magisterio subiacere, illud tamen hactenus de favore ac protectione sedis apostolice optinuit, ut nullus in monasteria vel abbates ordinis memorati quamlibet ecclesiasticam sententiam promeret vel personas, in eodem ordine constitutas, excommunicationis vel suspensionis seu interdicti promulgacione gravaret. Quia vero, frigescente caritate, multorum usque adeo malicia noscitur habundasse, ut nonnulli eorum, qui ecclesiis dei modernis temporibus sunt prelati, transgrediantur terminos, ab antiquioribus constitutos et in vestrum specialiter ordinem indebitam exercere non dubitent ultionem, ad exemplar felicis memorie Lucii [4]) pape, predecessoris nostri, presentium harum inscriptione statuimus et auctoritate apostolica prohibemus, ut nulli omnino liceat, in vos vel monasteria vestra seu fratres, inibi constitutos, contra id, quod ab origine ordinis noscitur observatum, excommunicacionis vel suspensionis seu interdicti sentenciam promere, quam, si deprompta fuerit, decernimus non tenere. Nulli ergo omnino hominum liceat, hanc paginam nostre constitucionis et confirmationis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem

---

1) *Die Abschrift dieser Urkunde ist mir freundlichst durch Herrn Pastor Dr. Elze in Venedig besorgt worden.* 2) *Gottfried, Patriarch von Aquileja, 1182—1194.* 3) *Vergl. Jaffé Reg. 9640. Die Urkunde vom 5 März (Acta I Nr. 381) befindet sich auch in einem Transsumpt für Raitenhaslach vom Jahre 1456 im allg. Reichsarchive zu München.* 4) *Vergl. Jaffé Reg. 9640.*

Digitized by Google

hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli, apostolorum eius, se noverit incursurum. — Dat. Verone, III Kl. Marcii.

Transsumpt des Jahres 1456 (Abtheilung: Raitenhaslach), im allgemeinen Reichsarchive zu München.

Nr. 378.

Urban III bewilligt dem Domkapitel von Bologna, dass ihm ein Antheil an dem Vermächtnisse derjenigen seiner Pfarrangehörigen zustehen solle, die sich bei einer anderen Kirche begraben lassen.

1186—1187 März 2. Verona.

Urbanus episcopus, servus servorum dei, dilectis filiis, archidiacono et canonicis Bononie, salutem et apostolicam benedictionem. Quotiens a nobis petitur, quod iuri et honestati convenire dignoscitur, animo nos decet libenti concedere et petentium desideriis congruum suffragium impertiri. Eapropter, dilecti in domino filii, vestris iustis postulationibus grato concurrentes assensu, auctoritate vobis presentium indulgemus, ut, si quis parochianorum vestrorum apud aliam ecclesiam suam elegerit sepulturam canonicam, in legatis eorum vobis portio reservetur. Nulli ergo omnino hominum liceat, hanc paginam nostre concessionis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli, apostolorum eius, se noverit incursurum. — Dat. Verone, VI Non. Martii.

Jüngere Abschrift des Cart. del Capitolo di San Pietro p. 50, im Archivio di Stato zu Bologna.

Nr. 379.

Urban III erlaubt dem Bischofe Wilhelm von Lucca, diejenigen Kirchen nach seinem Dafürhalten zu besetzen, über deren Besetzung sich die zuständigen Patrone nicht einigen.

1186—1187 März 5. Verona.

Urbanus episcopus, servus servorum dei, venerabili fratri W(ilhelmo), Lucano episcopo [1]), salutem et apostolicam benedictionem. Ex iniuncto nobis a deo apostolatus offitio de universis ecclesiis sollicitudinem habere tenemur et earum utilitatibus auctore domino diligentius imminere. Sicut autem ex tua est nobis parte propositum, ordinationes ecclesiarum plurimum dissipantur tue diocesis patronorum, votis in diversa trahentibus, ultra modum sepius differuntur. Volentes igitur huic malo auctoritate apostolica obviari, presentis tibi scripti pagina duximus indulgendum, ut, cum patroni super ecclesiarum, quarum institutio spectat, ad te fuerint representatione discordes, nisi ad concordiam infra terminum, in Lateranensi concilio constitutum, te commonente, redierint, termino illo transacto, liberum tibi sit, ecclesias illas, nullius contradictione vel appellatione obstante, canonice de personis idoneis ordinare. — Dat. Verone, III Non. Martii.

Abschrift vom 14 Jahrh. des Libro della Croce p. 15, im Archivio Arcivescovile zu Lucca.

Nr. 380.

Urban III bestätigt dem Erzpriester des Doms von Perugia die Einkünfte seiner Kirche.

1186—1187 März 15. Verona.

URBANUS episcopus, servus servorum dei, dilecto filio .B., archipresbitero sancti Laurentii Perusini, | salutem et apostolicam benedictionem. Iustis petentium desideriis dignum est nos facilem pre|bere consensum et vota, que a rationis tramite non discordant, effectu prosequente complere. Eapropter, dilecte in domino fili, tuis iustis postulationibus grato concurrentes assensu, antiquas et rationabiles consuetudines ipsius ecclesie in decimis, oblationibus, sepulturis et aliis spiritualibus et temporalibus rebus, hactenus observatas, auctoritate tibi apostolica confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus. Statuentes, ut nulli omnino hominum liceat, hanc paginam nostre con-

1) *Wilhelm de Rofredo, Bischof von Lucca, 1175—1195.*

Digitized by Google

firmationis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli, apostolorum eius, se noverit incursurum. — Dat. Verone, Idus Martii.

Or. im Archivio Capitolare zu Perugia.
Perg. ital., br. 0,195, lang 0,135, unten c. 0,016 umgeschlagen, durch 2 Löcher geht die rosa und gelbe Seidenschnur, woran das Bleisiegel hängt, Faltung der Breven.

Nr. 381.

Urban III schreibt dem Kloster San Sisto di Piacenza, er erkläre die Abmachung des früheren Abtes Bernhard, welche derselbe mit J. und A. von Montedonnino getroffen habe, sowie dessen sonstige, die ohne Zustimmung des Kapitels vorgenommen seien, für ungültig [1]*).*

1186—(1187) April 2. Verona.

Urbanus episcopus, servus servorum dei, .G(andulfo), abbati et capitulo sancti Sixti de Placentia, salutem et apostolicam benedictionem. Pervenit ad nos, quod cum .I. et .A. de Monte donico, cives vestri, annuum fictum trium modiorum grani monasterio vestro multo tempore subtraxissent, tandem per estimatores ipsius civitatis de mandato consulum in centum et octo libras Placentinenses fuerunt eidem monasterio condempnati. Licet autem iidem consules pro securitate prescripte peccunie possessiones eorum tenendas prescripto monasterio concessissent, postmodum tamen B(erardus), predecessor tuus, fili abbas, ad quorundam instantiam, octo libris, ut fertur, a debitoribus illis receptis, eis prescriptas centum libras sine assensu [a]) capituli pro sua voluntate remisit. Unde, quia monasterium ipsum ex hoc grave dampnum noscitur sustinere, quod in tam enorme dispendium eiusdem monasterii factum est, revocamus in irritum et, quascumque alias donationes, locationes, infeudationes eundem predecessorem tuum ⟨factum est⟩ sine assensu capituli sui vel maioris et sanioris partis in preiuditium monasterii fecisse constiterit, eas carere decernimus firmitate. — Dat. Verone, IIII Non. Aprilis.

Zwei Abschriften vom 13 Jahrh. Nr. 104 und 2106, im Archivio Municipale zu Cremona.

Nr. 382.

Urban III erinnert den Erzbischof von Tarragona daran, dass er ihn in seine Würde eingesetzt habe, wenn er den Erzbischof von Toledo als Primaten anerkenne [2]*).*

1186—1187 April 25. (Verona).

Urbanus episcopus, servus servorum dei, venerabili fratri, archiepiscopo Tarraconensi, salutem et apostolicam benedictionem. Novit dilectio tua, frater in Christo venerabilis, quo tenore, qua contradictione pallium tibi privilegiumque concessimus etc. memineris tamen, ita te archiepiscopum constitutum, ut tam tu, quam universi provincię Terraconensis (Toletano archi)episcopo tanquam primati debeatis esse subiecti, sic enim, ut in Toletane ecclesię privilegio constitutum est, quod nos omnino ratum volumus permanere. Nunc autem multo amplius, quia et vestrę sollicitudinis vices in Hispania universa et Narbonensis provincia ministranda iniunximus etc. — Datum VII Kal. Maii.

Abschrift des Cod. C. 23 fol. 87b, in der Bibl. Vallicelliana.
Zu der Abschrift ist bemerkt: In registro Urbani pape III.

Nr. 383.

Urban III beauftragt die Bischöfe von Piacenza, Parma, Cremona und Tortona und den Kanonikerkonvent von Borgo San Donnino (D. Parma), ihre Pfarrangehörigen zu veranlassen, dass sie dem Kloster Santa Maria Teodota di Pavia zurückerstatten, was sie ohne Zustimmung von dessen Kapitel besitzen [3]*).*

1186—1187 Mai 23. Verona.

Urbanus episcopus, servus servorum dei, venerabilibus fratribus . . Placentino [4]) . . Parmensi [5]) | .Cremonensi [6]) et Terdonensi [7]) episcopis, et dilectis filiis . . preposito

a) *Eine Kop.* consensu. — .1) *Vergl. die Urkunde vom 15 December 1185—(1186); Repertorio Dipl. Cremonese p. 81 Nr. 712, dort der kaiserliche Erlass vom 29 Januar 1185, Nr. 714 und 715.* 2) *Vergl. die Urkunde von 1159—1160.* 3) *Vergl. die Urkunde vom 13 Juli 1180 und vom 30 November 1187.* 4) *Tedald, Bischof von Piacenza, 1167—1192.* 5) *Bernard II, Bischof von Parma, 1172—1194.* 6) *Sicardus, Bischof von Cremona, 1185—1215.* 7) *Wohl Oddo II Bischof von Tortona.*

Digitized by Google

et canonicis sancti Domnini, | salutem et apostolicam benedictionem. Dilectarum in Christo filiarum nostrarum . . abbatisse et sororum sancte Marie Teodote transmissa nobis relatio patefecit, quod .D., quondam intrusa [1]) ipsius monasterii, de prediis eius sine conscientia et assensu conventus quibusdam vendendo et infeudando concessit et Cecilia, que illi successit, similiter aliqua dedit et, que ab illa data fuerant, ut potuit, confirmavit. Quocirca discretioni vestre per apostolica scripta precipiendo mandamus, quatinus parrochianos vestros, ut, que illis a prefata .D. sine assensu capituli concessa sunt vel ab altera confirmata, monasterio sine difficultate restituant, districtius moneatis. Quod si facere forte noluerint, eos, appellatione remota, excommunicationis vinculo innodetis et faciatis, sicut excommu|nicatos, usque ad satisfactionem congruam evitari. — — Dat. Verone, X Kl. Iunii.

Or. im Archivio di Stato zu Mailand.

Perg. ital., br. 0,165, lang 0,148, unten 0,018 umgeschlagen, durch zwei Löcher geht die Hanfschnur, woran das Bleisiegel hängt, Faltung der Breven.

Nr. 384.

Urban III schreibt den Bischöfen von Acqui und Savona, dass er in der Streitsache zwischen dem Domkapitel von Genua und dem Prior von Colle dem Bischofe von Savona, der bisher als Schiedsrichter bestellt war, noch den Bischof von Acqui beiordnet [2]).

1186—1187 Juli 19. Verona.

Urbanus episcopus, servus servorum dei, venerabilibus fratribus, Aquensi [3]) et Savonensi [4]) episcopis, salutem et apostolicam benedictionem. Receptionem testium, qui supra causa, que inter dilectos filios . . . . . archidiaconum et capitulum Ianuense et ex altera parte dilectum filium . . . . priorem de Colle [5]) vertitur, de novo fuerint producendi, tibi, frater Savonensis, recolimus commisisse, ut tam novas, quam veteres testium depositiones ad nostram sub tuo sigillo haberes presentiam destinatas. Verum, quia, sicut dilecti filii nostri . . . . . magister scholarum et Ricardus(?), canonicus Ianuensis, proposuerunt, pro causa ipsa sine magnis expensis et laboribus ad sedem apostolicam non possunt laborare, te, frater [episcope] Aquensis, duximus adiungendum, per apostolica scripta mandantes, quatenus ad locum utrique parti congruum, accedentes accipiatis testes, qui fuerint recipiendi et, utriusque partis rationibus auditis (et) cognitis, timorem domini pre oculis habentes, causam ipsam sine appellationis obstaculo fine debito terminatis. — Dat. Verone, XIV Kal. Aug.

Abschriften der Miscell. di Stor. Lig. V p. 358, des Schiaffino II p. 397, in der Bibl. Civica, des Schiaffino II p. 533, in der Bibl. dell' Università zu Genua.

Nr. 385.

Urban III erklärt dem Bischofe von Vercelli, dass alle bisher vorgekommenen Güterverminderungen seiner Kirche ungültig seien.

1186—1187 August 9. Verona.

URBANUS episcopus, servus servorum dei, venerabili fratri .Vercellensi episcopo [6]), salutem et apostolicam benedictionem. Sicut, que a viris catho|licis rationabiliter statuuntur, firmitatem debent per [a]) sedem apostolicam [a]) omnimodam obtinere, ita, que ab intrusis et ab ecclesie uni|tate divisis perperam et enormiter attemptantur, debent in irritum auctoritate apostolica revocari. Ideoque nos, qui ex suscepti officii debito indemnitati [b]) tenemur ecclesiarum prospicere, investituras, alienationes, infeudationes, concessiones, obligationes et permutationes in preiudicium et gravamen ecclesie tibi

---

a) per . . . em . . . . . am *auf Rasur von dunklerer Dinte* b) *das erste* i *auf Rasur eines langen Buchstabens.* — 1) *Vergl. die Urkunde vom 9 October 1167—1169.* 2) *Vergl. die Urkunde vom 12 August 1186—1187.* 3) *Ubertus, Bischof von Acqui, c. 1177—1181.* 4) *Ambrosius, Bischof von Savona, c. 1183—1192.* 5) *Colle ist ein namentlich im Toscanischen sehr häufig vorkommender Name, welches Colle gemeint ist, vermag ich nicht sicher anzugeben, man könnte denken an: Colla, Fras. del com. di Cosseria nella Liguria, prov. di Genova, circond. di Savona, mand. di Millesimo, ein anderes Colla liegt bei Chiavari, ein drittes bei Torriglia, alle unfern Genua. — In der Urkunde vom 12 August 1186—1187 ist der Ort* collis Montis *genannt, doch scheint ein Collemonte nicht vorzukommen.* 6) *Damals war Albert Avogadro Bischof von Vercelli, 1185—1205.*

Digitized by Google

commisse ab intrusis quondam eiusdem ecclesie et a Gisulfo [1]), Uguicione [2]) et Gualone [3]), quondam episcopis factas, irritas esse censemus et instrumenta, a supradictis vassallis ecclesie facta, ut liceat [eis?] ab aliis vassallis ecclesie emere inconsulto episcopo feuda, que per Vercellensem tenentur ecclesiam, iuribus carere decernimus. Statuentes, ut, que de bonis ipsius ecclesie predictis modis constiterint esse subtracta, liceat tibi per censuram canonicam ad opus ecclesie tue auctoritate apostolica legitime revocare. Nulli ergo omnino hominum liceat, hanc paginam nostre constitutionis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, si commonitus, noluerit emen|dare, pena se noverit canonica percellendum. — Dat. Verone, v Idus Aug.

Or. im Archivio Capitolare zu Vercelli.

Perg. ital., br. 0,19, lang 0,127, unten 0,016 umgeschlagen, durch zwei Löcher geht die gelbe Seidenschnur, woran das Bleisiegel hängt, Faltung der Breven.

Nr. 386.

Urban III beauftragt die Aebte von San Siro, Sant' Andrea und San Benigno di Genova, die Streitsache zwischen den Domkanonikern von Genua und dem Prior von Colle wegen der Kirche von Sarzana zu schlichten [4]).

1186—1187 August 12. Verona.

Urbanus episcopus, servus servorum dei, dilectis filiis Bernardo, sancti Syri . . . . . [a]) sancti Andree, et Stephano, sancti Benigni [5]) abbatibus, salutem et apostolicam benedictionem. Cum controversia, que inter dilectos filios, canonicos sancti Laurentii Ianuensis, et priorem . . . . . de colle Montis [6]) super ecclesia de Sarzano noscitur agitari, vobis fuerit de apostolico mandato commissa, ipsa nondum per vos, sicut nobis propositum est, finem accepit. Ideoque discretioni vestre per apostolica scripta mandamus, quatenus utramque partem ad vestram audientiam convocantes, auditis rationibus et attestationibus hinc inde propositis, eamdem causam infra XXX dies post harum receptionem, appellatione remota, mediante iustitia, terminetis, nullis litteris veritati et iustitie preiudicium facientibus, si que apparuerint, a sede apostolica impetrate. Quod si omnes his prosequendis nequiveritis interesse, duo vestrum ea nihilominus prosequantur. — Dat. Verone, II Id. Augusti.

Abschriften der Miscell. di Stor. Ligur. V p. 358, des Schiaffino II p. 397, in der Bibl. Civica, des Schiaffino II p. 534, in der Bibl. dell' Università zu Genua.

Nr. 387.

Urban III beauftragt das Domkapitel von Pistoia, das Hospital von Doccio (D. Pistoia) in seinen Gerechtsamen zu erhalten [7]).

1186—1187 October 13. Verona.

Urbanus episcopus, servus servorum dei, dilectis filiis, .N. [b]) preposito et capitulo Pistoriensis ecclesie, salutem et | apostolicam benedictionem. Quotiens vos vel alios ecclesiasticos viros audimus operibus bonis intendere, in|tentionem eorum et votum benigno favore prosequimur et ipsos in suo proposito apostolicis exhortationibus confovemus. Inde est, quod [c]) hospitalem domum de Duccio [8]), in proprio solo vestro et propriis laboribus et expensis constructam, quam hactenus, sicut audimus, pia sollicitudine confovistis, caritati vestre propensius commendantes, discretionem vestram monemus atque mandamus, quatinus, prout bene cepistis, in vestro pio proposito persistentes, eam nullis molestiis vel exactionibus indebitis aggravetis, set in suis iustitiis protegere [d]) ac manutenere curetis et taliter ab indebitis pravorum vexationibus defensare, quod

---

a) *Wohl* Ianuensis? b) *nachträglich eingefügt* c) *nachträglich mit anderer Dinte zwischengeklemmt* d) re *auf Rasur.* — .1) *Gisulf II, Bischof von Vercelli, 1135—1148.* 2) *Uguccio, Bischof, 1150—1170.* 3) *Gaulo Bondano, Bischof, 1170—1184.* 4) *Vergl. die Urkunde vom 19 Juli 1186—1187 und vom 12 December 1185—1186.* 5) *S. Benigni de capite Faris.* 6) *Vergl. die ebengenannte Urkunde Anm. 4.* 7) *Vergl. die Urkunde vom 18 Oktober 1186—1187.* 8) Hospitale de Ductio *fu fondato dai Canonici Pistoiesi* in proprio sole, *non può essere vicino a Firenze. Tre luoghi vi hanno nome die Doccia, e non ci è mai stato spedale.* (*Cesare Paoli*). *Ein Doccio liegt in Piemont, Prov. Novara, Circond. Valsesia. Häufig ist der Name Dosso.*

Digitized by Google

fratres ipsius loci per studium et auctoritatem vestram libere vacare possint hospitalitatis officio, quod sumpserunt | et nos providentiam vestram debeamus non immerito commendare. — Dat. Verone, III Idus Octub.

Or. (Capitolo di Pistoja 1185 Dic. 11), im Archivio di Stato zu Florenz.

Perg. ital., br. 0,158, lang 0,112, unten 0,015 umgeschlagen, durch 2 Löcher geht die Hanfschnur, deren Bleisiegel verloren, Faltung der Breven. Das Datum rührt vielleicht von anderer Hand her.

Nr. 388.

Urban III bestätigt dem Domkapitel von Pistoia den Besitz des Hospitals von Doccio (D. Pistoia [1]).

1186—1187 October 18. Verona.

URBANUS episcopus, servus servorum dei, dilectis filiis . . preposito et capitulo Pistoriensi, salutem et | apostolicam benedictionem. Iustis petentium desideriis dignum est nos facilem prebere consensum et | vota, que a rationis tramite non discordant, effectu prosequente complere. Eapropter, dilecti in domino filii, vestris iustis postulationibus grato concurrentes assensu, hospitale de Ductio, quod expensis et laboribus vestris [a]) in proprio solo dicimini construxisse, sicut ipsum iuste et sine controversia possidetis, vobis et per vos ecclesie vestre auctoritate apostolica confirmamus. Statuentes, ut nullus in preiudicium iuris vestri circa statum hospitalitatis ipsius temere quicquam audeat immutare vel ipsum ad alium locum transferre. Nulli ergo omnino hominum liceat, hanc paginam nostre confirmationis et constitutionis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indig nationem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli, apostolorum eius, se noverit incursurum. — Dat. Verone, XV Kal. Novembris.

Or. (Capitolo di Pistoja 1186 Nov. 17), im Archivio di Stato zu Florenz.

Perg. ital., br. 0,202, lang 0,145, unten 0,015 umgeschlagen, durch zwei Löcher geht die rosa und gelbe Seidenschnur, woran unordentlich und halb abgerissen das Bleisiegel hängt, Faltung der Breven.

Nr. 389.

Urban III bestätigt dem Abte Boemund von San Bartolomeo di Carpineto (D. Penne) die Besitzthümer und Gerechtsame seines Klosters, welches er in apostolischen Schutz nimmt [2]).

1187 Januar 19. Verona.

Urbanus episcopus, servus servorum dei, dilecto filio Boamundo, abbati monasterii sancti Bartholomei, quod in Pennensi territorio situm est, eiusque successoribus, regulariter substituendis, IN PPM. — Monet nos apostolice sedis, cui licet immeriti presidemus, auctoritas, pro statu omnium ecclesiarum provida circumspectione satagere et, ne malignorum rapinis vel | molestiis exponantur, apostolicum ipsis patrocinium exhibere. Eapropter, dilecte in domino fili, Boamunde abbas, tuis iustis postulationibus prebentes assensum et felicis memorie predecessorum nostrorum INNOCENTII [3]) et LUCII [4]), Romanorum pontificum, vestigiis inherentes, monasterium beati Bartholomei, quod specialiter beati Petri iuris existit, cui auctore domino preesse dinosceris, sub beati Petri tutela et nostra protectione suscipimus et contra pravorum hominum nequitias apostolici privilegii robore communimus. Preterea, quascumque possessiones, quecumque bona idem monasterium in presentiarum iuste et canonice possidet aut in futurum concessione pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium seu aliis iustis modis, prestante domino, poterit adipisci, firma tibi tuisque successoribus et illibata permaneant. In quibus hec propriis duximus exprimenda vocabulis: locum ipsum, in quo prefatum monasterium situm est, cum omnibus pertinentiis suis, castellum videlicet Carpenetum, Somatum, castellum Fara cum pertinentiis suis, ecclesiam quoque sancti Vitalis cum pertinentiis suis, ecclesiam sancti Michaelis, ecclesiam sancti Iohannis, ecclesiam sancte Marie, ecclesiam sancti Peregrini, ecclesiam sancti Nicholai de Viculo, ecclesiam sancte Marie in Sereno, ecclesias sancte Marie et sancti Felicis in Catumano cum pertinentiis

---

a) *Das Abbreviaturzeichen auf Rasur.* — 1) *Vergl. die Urkunde vom 13 October 1186—1187.* 2) *Vergl. die Urkunde vom 25 Juni 1169.* 3) *Urkunde vom 25 März 1138.* 4) *Nicht erhalten.*

Digitized by Google

suis, ecclesiam sancti Iohannis, ecclesiam sancti Iacobi, ecclesiam sancti Cristofori, ecclesiam sancte Marie in Genestrula, ecclesiam sancti Nicholai et sancte Iuste de Ocretano, ecclesiam sancte Marie de Brittulo, ecclesiam sancti Laurentii de Fabrica, ecclesiam sancti Iohannis in Balneo, ecclesiam sancti Laurentii de Unicano, ecclesiam sancte Marie in Plano, ecclesiam sancte Marie in Cellulis cum pertintiis earum, ecclesiam sancte Marie de Valezo et Valezum, ecclesiam sancte Cecilie, ecclesiam sancte Iuste de Fellonaco et Fellonacum cum pertinentiis suis. Crisma vero, oleum sanctum, consecrationes altarium seu basilicarum, ordinationes clericorum, qui ad sacros ordines fuerint promovendi, a diocesano suscipietis episcopo, siquidem catholicus fuerit et gratiam apostolice sedis habuerit et ea gratis et absque pravitate vel exactione aliqua vobis voluerit exhibere. Alioquin liceat vobis, quem malueritis, adire antistitem, qui nostra fultus auctoritate, quod postulatur, indulgeat. Sepulturam quoque ipsius loci liberam esse decernimus, ut eorum devotioni et extreme voluntati, qui se illic sepeliri deliberaverint, nisi forte excommunicati sint vel interdicti, nullus obsistat, salva tamen iustitia illarum ecclesiarum, a quibus mortuorum corpora assumuntur. Obeunte vero te, nunc eiusdem loci abbate, vel tuorum quolibet successorum, nullus ibi qualibet subreptionis astutia seu violentia preponatur, nisi quem fratres communi consensu vel fratrum maior pars consilii sanioris secundum dei timorem et beati Benedicti regulam providerint eligendum, a Romano semper tamquam ad ipsum specialiter pertinentem pontifice benedicendum. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat, prefatum monasterium . . . usibus omnimodis profutura, salva sedis apostolice auctoritate. Si qua igitur . . . Cunctis autem . . . inveniant. Amen. A-m. Amen. —

(R) Ego Urbanus catholice ecclesie episcopus ss. (M)
† Ego Henricus Albanensis episcopus ss. (6)
— † Ego P(etrus) de Bono presbiter cardinalis tit. sancte Susanne ss.
† Ego Laborans presbiter cardinalis sancte Marie transtiberim TiT. Calixti ss. (1)
† Ego Pandulfus presbiter cardinalis tit. XII Apostolorum ss.
† Ego Melior presbiter cardinalis sanctorum Iohannis et Pauli tit. Pamachii ss. (2)
— † Ego Iac(intus) diaconus cardinalis sancte Marie in Cosmidyn ss.
† Ego Gratianus sanctorum Cosme et Damiani diaconus cardinalis ss.
† Ego Bobo sancti Angeli diaconus cardinalis ss.
† Ego Soffredus sancte Marie in Via lata diaconus cardinalis ss.
† Ego Rollandus sancte Marie in Porticu diaconus cardinalis ss.
† Ego Petrus sancti Nicholai in carcere Tulliano diaconus cardinalis ss.
† Ego Radulfus sancte Georgii ad Velum aureum diaconus cardinalis ss.

Dat. Verone, per manum Alberti, sancte Romane ecclesie presbiteri cardinalis et cancellarii. XIIII Kl. Febr. Indictione VIa. Incarnationis dominice anno MCLXXXVI. Pontificatus vero domni URBANI pape III anno II.

Or. E VI. 182, in der Bibl. Chigiana zu Rom.

Perg. ital., br. 0,465, lang 0,555, unten 0,021 umgeschlagen, durch 2 Löcher ging die Schnur, welche mit dem Siegel verloren, Faltung der Bullen. Sowohl rechts als links zwei Seitenlinien gezogen, eine näher an der Kante, die andere mehr nach innen, die inneren sind als Norm für Zeilenanfänge und Schlüsse gewählt. Ringkreuz und E *der Unterschrift zeigen hellere Dinte als das Uebrige, Datirung vom Hauptkörperschreiber,* A *Alberts wohl nachgetragen;* † E *vom Diakonen Roland hellere Dinte als die weitere Unterschrift; ob ähnliches bei anderen der Fall, zweifelhaft. Ein Theil der Zeugenfirmen von gleicher Hand eingetragen.*

Nr. 390.

Urban III bestätigt dem Bischofe Albert von Vercelli die Besitzthümer seines Hochstiftes, welches er in apostolischen Schutz nimmt.

1187 Juni 1. Verona.

Urbanus episcopus, servus servorum dei, venerabili fratri Alberto, Vercellensi episcopo, eiusque successoribus canonice substituendis, IN PPM. — Cum ex iniuncto nobis a deo apostolatus officio, quo cunctis Christi fidelibus auctore domino preeminemus, singulorum paci et tranquillitati debeamus intendere, presertim pro illorum quiete opportet nos esse sollicitos, qui pastorali dignitate sunt prediti et ad officium pontificale promoti. Nisi enim nos, eorum utilitatibus intendentes, ipsorum iura, in quantum, deo permittente, possumus, integra conservemus et auctoritate apostolica eos ab iniquorum incursibus defendamus, de illorum salute non vere poterunt esse solliciti, qui sibi ad

Digitized by Google

regendum domino sunt disponente commissi. Eapropter, venerabilis in Christo frater, Vercellensis episcope, tuis iustis postulationibus clementer annuimus et prefatam Vercellensem ecclesiam, cui [a]) deo auctore preesse dignosceris, ad exemplar felicis recordationis predecessoris nostri, Adriani pape, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus et presentis scripti privilegio communimus. Statuentes, ut, quascumque possessiones, quecumque bona eadem ecclesia in presentiarum iuste et canonice possidet aut in futurum concessione pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium seu aliis iustis modis, prestante domino, poterit adipisci, firma tibi tuisque successoribus et illibata permaneant. In quibus hec propriis duximus exprimenda vocabulis: monasterium sancti Ianuarii in Lucedio, monasterium sancti Stephani in civitate Vercellorum, monasterium sancti Salvatoris in Bexia et monasterium sancti Petri in Lenta, que omnia tibi tuisque successoribus ordinanda, gubernanda et disponenda concedimus. Plebem sancti Evazii, plebem Martiris, plebem Medialiani, plebem Rusiniani, plebem sancti Cassiani, plebem Medi, plebem Cornadi [b]), plebem Gabiani, plebem Castelli terris, plebem Monticuli, plebem Dustrie, plebem Pini, plebem Montis calvi, plebem Bugelle, plebem Cossadi, plebem Navole, plebem Gatinarie, plebem Gifilenge [c]), plebem Albani, plebem Blandrati, plebem Bulgari, plebem Conflencie, plebem Rodobii, plebem Cocii [d]), plebem Balzole, plebem Tridini, plebem Palazolii, plebem Palacii, plebem Salugie, plebem montis Cravelli [e]), plebem Livurni, plebem Crove, plebem sancte Agathe, plebem sancti Secundi, plebem Puliaci et plebem Badaloci [f]), casale sancti Evaxii cum districto et pertinenciis suis, Verrucham, Buiella [g]) cum apendiciis suis, Andurnum, Clavaziam, Bedulium, Vernade, Pelligonum [h]), Surdivalum, Oclepum, Mucianum, Graliam, Moxum, Velium, Messorianum, Quirinum, Crevacorum, Radum et Albergariam, Axilianum, Balzolam, Palazolium [i]), Salugiam, Miraldam, montem Cravellum, sanctam Agatham cum districto et Pedagio, Saluciolam [k]) et Ronchum Sichum [l]) [1]). Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat, suprascriptam ecclesiam temere . . . usibus omnimodis profutura, salva nimirum apostolice sedis auctoritate. Si qua . . . Cunctis autem . . . inveniant. Amen. Amen. Amen.

(R) Ego Urbanus catholice ecclesie episcopus ss. (M)
† Ego Henricus Albanensis episcopus ss.
† Ego Paulus Prenestinus episcopus ss.
† Ego Thebaldus Hostiensis et Velletrensis episcopus ss.
† Ego Petrus de Bono presbiter cardinalis tit. sancte Susanne ss.
† Ego Laborans presbiter cardinalis sancte Marie transtiberim tit. Calixti ss.
† Ego Pandulfus presbiter cardinalis tit. XII Apostolorum ss.
† Ego Melior presbiter cardinalis sanctorum Iohannis et Pauli tit. Pamachii ss.
† Ego Adelardus tit. sancti Marcelli presbiter cardinalis ss.
† Ego Iacintus [m]) sancte Marie in Cosmidin [n]) diaconus cardinalis ss.
† Ego Gracianus sanctorum Cosme et Damiani diaconus cardinalis ss.
† Ego Rolandus sancte Marie in Porticu diaconus cardinalis ss.
† Ego Petrus sancti Nicolai in carcere Tulliano diaconus cardinalis ss.
† Ego Radulfus sancti Georgii ad Velum aureum (diaconus cardinalis) ss.

Dat. Verone, per manum Alberti, sancte Romane ecclesie presbiteri cardinalis et cancellarii. Kal. Iunii. Indictione quinta. Incarnationis dominice anno MCLXXXVI. Pontificatus vero domni Urbani pape III anno secundo.

Zwei Kopien des 15 Jahrh., Cod. Biscioni I p. 215, IV p. 207, im Archivio Municipale zu Vercelli, und Abschrift des 18 Jahrh. (Vercelli Mazzo 1 Nr. 2), im Arch. di Stato zu Turin.

Nr. 391.

Urban III nimmt das Kloster Brodolo (D. Chioggia) in apostolischen Schutz und bestätigt seine Besitzthümer und Rechte [2]).

1187 Juni 23. Verona.

Urbanus episcopus, servus servorum dei, dilectis filiis Alberto, abbati monasterii sancte Trinitatis et sancti Michaelis archangeli, siti in loco, qui dicitur Brondolus,

a) *Beide Kop.* cum b) Cornali *I.* c) Gyfilinge *I.* d) Cozii *I.* e) Caurelli *I.* f) Badalochi *I.* g) Bugella *I.* h) Pelligonium *I.* i) Palaciolum *I.* k) Saluziolam *I.* l) Sicum *I.* m) Sanctus n) Colimdin. — .1) *Jetzt: Ronsecco.* 2) *Die Urkunden von Brodolo sind verschleudert, ein schönes Original Johannes XIX befindet sich im Germanischen Museum zu Nürnberg; abgebildet in meinen Specimina Pont. Rom. II.*

Digitized by Google

eiusdem fratribus, tam presentibus quam futuris, regulariter substituendis, imppm. Quociens a nobis petitur, quod religioni et honestati convenire dinoscitur, animo nos decet libenti concedere et petencium desideriis effectum congruum impertiri. Eapropter, dilecti in domino filii, vestris iustis postulacionibus clementer annuimus et monasterium vestrum, quod ad ius et proprietatem Romane ecclesie specialiter pertinere dinoscitur, ad exemplar patrum et predecessorum nostrorum, Calixti et Alexandri, Romanorum pontificum, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus et presentis scripti privilegio communimus. Statuentes, ut, quascumque possessiones, quecumque bona idem monasterium in presenciarum iuste et canonice possidet aut in futurum concessione pontificum, largicione regum vel principum, oblacione fidelium seu aliis iustis modis, prestante domino, poterit adipisci, firma vobis vestrisque successoribus et illibata permaneant. In quibus hec propriis duximus exprimenda vocabulis: locum ipsum, in quo prefatum monasterium situm est, cum omnibus pertinenciis suis, capellam sancti Michaelis de Bagnolo, quicquid habetis in curia de Bagnolo et in eius finibus, quicquid habetis in Sacco et in Clugia [a]) maiore et minore, in Venecia monasterium sancti Benedicti cum omnibus pertinenciis suis, quicquid habetis in Tervisio, quicquid habetis in Senogallia et in eius finibus, quicquid habetis in aggere Spatario et in lacu de Monachis, quicquid habetis in capite Silve et in Aggna, quicquid habetis in Anguillaria, quicquid habetis in Rovolone, quiquid habetis in Laureto et in Capite aggeris, quicquid habetis in Fogolana et in Cannis. Statuimus insuper, ut monasterium ipsum iuxta constitucionem predecessorum nostrorum sub beati Petri tutela et protectione liberum in perpetuum conservetur nec alicui episcopo vel persone cuilibet ecclesiastice secularive liceat, te, fili abbas, vel successores tuos ad concilium cogere aut in [vos] excommunicacionis vel in monasterium vestrum interdicti sentenciam promulgare. Crisma vero, oleum sanctum, consecraciones altarium seu basilicarum, benedictionem abbatis et ordinaciones monachorum vel clericorum, qui ad sacros ordines fuerint promovendi, a diocesano suscipietis episcopo, siquidem catholicus fuerit et graciam atque communionem apostolice sedis habuerit et ea gratis et absque ulla pravitate vobis voluerit exhibere, alioquin liceat vobis, quem malueritis, adire antistitem, qui, nostra fultus auctoritate, quod postulatur, indulgeat. Sepulturam quoque ipsius loci liberam esse concedimus, ut eorum devocioni et extreme voluntati, qui se illic sepeliri deliberaverint, nisi forte excommunicati vel interdicti sint, nullus obsistat, salva tamen iusticia illarum ecclesiarum, a quibus mortuorum corpora assumuntur. Liceat quoque vobis, clericos vel laicos e seculo fugientes, liberos et absolutos, ad conversionem recipere et eos absque alicuius contradictione in vestro monasterio retinere. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat, prefatum monasterium temere . . . profutura, salva sedis apostolice auctoritate et Glugiensis episcopi antiqua refectionis consuetudine semel in singulis trienniis persolvenda, sicut in antiquis eiusdem monasterii privilegiis repperitur. Si qua igitur . . . Cunctis autem . . . inveniant. Amen. Amen. Amen.

(R) Ego Urbanus catholice ecclesie episcopus ss. (M)
† Ego Henricus Albanensis episcopus ss.
† Ego Paulus Prenestinus episcopus ss.
† Ego Theobaldus Hostiensis et Velletrensis episcopus ss.
— † Ego Petrus de Bono presbiter cardinalis tit. sancte Susanne ss.
† Ego Laborans presbiter cardinalis sancte Marie trans Tiberim tit. Calixti ss.
† Ego Pandulfus presbiter cardinalis tit. basilice XII Apostolorum ss.
† Ego Melior presbiter cardinalis sanctorum Iohannis et Pauli tit. Pamachii ss.
† Ego Adelardus tit. sancti Marcelli presbiter cardinalis ss.
— † Ego Iac(inthus) diaconus cardinalis sancte Marie in Cosmidyn ss.
† Ego Gracianus sanctorum Cosme et Damiani diaconus cardinalis ss.
† Ego Rolandus sancte Marie in Porticu diaconus cardinalis ss.
† Ego Radulfus sancti Georgii ad Velum aureum diaconus cardinalis ss.

Dat. Verone, per manum Alberti, sancte Romane ecclesie presbiteri cardinalis et cancellarii. VIIII Kl. Iulii. Indictione quinta. Incarnacionis dominice anno MCLXXXVII. Pontificatus vero domni Urbani pape III anno secundo.

Zwei Transsumpte mit Originalnachbildung von 1237 und 1302, der Collection Morbios von Mailand, angekauft durch Herrn Willmersdörfer u. a. in München.

a) Clugeia *II.*

Digitized by Google

Nr. 392.

Urban III bestätigt dem Bischofe Hildebrand von Volterra das Patronatsrecht der Kirchen, in welchen er es besitzt.

1187 September 6. Verona [1]).

URBANUS episcopus, servus servorum dei, venerabili fratri Ildebrando, Vulterranno episcopo [2]), salutem et | apostolicam benedictionem. Ordo rationis expostulat et ecclesiastice utilitatis consideratio nos invitat, fratres [a]) | et coepiscopos nostros ampliori caritate diligere et iustas postulationes eorum clementius et efficacius exaudire. Sane, cum apud sedem esses apostolicam constitutus, nostris auribus intimasti, quod in quibusdam ecclesiis ius habeas patronatus, obtentu cuius personarum electionis tuus debet esse consensus, que in eas fuerint statuende. Ut igitur iura tua in hac parte tibi illibata serventur, presentis scripti pagina duximus indulgendum, ut rectores seu presbiteri ecclesiarum illarum, in quibus ius patronatus habere dignosceris, sicut de iure fieri debet, cum tuo semper instituantur assensu. Si qua vero scripta super his in preiudicium iuris tui apparuerint, veritate tacita impetrata nolumus, ut huic indulgentie nostre obsistant. Nulli ergo omnino hominum liceat, hanc paginam nostre constitutionis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignati|onem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli, apostolorum eius, se noverit incursurum. — | Dat. Verone, VIII [b]) Idus Septembris.

Or. und Abschrift des Cod. Dipl. I, im Archivio Vescovile zu Volterra.

Perg. ital., br. 0,195, lang 0,162, unten 0,016 umgeschlagen, durch zwei Löcher ging die Schnur, welche mit dem Bleisiegel verloren, Faltung der Breven.

Nr. 393.

Gregor VIII nimmt die Kollegiatkirche San Giovanni in Monte di Bologna in apostolischen Schutz und bestätigt ihre Besitzthümer und Rechte [3]).

1187 October 31. Ferrara.

Gregorius episcopus, servus servorum dei, dilectis filiis . . . priori [c]) ecclesie sanctorum Victoris et Iohannis de Monte eiusque fratribus, tam presentibus quam futuris, canonicam vitam professis, IN PPM. — | Cum simus ad curam et regimen universalis ecclesie, licet immeriti, providentia superne dispositionis assumpti, si quando postulantur a nobis, que ad tuitionem ecclesiarum pertineant, | petentium desideriis clementer nos convenit condescendere et eorum vota effectu prosequente complere. Eapropter, dilecti in domino filii, vestris iustis postulationibus clementer annuimus et [d]) prefatam [d]) ecclesiam [d]) sanctorum Victoris et Iohannis de Monte, in qua divino estis obsequio mancipati, ad exemplar felicis recordationis ALEXANDRI pape [4]), predecessoris nostri, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus et presentis scripti privilegio communimus. In primis siquidem statuentes, ut ordo canonicus, qui secundum deum et beati Augustini regulam in eodem loco institutus esse dinoscitur, perpetuis ibidem temporibus inviolabiliter observetur. Preterea, quascumque possessiones, quecumque bona eadem ecclesia in presentiarum iuste et canonice possidet aut in futurum concessione pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium seu aliis iustis modis, prestante domino, poterit adipisci, firma vobis vestrisque successoribus et illibata permaneant. In quibus hec propriis duximus exprimenda vocabulis: loca ipsa, in quibus prefate ecclesie sanctorum Victoris et Iohannis site sunt, cum omnibus appenditiis suis, omnes possessiones, quas habetis in loco, qui dicitur Lupulent et Argellant et Flenss [e]) et Castanasii [f]) et Casellarum et Paterni ac Gleule. Quicquid etiam iuris habetis infra ambitum Bononie vel extra in episcopatu Bononiensi, et quicquid iure emphiteotico prefata ecclesia habet ab ecclesia sancti Stephani. Sane novalium vestrorum, que propriis manibus aut sumptibus colitis, sive de nutrimentis animalium vestrorum decimas a vobis nullus extorquere presumat. Cum autem generale interdictum terre fuerit, liceat vobis, clausis

---

a) res *auf Rasur* b) *vor* V *eine andere Zahl ausradirt* c) *zwischen* filiis *und* priori *Raum von 0,025 freigelassen für den Namen* d) *auf Rasur* e) Fless' *so auch in der Bulle Lucius III und Urbans* f) *dahinter Rasur.* — 1) *Dass dieses Breve in das Jahr 1187 gehört, wird durch Jaffé, Reg. 9973 bewiesen, Or. im Arch. Vescov. zu Volterra.* 2) *Hildebrand, Bischof von Volterra, 1184—1211.* 3) *Vergl die Urkunde vom 3 Juni 1186.* 4) *Nicht erhalten.*

Digitized by Google

ianuis, exclusis excommunicatis et interdictis, non pulsatis campanis, suppressa voce divina officia celebrare. Sepulturam quoque ipsius loci liberam esse decernimus, ut eorum devotioni et extreme voluntati, qui se illic sepeliri deliberaverint, nisi forte excommunicati sint vel interdicti, nullus obsistat, salva tamen iustitia illarum ecclesiarum, a quibus mortuorum corpora assumentur. Obeunte vero te, nunc eiusdem loci priore vel tuorum quolibet successorum, nullus ibi qualibet subreptionis astutia seu violentia preponatur, nisi quem fratres communi consensu vel fratrum maior pars consilii sanioris [a]) secundum deum et beati Augustini regulam providerint eligendum. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat, prefatam ecclesiam temere perturbare . . . profutura, salva sedis apostolice auctoritate et diocesani episcopi canonica iustitia. Si qua igitur in futurum . . . Cunctis autem . . . inveniant. Amen. A-m. Amen. —

(R) Ego Gregorius catholice ecclesie episcopus ss. (M)
† Ego Henricus Albanensis episcopus ss. (1)
† Ego Theobaldus Hostiensis et Velletrensis episcopus ss. (1)
— † Ego Petrus de Bono presbiter cardinalis tit. sancte Susanne ss.
† Ego Laborans presbiter cardinalis sancte Marie transtiberim tit. Calixti ss.
† Ego Melior presbiter cardinalis sanctorum [b]) Iohannis et Pauli tit. Pamachii [b]) ss. [b])
† Ego Adelardus tit. sancti Marcelli presbiter cardinalis ss.
— † Ego Iac(intus) sancte Marie in Cosmidyn diaconus cardinalis ss. (2)
† Ego Radulfus sancti Georgii ad Velum aureum diaconus cardinalis ss.

Dat. Ferrarie, per manum Moysi, Lateranensis canonici, gerentis vicem cancellarii. II Kl. Novembris. Indictione VI [c]). Incarnationis dominice anno MCLXXXVII. Pontificatus vero [d]) domni Gregorii pp. VIII anno I.

Or. (S. Giovanni in Monte), im Archivio di Stato, und Abschrift des M. S. in Aula 11. C. Caps 34, p. 23, der Bibl. dell' Università zu Bologna.

Perg. ital., br. 0,545 lang 0,617, unten 0,023 umgeschlagen, durch 2 Löcher geht die ziegelrothe und gelbe starkfädige Seidenschnur, deren Bleisiegel verloren, Faltung der Bullen. Wohl Ringkreuz und E *der Unterschrift von eigener Hand gemacht, Datirung vom Hauptkörperschreiber,* M *des Moses mit anderer Dinte eingetragen. Die beiden Bischöfe rühren wohl von gleicher Hand her, sonst zeigen sich in den Zeugenunterschriften verschiedene Hände.* † Ego Adelardus tit. *könnte mit hellerer Dinte geschrieben sein als der Rest; ebenso das* E *des Jacintus wohl nicht vom Schreiber herrührend, der das Uebrige ausführte, vielleicht auch nicht das Kreuz.*

Nr. 394.

Gregor VIII nimmt das Kloster San Michele in Pescara (D. Penne) in apostolischen Schutz und bestätigt seine Besitzthümer und Rechte.

1187 November 2. Ferrara.

Gregorius episcopus, servus servorum dei, dilectis filiis Petro, abbati monasterii sancti Michaelis infra Hostia [1]), eiusque fratribus, tam presentibus quam futuris, regularem vitam professis, IN PPM. — | Effectum iusta postulantibus indulgere et vigor equitatis et ordo exigit rationis, presertim quando petentium voluntates et pietas adiuvat et veritas non relinquit. Eapropter, di|lecti in domino filii, vestris iustis postulationibus clementer annuimus et prefatum monasterium sancti Michaelis infra Hostia, in quo divino mancipati estis obsequio, ad exemplar felicis recor|dationis ALEXANDRI pape, predecessoris nostri, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus et presentis scripti privilegio communimus. Statuentes, ut quascumque possessiones, quecumque bona idem monasterium in presentiarum iuste et canonice possidet aut in futurum concessione pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium seu aliis iustis modis, prestante domino, poterit adipisci, firma vobis vestrisque successoribus et illibata permaneant. In quibus hec propriis duximus exprimenda vocabulis: locum ipsum, in quo prefatum monasterium situm est, cum omnibus pertinentiis suis, ecclesiam sancte Lucie de Fabriano, ecclesiam sancte Crucis de Attigio, ecclesiam sancti Iustini, ecclesiam sancti Pauli de Clusia, ecclesiam sancti Stephani de Rufano, ecclesiam sancti Donati, ius quod habetis in ecclesia sancte Marie de Pallano, ecclesiam sancti Venantii de Corie, ecclesiam sancte Marie de Savenano, ecclesiam sancti Salvatoris de Vinano, ecclesiam sancte Marie de Vabiano, ecclesiam

---

a) sanio *auf Rasur* b) *theilweise auf Rasur* c) V *theilweise auf Rasur* d) *auf Rasur.* —
1) *Ostia Aterni jetzt Pescara. Vergl. La Martinière, Geographisch und Critisches Lexicon VIII p. 1228.*

Digitized by Google

sancti Theosoni [a]), ecclesiam sancte Marie de Monte, ecclesiam sancte Marie de Casali, ecclesiam sancti Salvatoris de valle Cuiano, ius quod habetis in ecclesia sancti Angeli de Valle, ecclesiam sancti Petri de casali Fusculi, ecclesiam sancti Sebastiani, ecclesiam sancti Martini de Mistrano, ecclesiam sancti Nicolai de Donori, ecclesiam sancti Petri de Casenano, ecclesiam sancti Laurentii de Agullano, ecclesiam sancti Iohannis [b]) de Iaccuse, ecclesiam sancti Petri de Collecle, ecclesiam sancti Titii de Arborata, ecclesiam sancti Andree de Vasaria, ius quod habetis in ecclesia sancti Andree de Lavenana, ecclesiam sancti Iacobi de Laserra, ius quod habetis in ecclesia sancte Anatholie; in episcopatu Noceriano [1]) ecclesiam sancti Savini de valle Sumareia, ecclesiam sancti Benedicti de Caprili cum suis pertinentiis; in episcopatu Auximano [2]) ecclesiam sancte Petronille de monte sancte Marie, et ius quod habetis in aliis ecclesiis eiusdem loci cum omnibus pertinentiis supradictarum ecclesiarum; in episcopatu Camerinensi [3]) et Auximanensi terras, silvas, vineas, quas ibi habetis, terras quoque et vineas, quas in Nucerino episcopatu tenetis. Sane novalium vestrorum, que propriis manibus aut sumptibus colitis, sive de nutrimentis animalium vestrorum nullus omnino decimas vel primitias a vobis extorquere presumat [c]). Liceat quoque vobis, clericos vel laicos, e seculo fugientes, liberos et absolutos, ad conversionem recipere et in vestro monasterio absque contradictione aliqua retinere. Prohibemus insuper, ut nulli fratrum vestrorum post factam in eodem loco professionem fas sit absque abbatis sui licentia nisi arctioris religionis obtentu de eodem loco discedere; discedentem vero absque communium litterarum cautione nullus audeat retinere. Cum autem generale interdictum terre fuerit, liceat vobis, clausis ianuis, exclusis excommunicatis et interdictis, non pulsatis campanis, suppressa voce divina officia celebrare. Sepulturam quoque ipsius loci liberam esse decernimus, ut eorum devotioni et extreme voluntati, qui se illic sepeliri deliberaverint, nisi forte excommunicati vel interdicti sint, nullus obsistat, salva tamen iustitia illarum ecclesiarum, a quibus mortuorum corpora assumuntur. Obeunte vero te, nunc eiusdem loci abbate vel [d]) tuorum quolibet successorum, nullus ibi qualibet surreptionis astutia seu violentia preponatur, nisi quem fratres communi consensu vel fratrum pars consilii sanioris secundum dei timorem et beati Benedicti regulam providerint eligendum. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum fas sit, prefatum monasterium . . . usibus omnimodis profutura, salva sedis apostolice auctoritate et diocesani episcopi canonica iustitia. Si qua . . . Cunctis autem . . . inveniant. Amen. A-m. Amen. —

(R) Ego Gregorius catholice ecclesie episcopus ss. (M)
† Ego Henricus Albanensis episcopus ss.
† Ego Paulus Prenestinus episcopus ss.
† Ego Theobaldus Hostiensis et Velletrensis episcopus ss. (2)
— † Ego Petrus de Bono presbiter cardinalis tit. sancte Susanne ss.
† Ego Laborans presbiter cardinalis sancte Marie transtiberim tit. Calixti ss.
† Ego Melior presbiter cardinalis sanctorum Iohannis et Pauli tit. Pamachii ss.
† Ego Adelardus tit. sancti Marcelli presbiter cardinalis ss. (1)
— † Ego Iac(inthus) sancte Marie in Cosmidyn diaconus cardinalis ss.
† Ego Gratianus sanctorum Cosme et Damiani diaconus cardinalis ss. (2)
† Ego Radulfus sancti Georgii ad Velum aureum diaconus cardinalis ss.

Dat. Ferrarie, per manum Moysi, Lateranensis canonici, agentis vicem cancellarii. IIII Non. Novembr. Indictione sexta. Incarnationis [e]) dominice anno MCLXXXVIII. Pontificatus vero domni GREGORII pp. VIII anno primo. —

Or. (Urbino 9 Nov. 1188), im Archivio di Stato zu Florenz.

Perg. ital., br. 0,487, lang 0,612, unten 0,028 umgeschlagen, durch 2 Löcher ging die Schnur, welche mit dem Bleisiegel verloren, Faltung der Bullen. Nur das Ringkreuz scheint von dunklerer Dinte gemacht zu sein, Datirung vom Hauptkörperschreiber, das M *des Moses ist mit anderer Dinte eingetragen; die Zeugenfirmen dürften meistens von der gleichen Person ausgeführt sein.*

---

a) *Das zweite* o *aus* e *korrigirt* b) I *aus* A *korrigirt* c) at *auf Rasur* d) v *auf Rasur* e) ta Inc *auf Rasur.* — .1) *Nocera (Prov. Rom).* 2) *Osimo (Prov. Rom) unfern Ancona.* 3) *Camerino (Provinz Rom).*

Digitized by Google

Nr. 395.

Gregor VIII bestätigt dem Kloster San Benedetto Po (D. Mantova) die Ueberweisung der Kirche Sant' Agata (D. Ferrara) durch den Bischof Landulf von Ferrara.

1187 November 7. Ferrara.

GREGORIUS episcopus, servus servorum dei, dilectis filiis, Alberto abbati et conventui sancti Benedicti, salutem et apostolicam benedictionem. Ea, que religionis intuitu conceduntur et pro animarum | salute fuerint ordinata iuxta postulantium voluntates, cum a ratione non discrepent, ne alicuius insolentia perturbentur, convenit apostolico munimine roborari. Eapropter, | piis vestris postulationibus annuentes, ecclesiam sancte Agathes, in episcopatu Ferrariensi positam, sicut eam bone memorie .L(andulfus), Ferrariensis episcopus [1]), rationabiliter monasterio vestro donavit et vos pacifice possidetis ac in eiusdem episcopi instrumento autentico continetur, eidem monasterio auctoritate apostolica confirmamus. Ad maiorem autem firmitatem scriptum illud de verbo ad verbum mandavimus inserendum. In nomine sancte et individue trinitatis. Ego L(andulfus), dei gratia Ferrariensis ecclesie episcopus, licet indignus, hoc breve ad perpetuam memoriam vestris vestrorumque successorum futuris temporibus retinendam fieri precepimus. Decet enim episcopalem clementiam sanctis et venerabilibus locis ad subsidium et quietem deo servientium aliquid conferre ac eorum religiosis precibus semper annuere, quatinus ipsorum interventu imposita nobis tanti ponderis sarcina levior fiat, divina opitulante misericordia. Propterea ego .L(andulfus), Ferrariensis ecclesie dictus episcopus, domni .H(erimanni), venerabilis monasterii sancti Benedicti (abbatis) suorumque fratrum precibus annuentes, ecclesiam sancte Agathe, in nostro episcopatu sitam, eidem monasterio in perpetuum concedimus, quam etiam hac libertate donamus, videlicet, ut omni mala vel prava exactione tam episcopi, quam archipresbiteri seu archidiaconi aliorumque clericorum omni tempore in perpetuum prorsus sit libera et immunis salvo iure episcopali, id est, ut monachi vel clerici, ibi degentes, ordines et consecrationes, crisma et oleum sanctum a Ferrariensi episcopo, si tamen catholicus fuerit, accipiant. Sepulturam autem eiusdem loci omnino liberam esse sanccimus, ut eorum, qui ibi sepeliri voluerint, devotioni et extreme voluntati, ni(si) [a]) forte excommunicati fuerint, nullus obsistat, hac tamen conditione, ut maius altare episcopo vel archipresbitero seu canonicis beati Georgii ad canendam maiorem missam, si ibi interfuerint, concedatur, aliud vero congregationis cum fratribus, tertium autem illius ecclesie servientibus tribuatur. Et, quem excommunicamus, et ipsi excommunicatum teneant, et, quem absolvimus, et ipsi absolutum habeant. Cum autem episcopus vel canonici aut alii clerici Ferrarie cum letaniis ibidem convenerint, ab eiusdem ecclesie monachis cum aqua sancta et incenso honeste suscipiantur. Nec [b]) fratres, ibi degentes, interdictione vel excommunicatione parrochie divinorum officiorum suspensionem patiantur, sed tam monachi ipsi, quam famuli eorum, clausis ecclesie ianuis, non admissis diocesanis, divine servitutis officia celebrent et sepulture debita peragant. Elemosinas vero, que ibi vel pro vivis seu pro defunctis ab aliquibus undecumque fiunt, integras fratribus ibi degentibus habere concedimus. Quibus etiam decimas fructuum, quos suis sumptibus laboribusque collegerint, quietas illibatasque confirmamus. Si quis igitur nostrorum successorum vel alia quelibet persona huius nostre cessionis paginam, quod absit, infringere temptaverit et prefatum locum fratresque, ibi manentes, nisi, sicut supradictum est, inquietaverit, sciat, se compositurum libras duas auri eidem loco. Hoc tamen scripto in suo robore permanente et, ut hoc certius credatur et firmius teneatur, Heinricum, notarium nostrum, hanc nostre cessionis cartulam scribere rogavimus in presentia testium, quorum nomina sunt hec: Bernardus legis doctor, Rusticus de Achalungo, Romanus et ego Henricus, predicto donno Landulfo episcopo iubente, hoc breve recordationis manu propria scripsi. Nulli ergo omnino hominum liceat, hanc paginam nostre confirmati|onis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli, apostolorum eius, se noverit | incursurum. — Dat. Ferrarie, VII Idus Novembr. Indictione VI.

Or. im Archivio di Stato zu Mailand.

Perg. ital., br. 0,322, lang 0,24, unten 0,014 umgeschlagen, die Plumbirung ging durch zwei Löcher, jetzt ausgerissen und verloren, Faltung der Breven.

---

a) *Davor Rasur* b) hec *durch Korrectur hergestellt.* — .1) *Landulf, Bischof von Ferrara, c. 1104—c.1138.*

Digitized by Google

Nr. 396.

Gregor VIII bestätigt dem Bischofe Stefan von Ferrara die Besitzthümer und Rechte seiner Kirche, die er in apostolischen Schutz nimmt [1]).

1187 November 11. Ferrara.

Gregorius episcopus, servus servorum dei, venerabili fratri Stephano, Ferrariensi episcopo [2]), eiusque successoribus canonice substituendis, in perpetuum. In eminenti sedis apostolice specula, licet immeriti, disponente domino, constituti, fratres nostros episcopos, tam propinquos quam longe positos, fraterna debemus caritate diligere et ecclesiis a deo sibi commissis paterna sollicitudine providere. Eapropter, venerabilis in Christo frater episcope, tuis iustis postulationibus clementer annuimus et, felicis recordationis predecessorum nostrorum Innocentii, Celestini, Lucii et Alexandri, Romanorum pontificum, vestigiis inherentes, prefatam Ferrariensem ecclesiam, cui deo auctore preesse dinosceris, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus et presentis scripti privilegio communimus. Statuentes, ut quascumque possessiones, quecumque bona eadem ecclesia in presentiarum iuste et canonice possidet aut in futurum concessione pontificum, largitione regum vel principum, oblacione fidelium seu aliis iustis modis, prestante domino, poterit adipisci, firma tibi tuisque successoribus et illibata permaneant. In quibus hec propriis duximus exprimenda vocabulis [a]): monasterium sancti Silvestri, monasterium sancti Bartholomei, plebem sancti Georgii ultra Padum, plebem sancte Marie de Gabiana, plebem sancte Marie de Vicovencia cum castro et curte et toto honore et districtu Vicovencie, plebem sancti Martini de contra Padum, plebem sancti Apollinaris de Trisicatio, plebem sancti Stephani de Firminiana cum tota curte Firminiane et Trisicalis cum honore et districtu, plebem sancti Petri de Copario, plebem sancti Georgii de Ternara, plebem sancti Martini de Rupina, plebem sancti Martini [b]) de Septempoticino, plebem sancte Marie de Vicarano cum curte Vicarani et toto honore ac districtu, plebem sancti Donati de Pedrurio cum curte sancti Donati et districtu, plebem sancti Stephani de Bolonitico cum curte Bolonici et honore ac districtu, plebem sancti Georgii de Tricenta cum curte Tricente, toto honore ac districtu, plebem sancti Antonii de Ficarolo, plebem sancte Marie de Civisello [c]), plebem sancti Michaelis de Bragantino cum curte Melaria et toto honore ac districtu, ecclesiam sancti Stephani de Staurano cum tota eius curte, ecclesiam sancti Romani de Tartaro, ecclesiam de Cadaldo cum hospitali, ecclesiam sancti Thome cum hospitali subtus Buranam, ecclesiam sancti Mathei cum hospitali de Rupta Petriscorti, hospitale omnium sanctorum, hospitale fratris Duranti [d]), hospitale de Cauda longa, ecclesiam sancti Lazari cum hospitali de Campomercati, curtem Francolini cum toto honore ac districtu, curtem Badringnani et Bragantini cum toto honore ac districtu, curtem Porticlamatoris cum honore et districtu [e]), vallem Theodoram, campum Ducis, Dossum Pontunarie [f]), cum tota vallada sibi pertinente, ecclesiam sancti Martini de Bosco [g]), hospitale de Ruptulo cum omnibus capellis et tenuris et earum pertinentiis. Antiquas igitur et rationabiles consuetudines, quas antecessores tui in canonica maiori et in ecclesiis tui episcopatus hactenus habuerunt, tibi et successoribus tuis auctoritate apostolica confirmamus. Statuentes, ut nulli liceat, aliquem in ecclesia maiori in canonicam vel in aliquam prelationem, non requisito consilio et licentia tua seu successorum tuorum, recipere, nec cuiquam fas sit, in ceteris ecclesiis capellanum absque tuo consensu instituere [h]) vel amovere. Correctionem quoque canonicorum ecclesie tue et aliorum clericorum tui episcopatus et monachorum libere habeas et eorundem ordinationem, sicut predecessores tui habuisse noscuntur, tibi et successoribus tuis duximus concedendam. Illud etiam ad exemplar supradictorum predecessorum nostrorum omnimodis sanctientes, ut Ferrariensi ecclesia cum tota parrochia sua in iure et dominio ac privilegio sancte Romane ecclesie beati Petri, cuius est patrimonium, perpetuo conservetur, et sit semper sub nostra nostrorumque successorum electione, ordinatione atque consecratione, ut, quicumque illic electus, ordinatus et consecratus fuerit, ille honoris huius ac potestatis integritate fungatur. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum fas sit, prefatam ecclesiam . . . eorum pro quorum, gubernatione ac sustentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura, salva in omnibus apostolice

---

a) nominibus *II* b) sancte Marie *II* c) Cirusello *II* d) Durante *I* e) *von* curtem Porticlamatoris *an fehlt in I* f) Pontanarie *II* g) Bosclo *I* h) constituere *I.* — 1) *Vergl. die Urkunde vom April 978.* 2) *Stefan, Bischof von Ferrara, 1186—1189.*

Digitized by Google

sedis auctoritate. Si qua igitur .... Cunctis autem, eidem loco sua iura servantibus .... inveniant. Amen. Amen. Amen.

Ego Gregorius catholice ecclesie episcopus ss.
Ego Henricus Albanensis episcopus ss.
Ego Paulus Prenestinus episcopus ss.
Ego Theobaldus Hostiensis et Velletrensis episcopus ss.
Ego Petrus presbiter cardinalis tit. sancte Susanne ss.
Ego Laborans presbiter cardinalis sancte Marie transtiberim tit. Calixti ss.
Ego Melior presbiter cardinalis sanctorum Ioannis et Pauli tit. Pamachii ss.
Ego Adelardus tit. sancti Marcelli presbiter cardinalis ss.
Ego Iacobus diaconus cardinalis sancte Marie in Cosmidin ss.
Ego Gratianus sanctorum Cosme et Damiani diaconus cardinalis ss.
Ego Octavianus sanctorum Sergii et Bachi diaconus cardinalis ss.
Ego Berardus sancti Georgii ad Velum aureum diaconus cardinalis ss.

Dat. Ferrarie, per manum Moysi, Lateranensis canonici, vice agentis cancellarii. III Idus Novembr. Indictione VI. Incarnationis dominice anno MCLXXXVII. Pontificatus vero domni Gregorii pp. VIII anno primo.

Einzelkopie vom 17 Jahrh. und Abschrift vom 18 Jahrh. der Prisciani Peregrini Coll. III fol. 68, im Archivio di Stato zu Modena.

Nr. 397.

Gregor VIII beauftragt die Bischöfe von Padua, Treviso und Vicenza, dafür zu sorgen, dass Hezelo von Onara, der wegen seiner Uebergriffe gegen das Kloster Sesto (D. Concordia) gebannt worden, von ihren Diöcesanen streng gemieden werde.

1187 November 12. Ferrara.

Gregorius episcopus, servus servorum dei, venerabilibus fratribus .. Paduano [1]), Tarvisino [2]) et Vincentino [3]) episcopis, salutem | et apostolicam benedictionem. Cum ad sedem apostolicam dilectorum filiorum nostrorum abbatis et fratrum Sextensium [4]) querela delata fuis|set pro eo, quod nobilis vir Hezelo de Onara molendinum et viginti mansos terre ipsis nolebat restituere, quamvis ad hoc fuisset per sententiam iudicum condempnatus, dominus Urbanus papa, predecessor noster, venerabili fratri nostro, Castellano episcopo [5]), et dilecto filio, priori sancte Marie de Caritate, dedit per suas litteras in mandatis, ut predictum Hezelonem, nisi acquiesceret sententie, ad hoc excommunicationis sententiam compellere non differrent. A quibus, quamvis predictus Hezelo, admonitione premissa, fuisset excommunicationi suppositus, adhuc tamen in sua dicitur duritia permanere. Quia igitur predicti Hezelonis contumaciam non debemus nec possumus sub silentio preterire, fraternitati | vestre per apostolica scripta mandamus, quatinus predictum Hezelonem, nisi ad vestra monita resipuerit, per vestras dioceses, sicut | excommunicatum, faciatis artius evitari. — Dat. Ferrarie, II Idus Novemb. Indictione VI.

Or. (Abbazia S. M. di Sesto Nr. 36), im Archivio di Stato zu Venedig.
Perg. ital., br. 0,173, lang 0,96, durch 2 Löcher ging die Schnur, welche mit dem Siegel verloren ist, Faltung der Breven.

Nr. 398.

Gregor VIII bewilligt der Kollegiatkirche San Salvatore di Venezia, sich frei einen Vogt zu wählen.

1187 November 16. Ferrara.

Gregorius episcopus, servus servorum dei, dilectis filiis, priori et capitulo sancti Salvatoris de Venetiis, salutem et apostolicam benedictionem. Quanto laudabilius imminetis servitio conditoris, tanto vobis in his, quę iuste requiritis, libentius adesse

1) *Gerard Marostica, Bischof von Padua, 1169—1213.* 2) *Konrad II, Bischof von Treviso 1181—1197.* 3) *Pistor, Bischof von Vicenza, 1184—1204.* 4) *In Friaul.* 5) *Marcus de Nicola, Bischof von Castello, 1182—1225.*

Digitized by Google

volumus et, quę honestatem vestram decent, benignius indulgere. Eapropter, dilecti in domino filii, vestris precibus inclinati, liberam vobis tribuimus auctoritate presentium facultatem instituendi pro vobis economum, qui et negotia vestra utiliter exequatur et, ubi necesse fuerit, pro ecclesia vestra iuramentum debeat exhibere. Nulli vero omnino hominum liceat, hanc paginam nostrę concessionis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare presumpserit, indignationem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli, apostolorum eius, se noverit incursurum. — Dat. Ferrarie, XVI Kl. Decembris. Indictione VI.

Abschrift vom 16 Jahrh. des Cod. Vat. 6085 p. 161 b, in der Bibl. Vaticana zu Rom.

Nr. 399.

Gregor VIII bestätigt dem Kanonikerkonvente von San Michele di Nonantola (D. Modena) seinen Beschluss, dass die Zahl von 12 Kanonikern nicht überschritten werden dürfe; er verbietet, dass irgendwer denselben belästige.

1187 November 20. Bologna.

GREGORIUS episcopus, servus servorum dei, dilectis filiis, Henrico archipresbitero et canonicis plebis sancti Michaelis | de Nonantula, salutem et apostolicam benedictionem. In his, que iuste requiritis, facile favorem nostrum optinere debetis, ne | videamur iustas petitiones renuere, quas clementer nos convenit et efficaciter exaudire. Inde est, quod cum, numerositatem canonicorum, que erat in ecclesia vestra, studiosius attendentes, deliberato sicut asseritis consilio, statueritis, ut ecclesia vestra duodenario canonicorum numero [1]) debeat esse contenta, ita, quod ad recipiendum aliquem in canonicum ultra numerum ipsum vos aut successores vestri non debeatis aliqua ratione compelli, nisi possessiones eiusdem ecclesie ita adaucte fuerint, quod pluribus canonicis sufficere possunt, nos [a]) vestris postulationibus inclinati, felicis recordationis predecessorum nostrorum Alexandri [2]), Lucii [3]) et Urbani [4]), Romanorum pontificum, vestigiis inherentes, constitutionem ipsam, a vobis, sicut diximus, factam, ratam habemus et firmam eamque auctoritate apostolica confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus. Inhibemus insuper, ne quis vobis indebitas exactiones imponat aut in vos excommunicationis seu suspensionis sententiam sine manifesta et rationabili causa promulget, salva auctoritate et canonica iustitia Nonantulani monasterii [5]). Nulli ergo omnino hominum liceat, hanc paginam nostre confirmationis et prohibitionis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli, apostolorum eius, se noverit incursurum. — Dat. Bononie, XII Kl. Decemb. Indictione sexta.

Or. im Archivio della mensa abaziale zu Nonantola.

Perg. ital., br. 0,2, lang 0,157, unten 0,013 umgeschlagen, durch 2 Löcher geht die goldgelbe und lila Seidenschnur an der das Bleisiegel hängt, Faltung der Breven.

Nr. 400.

Gregor VIII nimmt das Kloster San Pietro di Modena in apostolischen Schutz und untersagt, dass der Bischof von Modena bei Lebzeiten des jetzigen Abtes ordnungswidrig über das Kloster Kirchenstrafen verhängen dürfe [6]).

1187 November 22. Modena.

GREGORIUS episcopus, servus servorum dei, dilectis filiis, abbati et capitulo sancti Petri Mutinensis, salutem et | apostolicam benedictionem. Ad hoc sumus, licet immeriti, ad universalis ecclesie regimen superna providentia de|putati, ut de omnium ecclesiarum statu pastoralem sollicitudinem habeamus et earum iura, quantum nobis deus dederit, conservemus. Eapropter, dilecti in domino filii, vestris iustis postulationibus annuentes, monasterium vestrum [cu]m omnibus bonis et possessionibus, quas in presentiarum

---

a) n *auf Rasur.* — .1) *Vergl. Tiraboschi, Storia di Nonantola I p. 213.* 2) *Jaffé, Reg. 8483.* 3) *Urkunde vom 6 April 1185.* 4) *Scheint nicht erhalten zu sein, Jaffé, Reg. 9980 ist nicht gemeint.* 5) *Diese Beschränkung zu Gunsten des Klosters fehlt noch in der Urkunde Lucius III.* 6) *Vergl. die Urkunde vom 24 November 1187 und 29 Mai 1188.*

Digitized by Google

rationabiliter possidetis vel in futurum iustis modis deo propitio poteritis adipisci, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus et presentis scripti patrocinio communimus. Preterea per huius scripti paginam vobis indulgemus, ut episcopo vestro, qui pro tempore fuerit, tempore tuo, fili abbas [1]), in vos vel monasterium vestrum sine ordine iudiciario ecclesiasticam sententiam facultas non pateat proferendi. Nulli ergo omnino hominum liceat, hanc paginam nostre constitutionis et protectionis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli |, apostolorum eius, se noverit incursurum. — Dat. Mut[ine] [a]), X Kl. Decembr. Indictione VI.

Or. und Kopie des Liber Privilegiorum S. Petri fol. 12 b, im Archivio di Stato zu Modena.

Perg. ital., br. 0,196—0,203, lang 0,155, unten 0,02 umgeschlagen, durch 2 Löcher ging die Schnur, welche mit dem Bleisiegel verloren, Faltung der Breven.

Nr. 401.

Gregor VIII bestätigt dem Abte Michael von San Pietro di Modena seine bereits vom Kardinal Hildebrand und Papst Urban III bestätigte Wahl.

1187 November 22. Modena.

Gregorius episcopus, servus servorum dei, dilecto filio Michaeli, abbati sancti Petri Mutinensis, salutem et apostoli|cam benedictionem. Ex iniuncto nobis a deo apostolatus officio his, quibus religiosorum locorum est cura commissa, diligen|tius debemus adesse et, ut quietius valeant, instructioni et discipline subditorum insistere, ipsorum gravamini diligentius imposterum providere. Cum autem monachi cenobii tui, pastoris solatio destituti, personam tuam elegissent concorditer in abbatem, bone memorie Ildebrandus, Romane ecclesie cardinalis [2]), qui tunc in partibus Lombardie legatione fungebatur, ad fratrum tuorum instantiam pro eo, quod tunc ecclesia Mutinensis vacabat, electionem tuam ratam decrevit habendam et suis litteris confirmavit et integram tibi gubernandi cenobium ipsum et amministrandi universa, que ad ipsum pertinent, tam in spiritualibus quam in temporalibus potestatem auctoritate, qua fungebatur, indulsit. Ut igitur factum illius perpetuam debeat firmitatem habere et nullum tibi possit vel monasterio tuo ea occasione ab aliquo gravamen inferri [b]), ad exemplar domni Urbani, predecessoris nostri, eandem confirmationem ratam habemus et presentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat, hanc paginam nostre confirmationis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli, apostolorum eius, se | noverit incursurum. — Dat. Mutine [c]), X Kl. Decembr. Indictione sexta.

Or. und Kopie des Liber Privil. S. Petri fol. 12, im Archivio di Stato zu Modena.

Perg. ital., br. 0,192, lang 0,15, unten c. 0,018 umgeschlagen, durch 2 Löcher geht die lila und gelbe Seidenschnur, an der das Bleisiegel hängt, Faltung der Breven.

Nr. 402.

Gregor VIII bewilligt dem Kloster San Pietro di Modena, dass niemand von seinen Arbeiten auf den Besitzungen von Crespellano Zehnten erheben dürfe [3]).

1187 November 24. Reggio nell' Emilia.

GREGORIUS episcopus, servus servorum dei, dilectis filiis, Michaeli abbati et monachis sancti Petri Mutinensis, | salutem et apostolicam benedictionem. Cura suscepti regiminis nos invitat, religiosis locis in petitionibus | suis iustis adesse et eas optato effectui mancipare. Propterea, dilecti in domino filii, vestris postulationibus grato con-

---

a) *Im und hinter dem Worte Rasur* b) inferre c) *dahinter Rasur.* — .1) *Abt war Michael.* 2) *Hildebrand, p. c. t. basilicae XII Apostolorum, 1157—1177. Seine Gesandtschaft in die Lombardei fällt in's Jahr 1176, vergl. Reuter, Alexander III, B. III. S. 252 ff. Im Jahre 1169 urkundete er für Nonantola, Tiraboschi, Storia di Nonantola II p. 288.* 3) *Vergl. die Urkunde vom 22 November 1187. Zu bemerken ist, dass obige Urkunde Jaffé Reg. 10004 ist, die aber auf Modena 22 Nov. lautet, wogegen 10005 Reggio nur angegeben worden: bullae meminit Muratori. Diese kann offenbar auch nur die unsrige sein, wonach 10004 und 10005 in ein's zusammenzulegen sind. Vergl. Kaltenbrunner, Papsturkunden S. 12 Anm. 8.*

Digitized by Google

currentes assensu, presentibus litteris inhibemus, ne quis de laboribus vestris, quos per conversos vestros, animalia et instrumenta vestra in curte de Crispellano [1]) facitis, ubi vineas, ortos et terram uno arato et plus [a]) modicum excolendam habetis, a vobis decimas extorquere presumat. Nulli ergo omnino hominum liceat, hanc paginam nostre confirmationis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis dei et beatorum Petri | et Pauli, apostolorum eius, se noverit incursurum. — Dat. Regii, VIII Kl. Decembr. Indictione VI.

Or. und Abschrift des Lib. Priv. S. Petri fol. 12, im Archivio di Stato zu Modena.

Perg. ital. br. 0,2, lang 0,128, unten 0,015—0,019 umgeschlagen, durch 2 Löcher geht die lila und gelbe Seidenschnur, an der das Bleisiegel hängt, Faltung der Breven.

Nr. 403.

Gregor VIII verstattet dem Abte von Morimondo (D. Milano) die Unterlassung persönlicher Eidesleistung, wenn er Zeugen oder andere gesetzliche Beweise vorbringe [2]).

1187 November 24. Reggio nell' Emilia.

GREGORIUS episcopus, servus servorum dei, dilecto filio .. abbati Morimunde[nsi], salutem et apostolicam benedictionem. | Equum est et consonum rationi, ut ea, que in gravamen religiosorum virorum contra iuris honestatisque | formam exquiruntur, districte veten[tur] et, ne de ce[te]ro attemptentur a quoquam, auctoritatis nostre obstaculum opponatur. Mala siquidem consuetudo in [q]uibusdam Lombardie partibus inolevit, quod, licet questio, [que] inter aliquos agitur, testibus vel instrumentis legitime ab alterutra parte probetur, probationi tamen non creditur, nisi ab actore ac reo super [ead]em probatione iuramenta prestentur, que quidem consuetudo, quanto magis [ob]viat rationi, est diligentius abolenda. Hac igitur consideratione rati[oni]s inducti, presentis sc[ripti] pagina duximus ad [instar(?)] antecessoris [nostri domni(?) Urbani(?)] statuendum, ut [iuramentum(?)] tuum, cum idoneos testes vel [a]liam probationem legi[tim]am exhibueris, in negotiis tui cenobii minime requiratur, sub interminatione anathematis inhibentes, ne aliquis contra statutum [nostrum] ulterius venire presumat. Hoc autem non solum tempore tuo, sed successorum [qu]oque tuorum statuimus observandum. Nulli ergo omnino hominum liceat, [hanc] paginam nostre constitutionis et prohibitionis infringere vel ei ausu temerario contraire. [Si] quis autem hoc attem[ptar]e presumpserit, indignationem omnipotentis | dei et beatorum Petri [et] Pauli, apostolorum eius, se [nove]rit incursurum. — Dat. Regii, VIII [b]) | Kl. Dec[em]br. Indictione sexta.

Or., Abschrift des 14 Jahrh. und neuere Abschrift, im Archivio di Stato zu Mailand.

Perg. ital., br. 0,167, lang 0,142, unten 0,015 umgeschlagen, durch zwei Löcher ging die Schnur, welche mit dem Bleisiegel verloren, Faltung der Breven.

Nr. 404.

Gregor VIII berichtet allen Prälaten, dass die Brüder von Morimondo (D. Milano) und die übrigen des Cistercienser Ordens trotz entgegengesetzter Auslegung in ihren Eigenarbeiten abgabenfrei seien [3]).

1187 November 26. Parma.

GREGORIUS episcopus, servus servorum dei, venerabilibus fratribus, archiepiscopis, episcopis [et] dilectis filiis, abbatibus, prioribus, archidiaconis et aliis ecclesiarum prelatis, ad | quos littere iste pervenerint, salutem et apostolicam benedictionem. Quia plerumque veritatis integritas per minorem intelligentiam aut malitiam hominum depra|vatur, non videtur incongruum, si ea etiam, que manifeste dicta videntur, ad omnem ambiguitatis scrupulum removendum evidentius exponantur et turbatoribus veritatis omnis auferatur contradictionis occasio, qua ea, que recte dicta sunt, aliqua valeant obumbratione fuscari. Accepimus autem, quod, cum fratribus Morimundensibus, sicut aliis omnibus Cisterciensis ordinis fratribus, a patribus et predecessoribus nostris concessum sit et a nobis ipsis

---

a) s *übergeschrieben, hinter* u *Rasur* b) *die Zahl im Orig. etwas verlöscht; die Kopie hat* VIIII. — 1) *Crespellano, Comune nell' Emilia, Prov. Bologna, Mand. di Bazzano.* 2) *Vergl. die Urkunde vom 13 December 1185—1186.* 3) *Vergl. die Urkunde vom 13 März 1180.*

Digitized by Google

postmodum indultum et confirmatum, ut de laboribus, quos propriis manibus aut sumptibus excolunt, nemini decimas aut primitias solvere teneantur, quidam ab eis nichilominus, post celebrationem Lateranensis concilii, contra indulgentiam sedis apostolice decimas exigere et extorquere presumunt et, prava et sinistra interpretatione apostolicorum privilegiorum capitulum pervertentes, asserunt, de novalibus debere intelligi, ubi noscitur de laboribus esse inscriptum. Quoniam igitur manifestum est omnibus, qui recte sapiunt, interpretationem huiusmodi perversam esse et intellectui sano contrariam, cum secundum capitulum illud a solutione decimarum et primitiarum, tam de terris illis, quas deduxerunt vel deducunt ad cultum, quam etiam de terris cultis, quas propriis manibus vel sumptibus excolunt, liberi sint penitus et immunes, ne ullus contra eos materiam habeat malignandi vel quomodolibet ipsos contra iustitiam molestandi, vobis per apostolica scripta mandamus, quatinus omnibus, qui sunt vestri iuris, auctoritate nostra prohibere curetis, ne a memoratis fratribus Morimundensibus de novalibus vel de aliis terris, quas propriis manibus aut sumptibus excolunt, ullatenus decimas vel primitias presumant exigere vel quomodolibet extorquere. Nam si de novalibus tantum vellemus intelligi, ubi ponimus de laboribus, de novalibus poneremus, sicut in privilegiis quorundam aliorum apponimus. Quia vero non est conveniens vel honestum, ut contra instituta sedis apostolice veniatur, que optinere debent inviolabilem firmitatem, mandamus [a]) vobis, ut, si qui monachi, canonici, clerici vel laici, contra privilegia sedis apostolice predictos fratres super decimarum vel primitiarum exactione gravaverint, laicos excommunicationis sententia percellatis, monachos et canonicos sive clericos, contradictione, dilatione et appellatione cessante, ab officio suspendatis et tam excommunicationis, quam suspensionis sententiam faciatis usque ad dignam satisfactionem inviolabiliter observari. Nec littere ille [b]) habeant firmitatem, quas tacito eorum ordine contra [b]) tenorem huius scripti ab aliquo constiterit impetratas. Ad hec vobis presentium auctoritate iniungimus, quatinus, si quis in monachos vel conversos prescripti monasterii Morimundensis vel aliorum monasteriorum Cisterciensis ordinis manus violentas iniecerit, eum, candelis accensis, excommunicatum publice nuntietis et faciatis, sicut excommunicatum ab omnibus cautius evitari, donec congrue sa|tisfaciat predictis fratribus, et cum litteris diocesani episcopi, rei veritatem continentibus, apostolico se conspectui representet. — Dat. Parme, | VI Kl. Decembr. Indictione sexta.

Or. im Archivio di Stato zu Mailand.

Perg. ital., br. 0,236, lang 0,227, unten 0,02 umgeschlagen, durch zwei Löcher ging die Schnur, welche mit dem Bleisiegel verloren, Faltung der Breven.

Nr. 405.

Gregor VIII beauftragt die Bischöfe von Tortona, Piacenza, Cremona und Parma und den Kanonikerkonvent von Borgo San Donnino (D. Parma), ihre Pfarrangehörigen zu veranlassen, dass sie dem Kloster Santa Maria Teodota di Pavia zurückerstatten, was sie ohne Zustimmung von dessen Kapitel besitzen [1]).

1187 November 30. Fornovo di Taro [2]).

Gregorius episcopus, servus servorum dei, venerabilibus fratribus . . Terdonensi [3]) et . . Placentino [c])[4]) . . Cremonensi [c])[5]) et . . Parmensi [c])[6]) | episcopis et dilectis filiis, canonicis sancti Donnini, salutem et apostolicam benedictionem. Dilecta in Christo filia nostra .A. [d]), abbatissa monasterii The|odote, transmissa nobis relatione⟨m⟩ monstravit, quod quidam parrochiani vestri possessiones prescripti monasterii per quasdam personas, quondam intrusas, non sunt veriti occupare. Quoniam igitur alienationes et infeudationes, que a personis fuerint huiusmodi, antiquis et novis constitutionibus condempna[mus], discretioni vestre per apostolica scripta mandamus atque precipimus, quatinus parrochianis vestris, quos vobis constiterit, possessiones prescripti monasterii per intrusas [e]) habuisse vel alias illicite detinere, districte mandetis, ut ipsas memorato monasterio sine difficultate

---

a) us *auf Rasur* b) *von* ille *bis* contra *auf Rasur* c) *zwischen den beiden Punkten Rasur, offenbar des Anfangsbuchstabens* d) *mit anderer Dinte eingetragen* e) tr *auf Rasur.* — .1) *Vergl. die Urkunde vom 23 Mai 1186—1187.* 2) *Fornovo di Taro (Forum novum), Comune nell' Emilia, prov. e circond. di Parma. Am Taro und Fusse der Apenninen.* 3) *Damals war wohl Otto II Bischof von Tortona.* 4) *Tedald, Bischof von Piacenza, c. 1167—1192.* 5) *Sicardus, Bischof von Cremona, 1185—1215.* 6) *Bernard II, Bischof von Parma, 1172—1194.*

Digitized by Google

restituant et in pace dimittant. Quod si facere forte noluerint, eos, remoto appellationis diffugio, excommunicationis vinculo astringatis et usque ad dignam satisfactionem | faciatis ab omnibus evitari. — Dat. apud Forum novum, II Kl. Dec. Indictione VI.

Or. im Archivio di Stato zu Mailand.

Perg. ital., br. 0,132, lang 0,112, unten 0,012 umgeschlagen, durch zwei Löcher geht die Hanfschnur, woran das Bleisiegel hängt, Faltung der Breven.

Nr. 406.

Gregor VIII bestätigt dem Kloster Sant' Andrea di Porta in Genova, was ihm der Erzbischof von Genua bezüglich der Kirche Santa Maria di Castello in Genova bei zu veranstaltenden Sammlungen gestattet hat [1]).

1187 December 7. Lucca.

GREGORIUS episcopus, servus servorum dei, dilictis in Christo filiabus . . abbatisse et sororibus | sancti Andree de Porta, salutem et apostolicam benedictionem. Iustis petentium desideriis dignum | est nos facilem prebere consensum et vota, que a rationis tramite non discordant, effectu prosequente complere. Eapropter, dilecte in Christo filie, vestris iustis postulationibus grato concurrentes assensu, concessionem [a]), quam venerabilis frater noster . . Ianuensis archiepiscopus, vobis et eis [b]), que [b]) vobis [b]) successerint [c]), fecisse dinoscitur, quod de cetero non amplius, quam ecclesia sancte Marie de Castello in collectis faciendis ecclesia debeat vestra conferre, sicut rationabiliter facta est et in eius autentico continetur, domni Urbani, predecessoris nostri, vestigiis inherentes, auctoritate apostolica confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat, hanc paginam nostre confirmationis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli, apostolo|rum eius, se noverit incursurum. — Dat. Luce, VII Idus Decemb. Indictione sexta.

Or. (Pergamene I p. 30) und Abschrift des Schiaffino II p. 544, in der Bibl. dell' Università, des Schiaffino II p. 408, in der Bibl. Civica zu Genua.

Or., Perg. ital., br. 0,174 lang 0,137, der untere Theil mit Piumbirung und Umgeschlagenem abgeschnitten, Faltung der Breven.

Nr. 407.

Clemens III nimmt das Domkapitel von Pisa in apostolischen Schutz und bestätigt dessen Besitzthümer und Rechte.

1188 Januar 13. Pisa.

Clemens episcopus, servus servorum dei, dilectis filiis, Villano archipresbitero ceterisque sancte Marie Pisane ecclesie canonicis, tam presentibus quam futuris, canonice substituendis, IN PPM. — | Apostolice sedis auctoritate debitoque compellimur, pro universarum ecclesiarum statu satagere et earum maxime, que eidem sedi devotius adherere noscuntur quieti et paci, auxiliante domino, providere. Quocir|ca, dilecti in domino filii, vestris iustis postulationibus clementer annuimus et predecessorum nostrorum, felicis memorie CALIXTI [2]), EUGENII [3]), ANASTASII [3]), ADRIANI [4]), ALEXANDRI et URBANI [5]), Romanorum pontificum, vestigiis inherentes, prefatam dei genitricis Marie ecclesiam, in qua divino estis obsequio mancipati, sub [d]) beati Petri et nostra protectione suscipimus et presentis scripti privilegio communimus. Statuentes, ut quascumque possessiones, quecumque bona eadem ecclesia in presentiarum iuste et canonice possidet aut in futurum concessione pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium seu aliis iustis modis, prestante domino, poterit adipisci, firma vobis vestrisque successoribus ac per vos eidem ecclesie et illibata permaneant. In quibus hec propriis duximus exprimenda vocabulis: in Kinthica ecclesiam sancte Christine, ecclesiam sancti Christophori, in Guazolongo ecclesiam sancti Martini, ecclesiam sancti Marci, ecclesiam

---

a) c *auf Rasur* b) *auf Rasur* c) n *auf Rasur* d) *theilweise auf Rasur.* — .1) *Ungenügend gedruckt: Vigna, L'antica collegiata di S. Maria di Castello in Genova p. 204.* 2) *Nicht erhalten.* 3) *Jaffé, Reg. 6731, Or. in Pisa.* 4) *Jaffé, Reg. 6939, Or. in Pisa.* 5) *Jaffé, Reg. 9851, Or. in Pisa.*

Digitized by Google

sancti Iusti, ecclesiam sancti Hermetis de Orticaria, ecclesiam sancti Salvatoris de Putignano, ecclesiam sancti Stephani de Fasiano, ecclesiam sancte Viviane in Scharza cum omni proprietate et iure suo, monasterium sancti Michaelis de Orticaria, ecclesiam sancti Blasii in Cisanello, ecclesiam sancti Petri, ecclesiam sancti Iusti, ecclesiam sancte Marie in Mezana, in Calci [a]) ecclesiam sancte Marie, in Guillerada ecclesiam sancti Viti, ecclesiam sancti Iohannis in monte Pisano cum capella hospitalis et cum capellis de valle Luseris, videlicet ecclesiam sancti Christofori de Botcano, ecclesiam sancti Nicolai de hospitali Manni, ecclesias sancti Petri, sancti Prosperi et sancti Donati de Machadio, ecclesiam sancti Laurentii de Burgo novo, ecclesiam sancti Iohannis de Campo longo, ecclesiam sancti Michaelis de Cafagio episcopi, ecclesiam sancti Martini de Reto, ecclesiam sancti Iohannis in ripa Sartii, ecclesiam baptismalem sancte Marie in Arena cum suppositis, capellis et decimationibus, ecclesiam sancti Apolenaris, ecclesiam sancti Leonardi in Pratoscello, roccam de Comitello cum pertinentiis suis, medietatem castelli de Scanello cum pertinentiis suis et aliis castellis ad ipsum pertinentibus, quemadmodum a recolende memorie Beatrice et Mathilde comitissa [b]) Pisane ecclesie collata esse noscuntur, curtem de Pappiana cum suis pertinentiis, quicquid habetis in curte que dicitur Appiana, et quicquid habetis in curte de Popugna, rubum Pisane civitatis, centum solidos de ripa qui dari propter cereum consueverunt, quicquid habetis in castello et curte castelli novi et castelli veteris de Camaiano, terram, quam habetis in Pesiano, cum ecclesia sancte Margarete et eius pertinentiis, piscariam que fit cum lontriis et navibus in stagno cum exitu et omni pertinentia sua, in Sardia monasterium sancti Michaelis de Plaiano cum ecclesiis, curtibus et aliis pertinentiis suis, ecclesiam, que est in portu de Turribus, cum officio ecclesiastico et beneficio populi Pisani. Preterea, vestram matricem ecclesiam sincere dilectionis brachiis amplectentes, antiquas eius et rationabiles consuetudines confirmamus, unctiones videlicet infirmorum et decimas Pisane parrochie, blade et vini omnes. Pecuniarum vero omnium tres ex integro portiones, tam de civitate ipsa, quam de burgis, villis et territoriis, que a maiori ecclesia baptisma suscipiunt. Oblationes vivorum et mortuorum, que ad maiorem ecclesiam conferuntur, ut nullius umquam vobis vestrisque successoribus calliditate aut violentia subtrahantur, sed in communem usum fratrum integre stabilesque permaneant. Id ipsum et de oblationibus misse episcopalis, que presentibus canonicis celebratur, statuimus, excepto auro vel pretio pro auro, nec in maiori ecclesia ullus introducatur vel ordinetur canonicus, nisi communi canonicorum vel maioris partis consensu. Ordinatum vero nulli omnino episcopo liceat, officio seu beneficio sine canonico privare iudicio. Nullus etiam ecclesias, que ad ius maioris canonice proprie pertinent, et earum clericos preter communem canonicorum vel maioris partis voluntatem ordinare vel inquietare presumat, sed vos de ipsis ecclesiis secundum antiquam et rationabilem consuetudinem disponendi et ordinandi auctoritate apostolica facultatem liberam habeatis. Olivas autem et cereos nulla civitatis et burgorum ecclesia preter matricem ecclesiam et preter monasteria et in his preter quam ad monachos et familiares benedicere [pre]sumat et preter ubi antiquissime concessum fuisse dinoscitur. Baptisma in maiori tantum celebretur ecclesia, sicut antiquitus observatum est, excepto, u . . . . . r . s. In sabbato [sancto nu]llus missam cantare, campanas sonare presumat, donec apud maiorem pulsetur ecclesiam. Populares quoque processiones, nisi in maiori non fiant ecclesia. Ad hec presentis privilegii auctori[tate] sancci[mus, ut] defunctorum cano[nicorum beneficia] nunc et in perpetuum a nemine auferantur, sed in usus fratrum, communiter viventium, quiete et integre dimittantur. Porro, qui apud maiorem soliti sunt ecclesiam sepeliri, sepulturas [solitas] non relinquant. Ceteri, qui ad aliarum ecclesiarum transeunt sepulturas, sive in civitate sive in burgis, iudiciorum suorum partem quartam matrici ecclesie derelinquant. In omnibus autem ecclesiis, in quibus mortuorum exequiis interestis, missarum vobis celebrationes cum oblationibus suis concedimus. Sane priorum canonicorum electiones et locationes monasterialium capellanorum, qui videlicet populo divina officia amministrant, archiepiscopi et canonicorum consensu fiant. Preterea silvam Tumulum a faucibus veteris Sercli usque ad divisionem, que inter vos et monasterium sancti Ruxorii, mediante venerabili fratre nostro Hubaldo, Pisano archiepiscopo [1]), [nuper] facta est et terminata, vobis nichilominus confirmamus. Prohibemus quoque et apostolice sedis auctoritate sanccimus, ut nullus absque Pisani archiepiscopi assensu et [vestro novam ecclesiam

a) i *aus* e *korrigirt* b) a *auf Rasur.* — .1) *Ubaldo, Erzbischof von Pisa, 1176—1208.*

Digitized by Google

vel oratorium] in parrochia vestra presumat aliquatenus fabricare. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat, prefatam ecclesiam . . . usibus omnimodis profutura, salva sedis apostolice auctoritate. Si qua igitur . . . Cunctis autem . . . inveniant. Amen. A-m. Amen. —

(R) Ego Clemens catholice ecclesie episcopus ss. (M)
† Ego Theobaldus Hostiensis et Velletrensis episcopus ss. (4)
— † Ego Laborans presbiter cardinalis sancte Marie transtiberim tit. Calixti ss.
† Ego Melior presbiter cardinalis sanctorum Iohannis et Pauli tit. Pamachii ss.
— † Ego Iacintus sancte Marie in Cosmydin diaconus cardinalis ss.
† Ego Gratianus sanctorum Cosme et Damiani diaconus cardinalis ss.
† Ego Oct(avianus) sanctorum Sergii et Bachi diaconus cardinalis ss.
† Ego Petrus sancti Nicholai in carcere Tulliano diaconus cardinalis ss.
† Ego Radulfus sancti Georgii ad Velum aureum diaconus cardinalis ss.

Dat. Pisis, per manum Moysi, Lateranensis canonici, vicem agentis cancellarii. Idus Ianuarii. Indictione sexta. Incarnationis dominice anno MCLXXXVII. Pontificatus vero a) domni CLEMENTIS pp. III anno primo. —

Or. Nr. 666, im Archivio Capitolare zu Pisa.

Perg. ital., br. 0,575, lang 0,72, unten 0,035 umgeschlagen, durch zwei Löcher ging die Schnur, welche mit dem Bleisiegel verloren, Faltung der Eullen. Die Umschrift ist mit hellerer Dinte als die Unterschrift ausgeführt, die Datirung von dunklerer als der Hauptkörper, das M *des Moses könnte nachgetragen sein. Die drei ersten Zeugenfirmen weisen gleiche Dinte auf; bei Melior ist mit grossen Buchstaben zu schreiben begonnen, die dann allmählich kleiner werden, offenbar hat er erst in anderer Weise eintragen wollen, das Kreuz Theobalds könnte von dunklerer Dinte herrühren; von den Diakonen sind einerseits Gratian und Rodulf, andererseits Octavian und Petrus mit gleicher Hand und Dinte ausgeführt. Die Urkunde hat durch Feuchtigkeit gelitten.*

Nr. 408.

Clemens III fordert alle Gläubigen des Königreiches Sicilien, von Toscana und Genua auf, dem Hospitale von Stagno (D. Pisa) Almosen zum Baue einer Brücke zukommen zu lassen, wofür er ihnen dreissigtägigen Ablass gewährt.

1188 Januar 16. Pisa.

CLEMENS episcopus, servus servorum dei, universis Christi b) fidelibus, per regnum illustris regis Sicilie, per Tusciam | et c) Ianuam constitutis, salutem et apostolicam benedictionem. Quoniam, ut ait apostolus, omnes stabimus ante tribunale d) Christi, re|cepturi, prout gessimus in corpore, sive bonum sive malum [1]), oportet nos, diem messionis extreme misericordie operibus prevenire, et eternorum intuitu seminare in terris, quod, reddente domino, cum multiplicato fructu recolligere debeamus in celis, firmam spem fiduciamque tenentes, quoniam, qui parce seminat, parce et metet et, qui seminat in benedictionibus de benedictionibus et metet vitam eternam [2]). Unde, quia dilecti filii nostri, fratres hospitalis de Stangno e) iuxta portum Pisanum, pontem quendam construere inceperunt, in quo universorum transeuntium per locum ipsum f) saluti consulitur, q[ue]m de propriis facultatibus facere g) nequaquam possunt, nos, attendentes salubre vobis existere, tam pio operi conferre subsidium, universitatem vestram monemus h) et exhortamur in domino atque in remissionem h) vobis peccatorum iniungimus, quatinus, cum propter hoc fueritis requisiti, eisdem fratribus ad perficiendum opus ipsum vestras elimosinas i) conferatis, ita quod k), dirigente domino, per vestrum et aliorum l) fidelium Christi subsidium l) valeat consummari et vos per hec et alia bona, que, domino inspirante, feceritis, ad eterne felicitatis gaudia mereamini pervenire. Nos vero, de beatorum apostolorum Petri et Pauli auctoritate confisi, omnibus, qui prefato operi de facultatibus suis subsidium contulerint m), o|portunum de iniuncta sibi penitentia peccatorum suorum triginta dies auctoritate apostolica relaxamus. — Dat. Pisis, XVII n) Kl. Febr. Indictione sexta.

Or. I im Archivio di Stato, und zwei Originale, II und III, Nr. 667, 668, im Archivio Capitolare zu Pisa.

I. Perg. ital., br. 0,225, lang 0,185, unten 0,02 umgeschlagen, durch zwei (jetzt sind drei vorhanden) Löcher ging die Schnur, welche mit dem Bleisiegel verloren, Faltung der Breven.

II. Perg. ital., br. 0,22, lang 0,18, unten 0,017 umgeschlagen, durch 2 Löcher geht die gelbe Seidenschnur, deren Bleisiegel verloren, Faltung der Breven.

III. Perg. ital., br. 0,226, lang 0,192, unten 0,02 umgeschlagen, durch 2 Löcher geht die gelbe Seidenschnur, deren Bleisiegel verloren, Faltung der Breven. — II und III sind von verschiedener Hand geschrieben.

a) o *auf Rasur* b) dei *II* c) etiam *II* d) tribunal *II und III* e) Stagno *II und III* f) illum *II* g) proficere *II* h) monemus, hortamur attentius et in remissionem *II und III* i) elemosinas *II* k) ut *II und III* l) aliorum subsidium *II und III* m) contulerit *II und III* n) XVI *II.*

1) *Rom. 14—10.* 2) *2, Cor. 9—6.*

Digitized by Google

Nr. 409.

Clemens III überweist dem Bischofe Hildebrand von Volterra die römischem Rechte angehörige Kirche von Colle [1]).

1188 Januar 24. Martura [2]).

CLEMENS episcopus, servus servorum dei, venerabili fratri Ild(ebrando), Wlterrano episcopo [3]), salutem et apostolicam | benedictionem. Devotionem, quam ad Romanam ecclesiam et nos ipsos habere dinosceris attenden|tes, fraternitati tue libenter deferimus et tuam volumus personam propensius honorare. Inde est, quod plebem de Colle de valle Elsa [4]), que specialiter ad ius Romane ecclesie pertinere dinoscitur, cum capellis ipsius tibi committimus disponendam. Tue igitur fraternitati [imm(?)]inet providendum et nos per apostolica scripta mandamus, ut plebem ipsam cum capellis suis, taliter in temporalibus spiritualibusque disponas, quod ipsa sub regimine tuo in utrisque proficiat et nos ad maiora tibi committenda induci ex ipsius profectibus valeamus. Nolumus preterea, quod ecclesia, cum illuc qualibet occasione accesseris, personarum vel equitaturarum nu|merosa multitudine pregravetur. — Dat. Marture, VIIII Kl. Febr. Indictione sexta.

Or. und Abschrift des Cod. Dipl. I, im Archivio Vescovile zu Volterra.

Or., Perg. ital., br. 0,16, lang 0,126, unten 0,015 umgeschlagen, durch zwei Löcher geht die ursprünglich rosa Seidenschnur, woran das Bleisiegel hängt, Faltung der Breven.

Nr. 410.

Clemens III schreibt den Geistlichen von Colle, er habe ihre Kirche dem Bischofe Hildebrand von Volterra überwiesen, und befiehlt ihnen, diesem zu gehorchen [5]).

1188 Januar 24. Martura.

Clemens episcopus, servus servorum dei, dilectis filiis . . plebano, clericis et capellanis | plebis de Colle, salutem et apostolicam benedictionem. Noveritis, nos venerabili fratri nostro Il(debrando), Wlter|rano episcopo, plebem vestram cum capellis disponendam in temporalibus et spiritualibus commisisse, credentes, quod per providentiam suam ecclesia vestra et vos ipsi sub suo regimine proficere debeatis. Universitati itaque vestre mandamus atque precipimus, quatinus memorato episcopo in his, que ad dei honorem et ecclesie Romane spectant obedientiam et reverentiam, appellatione et contradictione | postposita, exhibere curetis. — Dat. Marture, VIIII Kl. Febr. Indictione sexta.

Or. und Abschrift des Cod. Dipl. I, im Archivio Vescovile zu Volterra.

Or., Perg. ital., br. 0,144, lang 0,088, unten 0,023 umgeschlagen, durch zwei Löcher geht die Hanfschnur, deren Bleisiegel verloren, Faltung dreimal der Länge nach.

Nr. 411.

Clemens III nimmt das Kloster San Paolo di Pugnano (D. Pisa) in apostolischen Schutz und bestätigt seine Besitzthümer und Rechte.

1188 April 5. Lateran.

Clemens episcopus, servus servorum dei, dilectis in Christo filiabus Indie [a]), abbatisse sancti [b]) Pauli de Pugnano [6]), eiusque sororibus, tam presentibus quam futuris, regularem vitam professis, IN PPM. — | Prudentibus virginibus, que sub habitu religionis, accensis lampadibus, per opera sanctitatis iugiter se preparant ire obviam sponso, sedes apostolica debet presidium impertiri, ne forte cuiuslibet | temeritatis incursus aut eas a proposito revocet aut robur, quod absit, sacre religionis infringat. Eapropter, dilecte in Christo filie, vestris iustis postulationibus clementer annuimus et prefatum monasterium

---

a) *Von anderer Hand und Dinte eingetragen* b) *auf Rasur.* — .1) *Vergl. die folgende Urkunde.* 2) *Muss nach dem Itinerar zwischen Pisa und Siena liegen, also Montauro (zwischen Colle und S. Gimignano) oder Marti, mehr nördlich. Ganz stimmt keiner der jetzigen Ortsnamen in der Gegend. Er kommt übrigens zu der betreffenden Zeit auch sonst vor, z. B. Winkelmann, Acta imperii inedita p. 20,2.* 3) *Hildebrand, Bischof von Volterra, 1184—1211.* 4) *Colle im Thal der Elsa wurde später zum Bisthume erhoben, vergl. auch G. Leoncini, Illustrazione di Volterra p. 254, 268.* 5) *Vergl. die vorige Urkunde.* 6) *Liegt 7—8 Miglien von Pisa entfernt.*

Digitized by Google

sancti Pauli de Pugnano, in quo divino estis obsequio mancipate, ad instar felicis recordationis INNOCENTII pape, predecessoris nostri, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus et presentis scripti privilegio communimus. In primis siquidem statuentes, ut ordo monasticus, qui secundum deum et beati Benedicti regulam in eodem monasterio noscitur institutus, perpetuis ibidem temporibus inviolabiliter observetur. Preterea, quascumque possessiones, quecumque bona idem monasterium in presentiarum iuste et canonice possidet aut in futurum concessione pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium seu aliis iustis modis, prestante domino, poterit adipisci, firma vobis et his, que post vos successerint, et illibata permaneant. In quibus hec propriis duximus exprimenda vocabulis: locum ipsum, in quo prefatum monasterium situm est, cum omnibus pertinentiis suis, ecclesiam sancte Lucie de Lugnano(?), ecclesiam sancti Andree de Pugnano; diffinitionem vero, que super decimis nobilium virorum de Ripafracta a bone memorie Balduino, Pisano archiepiscopo [1]), canonice facta est, ad exemplar predicti antecessoris nostri ratam manere sancimus. Obeunte vero te, nunc eiusdem loci abbatissa, vel earum aliqua, que tibi successerit, nulla ibi qualibet subreptionis astutia seu violentia preponatur, nisi quam sorores communi consensu vel sororum [a]) pars consilii sanioris secundum dei timorem et beati Benedicti regulam providerint eligendum. Si qua autem libera persona in vita vel in morte pro redemptione anime sue vestro monasterio se conferre voluerit, salva iustitia matricis ecclesie, eam suscipiendi facultatem liberam habeatis. Sepulturam quoque ipsius loci tam nobilium virorum de Ripafracta, quam aliorum, sicut eam huc usque legitime noscitur habuisse, eidem monasterio confirmamus, salva illarum ecclesiarum iustitia, a quibus mortuorum corpora assumuntur. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat, prefatum monasterium . . . usibus omnimodis profutura, salva sedis apostolice auctoritate et diocesani episcopi canonica iustitia. Si qua igitur . . . Cunctis autem . . . | inveniant. Amen. A-m. Amen. —

(R) Ego Clemens catholice ecclesie episcopus ss. (M)
† Ego Theobaldus Hostiensis et Velletrensis episcopus ss. (7)
— † Ego Iohannes presbiter cardinalis tit. sancti Marci ss.
† Ego Laborans presbiter cardinalis sancte Marie transtiberim tit. Calixti ss.
† Ego Pandulfus presbiter cardinalis basilice XII Apostolorum ss.
† Ego Albinus tit. sancte Crucis in Ierusalem presbiter cardinalis ss.
† Ego Melior presbiter cardinalis sanctorum Iohannis et Pauli tit. Pamachii ss.
† Ego Petrus presbiter cardinalis tit. sancte Cecilie ss.
† Ego Radulfus tit. sancte Praxedis presbiter cardinalis ss.
— † Ego Iacinctus diaconus cardinalis sancte Marie in Cosmydyn ss.
† Ego Gratianus sanctorum Cosme et Damiani diaconus cardinalis ss.
† Ego [B]obo sancti Angeli diaconus cardinalis ss.
† Ego Octavianus sanctorum Sergii et Bachi diaconus cardinalis ss.
† Ego Soffredus sancte Marie in Via lata diaconus cardinalis ss. (4)

Dat. Laterani, per manum Moysi, sancte Romane ecclesie subdiaconi, vicem agentis cancellarii. Non. April. Indictione sexta. Incarnationis dominice anno MCLXXXVIII. Pontificatus vero domni CLEMENTIS pp. III anno primo.

Or. (Prov. S. Anna), im Archivio di Stato zu Pisa.

Perg. ital., br. 0,545, lang 0,62, unten 0,032 umgeschlagen, durch zwei Löcher geht die rosa und gelbe Seidenschnur, deren Bleisiegel verloren, Faltung der Bullen. Der Schaft des Ringkreuzes und das E *der Unterschrift zeigen die gleiche Mache, der Balken des ersteren wesentlich dicker; wohl die Umschrift, Unterschrift und Datirung rühren vom Hauptkörperschreiber her; das* M *des Moses in letztere nachgetragen. Die Zeugenfirmen zeigen meistens die gleiche dunkle Dinte und sind theilweise von ein und derselben Hand ausgeführt.*

Nr. 412.

Clemens III schreibt dem Domkapitel von Syrakus, dass es den Erzbischöfen von Monreale als ihren Metropoliten gehorsame [2]).

1188 April 11. Lateran.

Clemens episcopus, servus servorum dei, dilectis filiis, capitulo Siracusano, salutem et apostolicam benedictionem. Si quid ex liberalitate apostolice providencie fratribus et coepiscopis nostris accedat, ad nostri honoris augmentum credimus redundare, ut

a) ro *auf Rasur.* — .1) *Balduin, Erzbischof von Pisa, 1137—1145.* 2) *Vergl. die folgende Urkunde.*

Digitized by Google

de plenitudine potestatis, quam sacrosancta Romana ecclesia, largiente domino, sibi vindicat, singularem ecclesie inferiores accipiant et ab ea velud a capite in subserviencia membra beneficiorum munera transfundantur. Cum igitur ad preces et instanciam karissimi in Christo filii nostri Wilhelmi, illustris regis Sicilie, ecclesiam Siracusanam, que specialiter [a]) actenus ad ius ecclesie Romane pertinuit, ecclesie Montis regalis tanquam sue metropoli perpetuo subiecerimus, universitati vestre per apostolica scripta mandamus atque precipimus, quatenus venerabili fratri nostro Wilhelmo, Montis regalis archiepiscopo, aliisque successoribus eius, qui pro tempore fuerint canonice subrogati, sicut propriis metropolitanis [b]) in omnibus, que ad ius metropoliticum spectant, honorem et obedienciam debitam reverenti et devoto animo humiliter impendatis. — Data Laterani, III Idus April. Pontificatus anno primo.

Abschrift vom 14 Jahrh., des Cod. Vat. 3880 p. 28b, in der Bibl. Vaticana zu Rom.

Nr. 413.

Clemens III beurkundet dem Erzbischofe Wilhelm von Monreale, dass die Kirche von Syrakus seinem Hochstifte als Suffraganbisthum untergeben sein solle.

1188 April 11. Lateran.

Clemens episcopus, servus servorum dei, venerabili fratri Wilhelmo, Montis regalis archiepiscopo, salutem et apostolicam benedictionem. Non est novum nec ab antique observancia consuetudinis alienum, ut hiis, quos sacrosancta Romana ecclesia certis ex causis benignitate confovet, amplioris insignia honoris adaugeat et plenioris conferat beneficia dignitatis. Eapropter tue devotionis sinceritatem, quam circa nos et ecclesiam rerum experimento cognovimus, diligencius attendentes, ad preces et instanciam karissimi in Christo filii nostri Wilhelmi, illustris regis Sicilie, prosequente venerabili fratre nostro Nicolao, Salernitano archiepiscopo [1]), qui ad promovenda negocia ecclesie tue cum multa sollercia et sollicitudine laboravit, ecclesiam Siracusanam, que, nullo mediante specialiter actenus ad ius ecclesie Romane pertinuit, et de consilio et assensu fratrum nostrorum tibi et per te ecclesie tue duximus perpetuo concedendam et sicut proprio metropolitano decrevimus in posterum subiacere. Ut autem huius nostre concessionis liberalitas perpetuis temporibus illibata permaneat, ipsam auctoritate apostolica confirmamus et presentis scripti pagina communimus. Statuentes, ut nulli omnino hominum liceat, hanc paginam nostre concessionis et confirmationis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli, apostolorum eius, se noverit incursurum. — Data Laterani, III Idus April. Pontificatus nostri anno I.

Abschrift vom 14 Jahrh. des Cod. Vat. 3880 p. 29, in der Bibl. Vaticana zu Rom.

Nr. 414.

Clemens III bestätigt dem Bischofe Walfried von Grosseto die Besitzthümer und Rechte seiner Kirche, welche er in apostolischen Schutz nimmt.

1188 April 12. Lateran.

Clemens episcopus, servus servorum dei, venerabili fratri Gualfredo, Grossetano episcopo, eiusque successoribus canonice substituendis, IN PPM. | In eminenti sedis apostolice specula, disponente domino, constituti, fratres nostros episcopos tam propinquos, quam longe positos, fraterna debemus caritate diligere et ecclesiis, quibus domino militare noscuntur, | suam dignitatem et iustitiam conservare. Eapropter, venerabilis in Christo frater, Gualfrede [c]) episcope, tuis iustis postulationibus clementer annuimus et Grossetanam ecclesiam, cui deo auctore preesse dinosceris, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus et presentis scripti privilegio communimus. Statuentes, ut quascumque possessiones, quecumque bona eadem ecclesia in presentiarum iuste et canonice possidet aut in futurum concessione pontificum, largitione regum vel principum,

a) spiritualiter b) metropolitane c) *auf Rasur.* — .1) *Nikolaus, Erzbischof von Salerno, 1181—1220.*

Digitized by Google

oblatione fidelium seu aliis iustis modis, prestante domino, poterit adipisci, firma tibi tuisque successoribus et illibata permaneant. In quibus hec propriis duximus exprimenda vocabulis: castellum de Ischia integre cum ecclesiis, curte et districto suo, aquis, piscariis, molendinis et quicquid hedificii est vel proveniri poterit in flumine Umbronis infra curtem et districtum predicti castri, et in lacu Bernardi, et quicquid iuris a prenominato fluvio iuste ab episcopo poterit iure dominii exigi, et quicquid iuris habes vel possides in curte et territorio Castelli novi, sicut in cartulis episcopatus continetur, et quicquid iuris habes et tenes in curte et districto Montis calvi, videlicet in ecclesia, terris et decimationibus cum albergariis, sicut in cartis episcopatus continetur; medietatem totius Grosseti, et sexaginta casalinos supra cum curte et districtu suo, et toto tumbulo et ecclesiis, scilicet ecclesia sancti Petri cum omni iure et proprietate sua, ecclesiam sancti Michaelis cum omnibus pertinentiis suis, ecclesiam sancti Andree cum pertinentiis suis, ecclesiam sancti Georgii cum omni iure suo, et decimationem totius alodii quod ecclesia sancti Laurentii habet in districtu Grosseti, et quartam partem omnium oblationum, que proveniunt ex dominicis diebus et sollempnitatibus principalibus, et que proveniunt ex cena domini et parasceve et in omni pascha, episcopo absente, ab ecclesia maiori per annum; medietatem omnium oblationum, que ad manus tuas devenerint, cum in eadem ecclesia maiori cantaveris missam; quartam [par]tem omnium testamentorum, exceptis terris et vineis et oblacionibus missa[rum ma]iorum, e quibus de consuetudine nichil percipis, hec eadem de consuetudine percipis in ecclesia sancti Michaelis, sancte Lucie et sancti Andree, castellum de Rosella cum curte et districtu suo, prediis, pratis, pascuis, rivis et universis possessionibus suis, et quicquid iuste et rationabiliter habes in canonica de Rosella, videlicet medietatem omnium testamentorum, et circam nomine pensionis singulis annis decem solidorum, et albergarias duas generales cum viginti quinque equitaturis, et speciales quantascumque cum septem vel octo equitaturis per annum recipere volueris, et quicquid iuris habes in castello et curte et districto montis Orzalis, quartam partem Castelli de Scarlino cum ecclesiis, scilicet ecclesia de Lodena [a]) et Caralle, curte et universo districto suo, pascuis, silvis, paludibus, rivis, aquis et quartam portionem stagni et portus, et quicquid iuris ex ipsis per partem iamdictam vendicatur, et decimationem totius predicti castri, exceptatis decimationibus alodii canonice eiusdem castri, quas episcopi ipsi de propria voluntate concesserunt, et quicquid iuris habes in predicta canonica, ecclesiam sancti Donati cum possessionibus suis, que episcopatui proprie spectat, plebem de Gavorranno cum capellis suis et pertinentiis et decimatione beati Laurentii, quam in proprios usus habes, et quatuor solidos, quos annuatim percipis a filiis Ubertini et Ioseph de Massa, plebem de Ioncarico cum pertinentiis suis, et decimam quam episcopatus ibidem habet, plebem de Burriano cum capellis suis, et decimatione eiusdem castelli atque decimatione Tile, capellam de Castellione cum iure suo, et albergarias quas habes in plebe eiusdem castri, plebem de Rocca cum pertinentiis suis, et decimationem panis et vini quam in territorio et planitie de Rocca et villa Magna habes, plebem de Alma cum capellis et decimationibus omnibus, plebem de Tatte cum capellis omnibus et iure suo, plebem de Padule cum suis capellis et omni iure suo, plebem de Caminino cum omnibus capellis suis, pertinentiis et decimis, plebem de Lattaia cum capella sua, plebem de Sticiano cum capellis suis, et quicquid iuris habes in districtu de monte Leonis, in terris, vineis, arboribus cultis et incultis, capellam sancti Stephani de monte Piscali cum decimatione et iure spirituali, et decimas quas ad proprias manus tuas habes in eodem castro, aut alii per te, capellam sancti Martini in Batignano cum omni iure suo, capellam sancti Cerboni, et capellam sancti Michaelis in monte Ursario cum decimis et omni iure spirituali, et decimationem panis et vini atque lini, quam illic in proprios habes usus, plebem de Tabiano cum capella sua, et que ad ipsam pertinent spiritualiter, plebem de Fornuli cum capellis suis et decimis, et que de iure episcopali [b]) spectant ad eam, plebem de Torgnalla et capellam sancte Sicudere cum omni iure suo, plebem de Bagnolo cum omnibus capellis suis, et cum omni iure suo, plebem de Pogna cum omni iure, proprietate et institutione, que, nullo mediante, episcopatui tuo spectat, et possessiones quas habes in predicta villa de Pogna, plebem de Martura cum capellis suis et pertinentiis, et proprietatem et decimationes quas habes in Campo famelico, et quecumque Lombardi de Scarlino [c]) habent ab episcopatu in feudum, plebem de Civita cum omnibus que spiritualiter ad ipsam per-

a) L *durch Rasur aus* R *hergestellt* b) p *durch Rasur aus* s *hergestellt* c) *theilweise von späterer Hand durchkorrigirt.*

Digitized by Google

tinent, et capellam de monte Coriliano cum omni iure suo. Auctoritate quoque apostolica interdicimus, ut nec clerici nec monachi seu quilibet religiosi interdictos Grossetani episcopi vel ministrorum a) eius in ecclesiis scienter recipiant vel illis presentibus divina celebrent officia nec ad religio[nis offici]um eosdem excommunicatos sine satisfactione suscipiant, si satisfaci[endi] facultatem habuerint, nec, si mortui fuerint, eos sepelire presumant. Prohibemus autem, ne presbiteri, capellani ecclesiarum, ad ius Grossetane ecclesie pertinentium, bona vel possessiones earum absque assensu Grossetani episcopi distrahere, vendere vel obligare presumant seu alio quolibet titulo alienare, et, si factum fuerit, irritum habeatur. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat, prefatam ecclesiam . . . usibus omnimodis profutura, salva sedis apostolice in omnibus auctoritate. Si qua . . . Cunctis autem . . . Amen. A-m. Amen. —

(R) Ego Clemens catholice ecclesie episcopus ss. (M)
† Ego Theobaldus Hostiensis et Velletrensis episcopus ss. (11)
— [†] Ego Iohannes presbiter cardinalis tit. sancti Marci ss.
[†] Ego Laborans presbiter cardinalis sancte Marie transtiberim tit. Calixti ss. (1)
[†] Ego Albinus tit. sancte Crucis in Ierusalem presbiter cardinalis ss.
[†] Ego Melior presbiter cardinalis sanctorum Iohannis et Pauli tit. Pamachii ss. (2)
[†] Ego Petrus tit. sancti CLEMENTIS presbiter cardinalis ss.
[†] Ego Bobo tit. sancte Anastasie presbiter cardinalis ss. (1)
[†] Ego Petrus tit. sancti Laurentii in Damaso presbiter cardinalis ss.
[†] Ego Petrus presbiter cardinalis tit. sancti Petri ad Vincula ss.
— † Ego Iac(inctus) diaconus cardinalis sancte Marie in Cosmidyn ss. (1)
† Ego O[ctavianus] sanctorum Sergii et Bachi diaconus cardinalis ss. (1)
† Ego Bobo sancti Georgii ad Velum aureum diaconus cardinalis ss.
† Ego GG.(Gregorius) diaconus cardinalis sancte Marie in Porticu ss.
† Ego Iohannes felix diaconus cardinalis sancti Eustachii iuxta templum Agrippe ss.
† Ego Iohannes sancti Theodori diaconus cardinalis ss.
† Ego Bernardus sancte Marie Nove diaconus cardinalis ss. (4)

Dat. Laterani, per manum Moysi, sancte Romane ecclesie subdiaconi, vicem agentis cancellarii. II Idus Aprilis. Indictione sexta. Incarnationis dominice anno MCLXXXVIII. Pontificatus vero domni CLEMENTIS pp. III anno primo. —

Or. (Balzana), im Archivio di Stato zu Siena.

Perg. ital., br. 0,546, lang 0,73, unten 0,03 umgeschlagen, durch 2 Löcher geht die rosa und gelbe Seidenschnur, deren Bleisiegel abgefallen aber erhalten, Faltung der Bullen. Ringkreuz und E *der Unterschrift von abweichender unter sich gleicher Dinte, Datirung vom Hauptkörperschreiber, das* M *des Moses darin nachgetragen, Zeugenfirmen zum grossen Theile von gleicher Hand und Dinte.*

Nr. 415.

Clemens III nimmt den Magister Petrus mit seinen Besitzthümern in apostolischen Schutz, ihm im Besondern die Präbende der Kirche von Dairago (D. Milano) bestätigend [1]).

1188 Mai 14. Lateran.

Clemens episcopus, servus servorum dei, dilecto filio, magistro Petro canonico, salutem et apostolicam benedictionem. Sacrosancta Romana ecclesia devotos et humiles filios ex assuete pietatis offitio propensius diligere consuevit et, ne pravorum hominum molestiis agitentur, tamquam pia mater sue protectionis munimine confovere. Eapropter, dilecte in domino fili, devotionem, quam erga beatum Petrum et nos ipsos habere dinosceris, attendentes, personam tuam cum omnibus bonis, tam ecclesiasticis, quam mondanis, que in presentiarum iuste et canonice possides aut in futurum iustis modis deo propitio poteris adipisci, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus. Spetialiter autem prebendam, quam habes in ecclesia de Dairago, sicut eam iuste et sine controversia possides, devotioni tue auctoritate apostolica confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus. Statuentes, ut, si te in aliquo gravari presenseris, libere tibi liceat, sedem apostolicam appellare. Nulli ergo omnino hominum liceat, personam tuam vel bona temere perturbare seu hanc paginam nostre protectionis et confirmationis

a) *Das zweite* i *durch Korrektur und Rasur von späterer Hand hergestellt.* — 1) *Vergl. die Urkunde vom 27 März 1166—1179.*

Digitized by Google

infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemtare presumpserit, indignationem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli, apostolorum eius, se noverit incursurum. — Datum Laterani, II Idus Maii. Pontificatus nostri anno primo.

Kopialurkunde des 14 Jahrh., im Archivio di Stato zu Mailand.

Nr. 416.

Clemens III schreibt den Bischöfen von Pavia, Vercelli, Tortona, an Aebte und andere Geistliche, dass die den Cisterciensern ertheilten Privilegien sich auf selbstbestellten Acker, nicht auf Neubruchland bezögen und dass sie dieselben, namentlich die Mönche von Lucedio (D. Vercelli), in Rechten und Personen schützen sollen [1]*).*

1188 Mai 18. Lateran.

Clemens episcopus, servus servorum dei, venerabilibus fratribus, Papiensi [2]), Vercellensi [3]), Terdonensi [4]) episcopis, et dilectis filiis, abbatibus, prioribus, archidiaconis, decanis, presbiteris et universis ecclesiarum prelatis, ad quos littere iste pervenerint, salutem et apostolicam benedictionem. Audivimus et audientes mirati sumus, quod, cum dilectis filiis nostris, fratribus ordinis Cisterciensis, a patribus et predecessoribus nostris concessum sit et a nobis postea confirmatum, ut de laboribus, quos propriis manibus aut sumptibus excolunt, nemini decimas solvere teneantur, quidam ab eis nihilominus contra sedis apostolice indulgentiam decimas exigere et extorquere presumant et prava ac sinistra interpretatione apostolicorum privilegiorum capitulum pervertentes asserunt, de novalibus debere intelligi, ubi de laboribus est inscriptum. Quoniam igitur manifestum est omnibus, qui recte sapiunt, interpretationem huiusmodi perversam esse et intellectui sano contrariam, universitati vestre per apostolica scripta precipiendo mandamus, quatenus omnibus parochianis vestris auctoritate apostolica prohibere curetis, ne ullatenus contra dilectos filios nostros, fratres Locedii, qui Cisterciensem ordinem sunt professi, materiam accipiant malignandi, nec de aliquibus terris, quas propriis manibus aut sumptibus excolunt, sive de nutrimentis animalium suorum quisquam ab eis decimas exigere vel quomodolibet extorquere presumat. Nam si de novalibus tantum vellemus intelligi, ubi ponimus de laboribus, de novalibus poneremus; sicut in privilegiis quorundam apponimus aliorum. Quia vero non est conveniens, ut contra sedis apostolice indulgentias temere veniatur, que obtinere debent inviolabilem firmitatem, vobis per apostolica scripta precipiendo mandamus, ut, si qui monachi, canonici, clerici vel laici contra privilegia sua memoratos fratres super decimarum exactione gravaverint, appellatione remota, clericos ab officio suspendatis, laicos autem excommunicationis sententia percellatis et tam excommunicationis, quam suspensionis faciatis usque ad dignam satisfactionem sententias observari. Quod si a sede apostolica littere fuerint impetrate, quarum ocasione quis ab illis decimas exigere vel aliud contra privilegia vel indulgentias eorum ab ipsis extorquere nitatur, tanto [a]), quod Cisterciensem ordinem sint professi, respondere illis minime teneantur. In quibus etiam, si inhibita fuerit appellatio, nihilominus appellandi habeant facultatem, nisi pro bono pacis spontanea cum aliquibus composuerint voluntate. Quod si alique compositiones inter eos et aliquos pacis intuitu et utriusque partis consensu super decimis facte fuerint, illos perpetuis temporibus ratas et inconcussas permanere faciatis, si tamen eas de conscientia et approbatione abbatis et fratrum constiterit processisse et nullam, quod absit, contineant pravitatem. Ad hec presentium auctoritate vobis precipiendo mandamus, quatenus, si quis eorumdem parochianorum vestrorum in sepe dictos fratres violentas manus iniecerit, eum, candelis accensis, excommunicatum publice muncietis et tamquam excommunicatum faciatis ab omnibus evitari, donec eisdem fratribus congrue satisfaciat et cum litteris diocesani episcopi, rei veritatem continentibus, apostolico se conspectui representet. — Dat. Laterani, XV Kl. Iunii. Pontificatus nostri anno primo.

Beglaubigte Abschrift des 13 Jahrh., (Abbazia di Lucedio, Mazzo 1), im Archivio di Stato zu Turin.

---

a) *Lesart nicht sicher, obiges kaum richtig, ob* tamen? — — .1) *Vergl. die Urkunde vom 3 April 1180.* 2) *Lanfrank, Bischof von Pavia, 1180—1198.* 3) *Albert, Bischof von Vercelli, 1185—1205.* 4) *Gondulf?*

Digitized by Google

Nr. 417.

Clemens III ermahnt den Erzbischof, den Archidiakon und Propst von Genua und den Propst von Santa Maria di Castello in Genova, dem heiligen Lande zu Hülfe zu kommen, worüber er Näheres mittheilt.

1188 Mai 27. Lateran.

Clemens episcopus, servus servorum dei, venerabili fratri . . archiepiscopo [1]) et dilectis filiis archidiacono . . preposito Ianuensi et . . sancte Marie de Castello preposito, salutem et apostolicam benedictionem. Quam gravis et horribilis persecutionis calamitas in Ierosolimitanis partibus, communium peccatorum multitudine faciente, nuper ingruerit, tum ex ipsa atrocitate facti, quod iam fama circumquaque dispersit, tum etiam ex litteris, que per diversas partes orbis super hoc fuerunt transmisse, discretionem vestram non credimus ignorare. Interest autem reipublice christiane, ut ad subventionem illarum partium tam maiores ecclesiarum prelati, quam etiam minores diligenti sollicitudine partes suas fideliter interponant, ne, si forte illi terre oportuna non fuerit celeritate subventum, Ismahelis illa servilis ac nefanda proienies, que iam cepit in eisdem partibus peculiarem hereditatem domini hostiliter demoliri, virium suarum interim augmentum assumat et, in sua pervalens vanitate, contra filium libere, populum videlicet christianum, quod absit, calcaneum insolentius erigat, et eum acrius persequatur. Cum igitur ipsius Ierosolimitane terre, sicut in qua Iesus Christus humanum genus sua morte redemit, iacture seu incommoda generaliter contingant christicolas universos, placuit nobis cum consilio fratrum vobis et aliis religiosis viris ad destinanda subsidia ipsi terre dirigere scripta nostra. Proinde rogamus vos, exhortamur in domino et per apostolica scripta mandamus, quatinus vos ipsi ad succursum eiusdem provincie tam in personarum, quam rerum missione auxilia competentia transmittatis, ut alii, cum vos viderint hec agentes, ad imitandum vos exemplo vestro facilius provocentur. Subiectos quoque vestros efficaciter inducatis ad hoc ipsum agendum, ut, cum vos et illi socii fueritis passionis, debeatis esse, quemadmodum inquit apostolus, et participes consolationis ac remissionis illius, que proficiscentibus Ierosolimam vel congrua suffragia transmittentibus prius a bone memorie Gregorio, predecessore nostro, et postmodum a nobis generaliter est indulta. Volumus autem, ut tu, frater archiepiscope, clericos, qui tue iurisdictioni subsistunt, auctoritate nostra et tua compellas, ut de bonis, que habent, terre illi contra Sarracenos non differant subvenire. Constituas quoque per diocesim tuam clericos discretos, fideles et providos, qui subventionis pecuniam studiose colligere debeant et cum consilio vestro atque aliorum prudentium virorum, ubi necesse fuerit, fideliter dispensare. Sane quicumque vere penitens in propria persona iverit illuc et ibi pro christianitatis defensione perstiterit, remissionem habebit omnium peccatorum, qui vero de rebus suis competens subsidium direxerint, ad partes easdem sive pro se aliquem miserint, qui ibi pro christiani populi defensione debeat immorari, arbitrio tuo, frater archiepiscope, committimus de remissione peccatorum, considerata qualitate persone subventionisque quantitate pensata, ipsis vere penitentibus concedenda. Preterea, si qui sunt inter proficiscentes illuc, qui ad prestandas usuras sacramento tenentur astricti, creditores eorum canonica censura sine appellationis impedimento cogatis, ut eos a sacramento penitus absolventes ab usurarum ulterius exactione desistant. Si quibus vero pro solvenda sorte tenentur et ad presens illam solvere nequeunt, volumus, ut de possessionibus aut aliis bonis eorum, sufficienti cautione recepta, usque ad eorum reditum vel, si ibi forte decesserint, receptionem nuntii certi de obitu solutionis terminus prorogetur, ne huiusmodi occasione commodum tam necessarii hoc tempore itineris interim debeat retardari, ita tamen, ut cum redierint, sive rumor certus insonuerit de morte ipsorum, creditori de sorte possit demum satisfieri competenter. Verum, quia nisi dominus custos fuerit civitatis, frustra vigilant custodes illius nec proficit, immo deficit humana solertia, si divino fuerit suffragio destituta, misericordiam dei sedulis ante omnia precibus invocare et per ecclesias predicare iugiter invocandam, ut non attendat iniquitates populi, sed sola miseratione respiciat sanctuarium suum, et ex alto sanctam civitatem suam tueatur nec eam nefandis manibus impiorum contaminari permittat. Satagite etiam, ut, ubicumque inter se repereritis discordantes, eos ad pacem bonam et animarum concordiam exhortatione aut districtione canonica revocetis, ut, cunctis simultatibus et

1) *Hugo della Volta, Erzbischof von Genua, 1163—1188 (Juni).*

Digitized by Google

odiis amputatis, animosiores et magis concordes efficiantur ad illam gentem superbie conterendam et de illis partibus cum auxilio domini penitus effugandam. Nos etiam omnes illos, qui in personis propriis eo vadunt, eorumque familias sub beati Petri et nostra protectione, donec redierint, inde suscipimus et omnium bonorum suorum grata volumus interim securitate gaudere. — Dat. Laterani, VI Kal. Iunii. Pontificatus nostri anno primo.

Abschrift der Miscell. di Stor. Lig. V p. 291, in der Bibl. Civica zu Genua. Bemerkt ist: Pergamena autentica con piombo a seta gialla.

Nr. 418.

Clemens III nimmt das Kloster Santa Maria di Lucedio (D. Vercelli) in apostolischen Schutz und bestätigt seine Besitzthümer und Rechte.

1188 Mai 28. Lateran.

Clemens episcopus, servus servorum dei, dilectis filiis Petro, abbati monasterii sancte Marie Locedii, eiusque fratribus, tam presentibus quam futuris, regularem vitam professis, IN PPM. Religiosam vitam eligentibus apostolicum convenit adesse presidium, ne forte cuiuslibet temeritatis incursus aut eos a proposito revocet aut robur, quod absit, sacre religionis infringat. Eapropter, dilecti in domino filii, vestris iustis postulationibus clementer annuimus et prefatum monasterium beate dei genitricis semperque virginis Marie Locedii, in quo divino estis obsequio mancipati, ad instar felicis recordationis Alexandri, Lucii et Urbani, predecessorum nostrorum, Romanorum pontificum, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus et presentis scripti privilegio communimus. In primis siquidem statuentes, ut ordo monasticus, qui secundum deum et beati Benedicti regulam atque institutionem Cisterciensium fratrum in vestro monasterio institutus esse dignoscitur, perpetuis ibidem temporibus inviolabiliter observetur. Preterea, quascumque possessiones, quecumque bona idem monasterium in presentiarum iuste et canonice possidet aut in futurum concessione pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium seu aliis iustis modis, prestante domino, poterit adipisci, firma vobis vestrisque successoribus et illibata permaneant. In quibus hec propriis duximus exprimenda vocabulis: locum ipsum, in quo prefatum monasterium constructum est, cum omnibus pertinentiis suis, grangiam Alerii cum omnibus pertinentiis suis, territorium Stodegarde cum omnibus pertinentiis suis, terram que fuit episcopi Vercellensis iuxta monasterium positam, grangiam de Monteriolo cum omnibus pertinentiis suis, grangiam Ripe medie cum omnibus pertinentiis suis, grangiam de Cernale cum omnibus pertinentiis suis, grangiam de Pobleto cum omnibus pertinentiis suis, grangiam montis Calvi cum omnibus pertinentiis suis, insulam Oggerii et insulam que est iuxta Padum ibidem, grangiam de Sarmatia cum omnibus pertinentiis suis, terram que sita est in insula de Breme, castanetum de Ribiana. Preterea possessiones de Pobleto, quas ab abbate et fratribus sancti Michaelis de Clusa emistis, et capellam eiusdem loci, a predictis abbate et fratribus ad annuam pensionem decem solidorum canonice monasterio vestro perpetuo concessam, sicut in authenticis scriptis exinde factis continetur et vos eam pacifice possidetis, vobis et per vos monasterio vestro apostolica authoritate confirmamus. Sane laborum vestrorum, quos propriis manibus aut sumptibus colitis tam de terris cultis quam incultis sive de nutrimentis vestrorum animalium nullus omnino a vobis decimas presumat exigere. Liceat quoque vobis, clericos vel laicos e seculo fugientes, liberos et absolutos, ad conversionem recipere et in vestro monasterio absque contradictione aliqua retinere. Prohibemus insuper, ne ulli fratrum vestrorum post factam in loco vestro professionem fas sit, de eodem loco sine licentia abbatis sui discedere. Discedentem vero absque communi litterarum vestrarum cautione nullus audeat retinere. Quod si quisquam eos retinere forte presumpserit, liceat vobis, in ipsos monachos vel conversos vestros sententiam regularem ex nostra authoritate proferre. Paci quoque et tranquilitati vestre paterna sollicitudine providere volentes authoritate apostolica prohibemus, ne infra ambitum monasterii vestri et clausuras locorum seu grangiarum vestrarum quisquam violentiam vel rapinam sive furtum committere aut ignem apponere aut hominem capere vel interficere audeat. Sane, si episcopi a vobis aliquid preter obedientiam debitam vel principes terre contra libertatem a predecessoribus nostris et a nobis indultam expetierint, liberum sit vobis, authoritate apostolica denegare, quod petitur, ne occasione ista ordo vester, qui hactenus

Digitized by Google

liber extitit, humane servitutis laqueo vinciatur. Quod si episcopus aliquam propter hoc in personas vel ecclesiarum vestrarum a) sententiam promulgaverit, eandem sententiam, tamquam contra apostolice sedis indulta prolatam, statuimus irritandam. Illud insuper authoritate apostolica prohibemus, ne infra dimidiam leuguam prope abbatiam vestram aliqua de novo habitatio fiat, de qua vobis debeat servate hactenus libertatis et pacis aliquod preiudicium generari. In causis autem propriis, sive civilem sive criminalem contineant questionem, liceat vobis, fratres vestros idoneos ad testificandum adducere atque ipsorum testimonio, sicut rectum fuerit, et propulsare violentiam et iustitiam vendicare. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat, prefatum monasterium . . . usibus omnimodis profutura, salva sedis apostolice authoritate. Si qua igitur . . . Cunctis autem . . . inveniant. Amen.

(R) Ego Clemens catholice ecclesie episcopus.
† Ego Theobaldus Hostiensis et Velletrensis episcopus.
† Ego Iohannes presbiter cardinalis tit. sancti Marci.
† Ego Laborans presbiter cardinalis sancte Marie transtiberim tit. Calixti.
† Ego Pandulfus presbiter cardinalis basilice XII Apostolorum.
† Ego Melior presbiter cardinalis sanctorum Iohannis et Pauli tit. Pamachii.
† Ego Petrus presbiter cardinalis tit. sancte Cecilie.
† Ego Radolfus tit. sancte Praxedis presbiter cardinalis.
† Ego Petrus tit. sancti Clementis presbiter cardinalis.
† Ego Petrus presbiter cardinalis tit. sancti Petri ad Vincula.
† Ego Iordanus presbiter cardinalis tit. Pudentiane tit. Pastoris.
† Ego Iacobus diaconus cardinalis sancte Marie in Cosmidyn.
† Ego Gratianus sanctorum Cosme et Damiani diaconus cardinalis.
† Ego Ottovianus sanctorum Sergii et Bachi diaconus cardinalis.
† Ego Gregorius sancte Marie in Porticu diaconus cardinalis.
† Ego Iohannes sancti Theodori diaconus cardinalis.
† Ego Bernardus sancte Marie nove diaconus cardinalis.

Dat. Laterani, per manum Moysi, sancte Romane ecclesie subdiaconi, vicem agentis cancellarii. V Kal. Iunii. Indictione VI. Incarnationis dominice anno MCLXXXVIII. Pontificatus vero domni Clementis pape tertii anno primo.

Or. im Archivio dell' Ospedale, Abschrift des 17 Jahrh. (Abbazia di Lucedio), im Archivio di Stato zu Turin.

Leider bemerkte ich erst zu spät, am letzten Tage meines Aufenthaltes in Turin, dass sich das Original im Ospedale befinde; meine Abschrift ist der Kopie entnommen.

Nr. 419.

Clemens III nimmt das Kloster San Pietro di Modena in apostolischen Schutz und bestätigt seine Besitzthümer, sein Wasserrecht und die Zehntfreiheit in Crespellano.

1188 Mai 29. Lateran.

CLEMENS episcopus, servus servorum dei, dilectis filiis, Michaheli abbati et conventui monasterii sancti Petri Mutinensis, salutem et apostolicam benedictionem. | Cum ad universas ecclesias aciem teneamur recte considerationis extendere, illas tamen, in quibus est fundata relig[io, tanto arti]|ori tenemur caritate diligere et suis utilitatibus diligentius providere, quanto in eis dignior impenditur domino f[amulatus]. Attendentes igitur, quod in cenobio vestro regularis ordo, qui in eo institutus est, bene, domino largiente, servatur et [quod mona]sterium vestrum laudabiliter hactenus in nostra et ecclesie Romane b) devotione consistit, ipsum et personas vestras [cum omnibus, que in] presentiarum rationabiliter possidet vel in futurum iustis modis, prestante domino, poterit adipisci, [predecessorum] nostrorum felicis recordationis Lucii [1]), Urbani [2]) et Gregorii [3]), Romanorum pontificum, [vestigiis inherentes, sub beati Petri et n]ostra protectione suscipimus et presentis scripti patrocinio communimus. [Statuentes, ut possessiones et ecclesie monast]erii vestri in ea libertate, ordinatione et institutione futuris temporibus consistant, in qua sunt a qua[draginta annis a vobis et] predecessoribus vestris canonice et sine legitima interruptione possesse. Prohibemus autem, ne [aliqua ecclesiastica

a) *Entweder der Accusativ, oder ein Wort ausgefallen* b) ecclesia Romana. — 1) *Urkunde vom 27 Januar 1184, Or. im Arch. di Stato zu Modena.* 2) *Urkunde vom 10 April 1186, Or. im Arch. di Stato zu Modena.* 3) *Urkunde vom 22 November 1187.*

Digitized by Google

secu]larisve persona aquam per vestrum monasterium defluentem auferre, possessiones vel alia bona ipsius [invadere] aut vobis seu monasterio vestro violentiam audeat irrogare. Auctoritate quoque presentium ad exemplar pie recordationis Gregorii pape, predecessoris nostri [1]), districtius inhibemus, ne quis de laboribus vestris, quos per conversos vel alios operarios vestros, animalia et instrumenta vestra, in curte de Crispellano facitis, ubi vineas, ortos et terram duobus [a]) aratris colendam habetis et plus modicum, a vobis decimas extorquere presumat. Nulli ergo omnino hominum liceat, hanc paginam nostre constitutionis seu prohibitionis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem | omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli, apostolorum eius, se noverit incursurum. — Dat. Laterani, IIII Kl. Iun. Pontificatus nostri anno primo.

Or. und Abschrift vom 14 Jahrh., in den Instrumenta donationum S. Petri Mutinensis Nr. 2123 fol. 12b, im Archivio di Stato zu Modena.

Or., br. 0,258, lang 0,185, unten 0,02 umgeschlagen, an ursprünglich rosa und gelber Seidenschnur hängt das Bleisiegel, Faltung der Breven. Die Schrift ist theilweise durch Feuchtigkeit unlesbar geworden.

Nr. 420.

Clemens III benachrichtigt den Abt von San Salvatore di Settimo (D. Firenze), dass er alle Güterentfremdungen, die durch dessen Vorgänger geschehen, für ungültig erkläre.

1188 Mai 30. Lateran.

Clemens episcopus, servus servorum dei, dilecto filio [b]), abbati sancti Salvatoris de Sep|timo, salutem et apostolicam benedictionem. Si quando ab apostolica sede requiritur, quod ecclesiastice uti|litati proficiat et a statutis canonicis non discordet, petentium desideriis nos convenit prebere consensum eorumque vota effectu prosequente complere. Hac itaque ratione inducti et tuis precibus benignius annuentes, omnes alienationes ab .R. predecessore tuo, tunc scismatico, in detrimentum monasterii factas, auctoritate apostolica irritamus [c]). Nulli ergo omnino hominum liceat, hanc paginam nostre constitutionis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli, apostolorum | eius, se noverit incursurum. — Dat. Laterani, III Kl. | Iunii. Pontificatus nostri anno primo.

Or. (Cestello 1188 Mag. 30), im Archivio di Stato zu Florenz.

Perg. ital., br. 0,167, lang 0,125, unten 0,016 umgeschlagen, durch 2 Löcher geht die rosa und dunkel gelbe Seidenschnur, deren Bleisiegel verloren, Faltung der Breven.

Nr. 421.

Clemens III beauftragt den Kardinalpriester von tit. S. Cecilie und den Kardinaldiakon von Santa Maria in Via Lata, dafür zu sorgen, dass ein Richter Sardiniens die den Genuesern vorenthaltene Burg Serla herausgebe oder Genugthuung leiste.

1188 Juli 16. Lateran.

Clemens episcopus, servus servorum dei, dilectis filiis P(etro), tit. sancte Cecilie [d]) presbitero, | et B. [2]), sancte Marie in Via lata diacono cardinali, salutem et apostolicam benedictionem. Dilecti | filii nostri, consules Ianuenses, suam ad nos querimoniam [e]) destinarunt, quod quidam iudex Sardinie quoddam ipsorum castrum, quod dicitur Serla, iniuste detinet et reddere contradicit. Ideoque discretioni vestre per apostolica scripta mandamus, quatenus ex parte nostra per censuram ecclesiasticam, sublato [f]) appellationis obstaculo, faciatis eum a prelato suo compelli ad castrum | ipsum sine difficultate reddendum vel plenam iusticiam exibendam. — | Dat. Laterani, XVII Kl. Augusti. Pontificatus nostri anno | primo.

Or. (Memorie Politiche), im Archivio di Stato, Abschrift der Miscellanea di Storia Ligur. IV Abth. 7. p. 12, in der Bibl. Civica zu Genua.

Perg. ital., br. 0,135, lang 0,094, das Umgeschlagene abgeschnitten, durch zwei Löcher ging die Schnur, welche mit dem Bleisiegel verloren. Faltung zwei mal der Länge nach, dann der Streif in der Mitte. Die Datirung war zu raumverschwenderisch begonnen, weswegen primo *an den Anfang einer neuen Zeile gesetzt werden musste.*

---

a) *Theilweise auf Rasur* b) *zwischen* filio *und* abbati *Raum von 0,01 freigelassen* c) irri *auf Rasur* d) C *auf Rasur* e) os que *auf Rasur* f) sub sato. — 1) *Urkunde vom 24 November 1187.* 2) *Es muss ein Fehler vorliegen, Kardinaldiakon von Santa Maria in Via lata war Soffredus, von S. Maria Nuova Bernardus.*

Digitized by Google

Nr. 422.

Clemens III berichtet dem Erzbischofe Wilhelm von Monreale, dass die Bischöfe von Syrakus von jetzt an sich des Gebrauchs des Palliums zu enthalten hätten [1]).

1188 October 19. Lateran.

Clemens episcopus, servus servorum dei, venerabili fratri Wilhelmo, Montis Regalis archiepiscopo, salutem et apostolicam benedictionem. Iniuncta nobis omnium ecclesiarum sollicitudo nos ammonet, sic de illarum statu curam gerere, ut, sublata eis penitus materia, iurgiorum nullum sumere debeant ex mergentis discordie scandalo detrimentum. Eapropter, ne occasione pallii, cuius usum ex indulgencia sedis apostolice Siracusanus episcopus solitus est habere, inter predictam ecclesiam Montis regalis, cui deo auctore preesse dignosceris, et Siracusanum episcopum dissencio quelibet futuris temporibus oriatur, apostolica sanctione decernimus et tam tibi, quam successoribus tuis presenti pagina confirmamus, ut Siracusanus episcopus [2]) et successores eius ab usu pallii debeant amodo penitus abstinere. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat, hanc paginam nostre confirmationis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli, apostolorum eius, se noverit incursurum. — Data Laterani, XIIII Kl. Novembr. Pontificatus nostri anno primo.

Abschrift vom 14 Jahrh. des Cod. Vat. 3880 p. 28 b, in der Bibl. Vaticana zu Rom.

Nr. 423.

Clemens III unterstellt dem Erzbischofe Wilhelm von Monreale das Bisthum Syrakus, wie Lucius III es schon vorher mit Catania gethan hat [3]).

1188 October 29. Lateran.

Clemens episcopus, servus servorum dei, venerabili fratri Guillielmo, Montis regalis archiepiscopo, eiusque successoribus, canonice substituendis, in perpetuum. Cum omnium per orbem ecclesiarum, in catholica fide manencium, auctoritas et disposicio a Romana ecclesia, tanquam a capite, domino faciente, procedant, nos, qui sumus in officio summi pontificatus, licet immeriti, divina donante misericordia, constituti, pro qualitate temporum et locorum et meritis personarum diligenter opportet attendere, quibus personis a) sint ecclesie committende, que subterponi debeant regimini aliarum et, quas decernere debeamus pre aliis honorandas et certis causis emergentibus ab aliis eximendas vel super alias collocandas. Eapropter, diligencius attendentes pium et laudabile propositum regie volumptatis karissimi in Christo filii Wilhelmi, illustris regis Sicilie [4]), et commendabilem ipsius regalis excellencie devotionem, quam habet erga Romanam ecclesiam, cum ad sublimandam ecclesiam Montis regalis, cui auctore deo preesse dinosceris, invigilet et intendat, ut ad eam, quam ipsa regalis magnificencia, divino amore succensa, fundavit, erexit, ditavit et inter alias reddidit gloriosam; tue quoque devotionis inspecta constancia, quam in nobis beato Petro et in ipso domino nostro Iesu Christo ferventer impendis, ad instar felicis recordationis Lucii, predecessoris [5]) nostri, qui ecclesiam Montis regalis iure metropolitico sublimavit, Cathaniensem ecclesiam inter alias ei supponens, nos autem auctoritate apostolica Siracusanam ecclesiam, que ad nullam actenus preter Romanam ecclesiam pertinuisse dinoscitur, pariter cum ipsa Cathaniensi ecclesia statuimus ecclesie Montis regalis de cetero metropolitico iure subesse et, quod tam tu, quam tui successores in eas plenam iurisdictionem, sicut in suffraganeis habeatis et eidem ecclesie teneantur tibi tuisque successoribus, ut suffraganee ipsius ecclesie Montis regalis, cui prees, plenarie respondere; et, quicquid eis, ut suffraganeis a vobis tanquam metropolitanis suis, provide iniunctum fuerit, humiliter recipere et firmiter observare. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat, prefatam ecclesiam temere perturbare . . . usibus omnimodis profutura, salva sedis apostolice auctoritate. Si qua igitur . . . Cunctis autem . . . inveniant. Amen.

(R) Ego Clemens catholice ecclesie episcopus ss. (M)

---

a) prius *Del Giudice.* — 1) *Vergl. die Urkunde vom 4 Februar 1183.* 2) *Damals wohl Laurentius, Bischof von Syrakus, bis c. 1201.* 3) *Vergl. M. del Giudice Tempio di Monreale II p. 58,59.* 4) *Wilhelm II von Sicilien.* 5) *Jaffé, Reg. 9534.*

Digitized by Google

† Ego Theobaldus Hostiensis et Velletrensis episcopus ss.
† Ego Iohannes presbiter cardinalis tit. sancti Marci ss.
† Ego Laborans presbiter cardinalis sancte Marie transtiberim tit. Calixti ss.
† Ego Pandulfus presbiter cardinalis basilice XII Apostolorum ss.
† Ego Albinus tit. sancte Crucis in Ierusalem presbiter cardinalis ss.
† Ego Adelardus tit. sancti Marcelli presbiter cardinalis ss. a)
† Ego Bobus tit. sancte Anastasie presbiter cardinalis ss.
† Ego Petrus tit. sancti Clementis presbiter cardinalis ss.
† Ego Alexius tit. sancte Susanne presbiter cardinalis ss.
† Ego Petrus sancti Laurencii in Damaso presbiter cardinalis ss.
† Ego Iacintus diaconus cardinalis sancte Marie in Cosmidin ss.
† Ego Octavianus sanctorum Sergii et Bachi diaconus cardinalis ss.
† Ego Gregorius sancte Marie in porticu diaconus cardinalis ss.
† Ego Iohannes felix sancti Eustachii diaconus cardinalis iuxta templum Agrippe ss.
† Ego Iohannes sancti Theodori diaconus cardinalis ss.
† Ego Bernardus sancte Marie nove diaconus cardinalis ss.
† Ego Gregorius sancte Marie in Aquiro diaconus cardinalis ss.

Data Laterani, per manum Moysi, Romane ecclesie subdiaconi, vicem agentis cancellarii. IIII Kl. Novembr. Indictione VII. Incarnacionis dominice anno MCLXXXVIII. Pontificatus vero domni Clementis pape III anno primo.

Abschrift vom 14 Jahrh., des Cod. Vat. 3880, Vat. 6420 p. 24, in der Bibl. Vaticana zu Rom.

Nr. 424.

Clemens III bestätigt dem Erzpriester Heinrich von Nonantola (D. Modena) den Schiedsspruch in einem Streite mit der Kirche San Martino de Coziano wegen eines Zehnten.

1188 November 21. Lateran.

CLEMENS episcopus, servus servorum dei, dilecto filio .Hen(rico) b), archipresbitero Nonantulano, salutem et apostolicam benedictionem. Cum contro|versie ab apostolica sede commisse iudicio vel concordia finiuntur, ne in futuro valeant in contentionem adduci, ipsarum | sententie in scriptum sunt autenticum reducende et sedis apostolice patrocinio roborande. Cum autem inter plebem sancti Michalis, tue cure commissam, et ecclesiam sancti Martini de Caucino 1) controversia verteretur super tota decima, quam plebs ipsa tenebat inter Bisentulum et flumen Pontilongi, limitem Musq[onem] et Panarium vetus ac Cenosam, et super viginti blave modiis, de quadam terra in villa sancti Theodori posita(m), a cuius o[cciden]tali parte quidam capitanei sua predia possident, a meridiana vero prescripta sancti Martini ecclesia, ab occidentali ecclesia sancti Silvestri, a septentrionali autem prefata vestra sancti Michaelis ecclesia tandem dilecti filii nostri .M. a[bbas] sancti Petri Mutinensis, et magister Rolandus, Brixiensis canonicus, idem ex delegatione felicis memorie Urbani pape 2), antecessoris nostri, susceperunt negotium finiendum, in quorum arbitrium partes, statuta pena, unanimiter convenerunt, [u]nde iudices ipsi, auditis rationibus hinc inde propositis, statuerunt, ut plebs vestra [to]tam decimam illam et blavam et terram de cetero pacifice possideret, procuratori ecclesie sancti Martini nomine ipsius ecclesie super his perpetuum silentium imponentes. Ut igitur sententia ipsa inviolabilem obtineat firmitatem, eam, sicut rationabiliter lata est nec legitima appellatione suspensa, ad instar predicti antecessoris nostri auctoritate apostolica confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat, hanc paginam nostre confirmationis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli, | apostolorum eius, se noverit incursurum. — Dat. Laterani, XI Kl. Decembr. Pontificatus nostri anno primo.

Or. im Archivio della mensa abbaziale zu Nonantola.

Perg. ital., br. 0,19, lang 0,18, unten 0,022 umgeschlagen, durch zwei Löcher ging die ursprünglich rosa Seidenschnur, deren Bleisiegel verloren, Faltung der Breven.

---

a) *Fehlt bei D. G.* b) *wohl von anderer Hand eingetragen.* — 1) *Coziano liegt zwischen Nonantola und Mirandola.* 2) *Jaffé, Reg. 9980. Hier ist nur* abbas S. Petri, *ohne Namensinitiale gesagt.*

Digitized by Google

Nr. 425.

Clemens III bewilligt dem Prior Peter von San Leonardo (D. Siponto), auf einem Grundstücke in Lama, welches er zu Eigen des heil. Petrus nimmt, eine Kirche zu erbauen.

1189 März 18. Lateran.

CLEMENS episcopus, servus servorum dei, dilecto filio P(etro) [a]), priori sancti Leonardi, salutem et apostolicam benedictionem. | Quotiens a nobis petitur, quod honestati et religioni convenire dinoscitur, animo nos decet [b]) li|benti concedere et petentium desideriis congruum suffragium impertiri. Eapropter, dilecte in domino fili, tuis iustis postulationibus grato concurrentes assensu, fundum loci, qui dicitur Lama, de manu tua recipientes sub censu unius libre cere in proprietatem beati Petri et nostram, liberam tibi concedimus facultatem sine preiudicio vicinarum ecclesiarum tibi ecclesiam construendi, que, mediante(?) ecclesia sancti Leonardi, nulli nisi Romane ecclesie debeat respondere. Nulli ergo omnino hominum liceat, hanc paginam nostre confirmationis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli, apostolorum eius, se no|verit incursurum. — Dat. Laterani, XV Kl. April. [c]). Pontificatus nostri anno secundo.

Or. (Pergamene di Curia eccl. I), im Archivio di Stato zu Neapel.

Nr. 426.

Clemens III nimmt das Kloster Casanova (D. Torino) in apostolischen Schutz und bestätigt seine Besitzthümer und Rechte [1]).

1189 März 23. Lateran.

Clemens episcopus, servus servorum dei, dilectis filiis Mauro, abbati sancte Marie de Casa nova, eiusque fratribus, tam presentibus quam futuris, regularem vitam professis, IN PPM. — | Religiosam vitam eligentibus apostolicum convenit adesse presidium, ne forte cuiuslibet temeritatis incursus aut eos a proposito revocet aut robur, quod absit, sacre religionis infringat. | Eapropter, dilecti in domino filii, vestris iustis postulationibus clementer annuimus et prefatum monasterium sancte Marie de Casa nova, in quo divino estis obsequio mancipati, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus et presentis scripti privilegio communimus. In primis siquidem statuentes, ut ordo monasticus, qui secundum deum et beati Benedicti regulam atque institutionem Cisterciensium fratrum in eodem loco institutus esse dinoscitur, perpetuis ibidem temporibus inviolabiliter observetur. Preterea, quascumque possessiones, quecumque bona idem monasterium iuste et canonice possidet aut in futurum concessione pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium seu aliis iustis modis, prestante domino, poterit adipisci, firma vobis vestrisque successoribus et illibata permaneant. In quibus hec propriis du[ximus] exprimenda vocabulis: abbatiam Case nove cum omnibus pertinentiis suis, grangiam, que est iuxta abbatiam, cum omnibus pertinentiis suis, grangiam Balcher cum pertinentiis suis, grangiam Silvarole cum pertinentiis suis, grangiam Cevoleti cum pertinentiis suis, grangiam Fontane [d]) sparse cum pertinentiis suis, grangiam Rivole de Alba cum pertinentiis suis, grangiam turris cum pertinentiis suis, domum Caracte de Ker cum pertinentiis suis. Sane laborum vestrorum, quos propriis manibus aut sumptibus colitis, sive de nutrimentis animalium vestrorum nullus a vobis decimas exigere vel extorquere presumat. Liceat quoque vobis, clericos vel laicos e seculo fugientes, liberos et absolutos, ad conversionem vestram recipere et eos sine contradictione aliqua retinere. Prohibemus insuper, ne ulli fratrum vestrorum post factam in eodem loco professionem fas sit, sine abbatis sui licentia de eodem loco discedere. Discedentem vero absque communium litterarum cautione nullus audeat retinere, quod si quis eos forte retinere presumpserit, liceat vobis, in ipsos monachos vestros sive conversos sententiam regularem ex nostra auctoritate proferre. Paci quoque et tranquillitati vestre paterna sollicitudine providere volentes, auctoritate apostolica prohibemus, ne infra clausuras locorum seu grangiarum vestrarum ullus rapinam sive

a) *Wohl mit anderer Dinte eingetragen* b) ce *auf Rasur* c) *theilweise auf Rasur* d) o *durch Korrektur aus* u *hergestellt.* — .1) *Vergl. die Urkunde vom 1 März 1152.*

Digitized by Google

furtum committere, ignem apponere, hominem capere vel interficere aliqua temeritate presumat. Sane si episcopi aliquid ab abbatibus vestri ordinis preter obedientiam debitam vel principes terre contra libertatem ordinis a predecessoribus nostris et a nobis indultam expetierint, liberum sit eisdem abbatibus auctoritate apostolica denegare, quod petitur, ne occasione ista predictus [ordo, qui] hactenus liber extitit, humane servitutis laqueo alligetur. Quod si ipsi episcopi aliquam propter hoc in ecclesias vestras vel personas sententiam promulgaverint, liberum sit eisdem abb[ati]bus, eandem sententiam tamquam contra apostolice sedis [indulta] prolatam, decernimus [a]) irritandam. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat, prefatum monasterium [b]) temere perturbare aut eius possessiones auferre vel ablatas [retinere] nec causa fodri seu quibuslibet vexationibus fatigare, sed omnia integra conserventur eorum, pro quorum gubernatione ac sustentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura, salva sedis apostolice auctoritate. Si qua igitur . . . Cunctis autem . . . inveniant. Amen. A-m. Amen. —

(R) Ego Clemens cath[olice] ecclesie episcopus ss. (M)
— † Ego Laborans presbiter cardinalis sancte Marie transtyberim tit. Calixti ss.
† Ego Pandulfus presbiter cardinalis basilice XII Apostolorum ss.
† Ego Albinus tit. sancte Crucis in Ierusalem [c]) presbiter cardinalis ss.
† Ego Bobo tit. sancte Anastasie presbiter cardinalis ss.
† Ego Alex(ander) tit. sancte Susanne presbiter cardinalis ss.
† Ego Petrus tit. sancti Laurentii in Damaso ss. (1)
— † Ego Iac(intus) diaconus cardinalis sancte [d]) Marie in Cosmidyn ss.
† Ego Gra(tianus) [e]) sanctorum Cosme et Damiani diaconus cardinalis ss.
† Ego Gerardus sancti Adriani diaconus cardinalis ss.
† Ego Octavianus sanctorum Sergii et Bachi diaconus cardinalis ss.
† Ego Iohannes felix diaconus cardinalis iux⟨s⟩ta templum Agrippe ss.
† Ego Bernardus sancte Marie nove diaconus cardinalis ss.
† Ego Gregorius sancte Marie in Aquiro diaconus cardinalis ss.

Dat. Laterani, per manum Moysi, sancte Romane ecclesie subdiaconi, vicem agentis cancellarii. X Kl. April. Indictione septima. Anno incarnationis dominice MCLXXXVIII. Pontificatus vero domni CLEMENTIS pp. III anno secundo. —

Or. (S. Maria di Casanova Mazzo I), im Archivio di Stato zu Turin.

Perg. ital., br. 0,522, lang 0,635, unten 0,025 umgeschlagen, durch zwei Löcher ging die Schnur, welche mit dem Bleisiegel verloren (jetzt ist durch die Löcher eine rosa und gelbe Schnur mit dem Siegel Innocenz IV gezogen). Faltung der Bullen. Ringkreuz und E *der Unterschrift können von gleicher Hand und Dinte herrühren, die Datirung ist vom Hauptkörperschreiber ausgeführt, das* M *des Moses scheint nachgetragen zu sein. Die Zeugenfirmen sind theilweise von gleicher Dinte und wohl auch Hand gemacht,* † Ego Ia *von schwerer Hand, der Rest der Firma von leichter sierlicher. Ob* † E *von hellerer Dinte als die übrige Signirung des Diakonen Bernard herrührt, ist fraglich.*

Nr. 427.

Clemens III nimmt das Domkapitel von Perugia in apostolischen Schutz und bestätigt dessen Besitzthümer und Rechte [1]).

1189 Mai 17. Lateran.

Clemens episcopus, servus servorum dei, dilectis filiis, Iohanni archipresbitero et canonicis sancti Laurentii Perusini, tam presentibus quam futuris, regularem vitam professis, IN PPM. — | Quotiens a nobis petitur, quod religioni et honestati convenire dinoscitur, animo nos decet libenti concedere et petentium desideriis effectum congruum impertiri. Eapropter, dilecti in domino filii, | vestris iustis postulationibus clementer annuimus et prefatam ecclesiam, in qua divino estis obsequio mancipati, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus et presentis scripti privilegio communimus. In primis siquidem statuentes, ut ordo canonicus, qui secundum deum et beati Augustini regulam in eodem loco institutus esse dinoscitur, perpetuis ibidem temporibus inviolabiliter observetur. Preterea, quascumque possessiones, quecumque bona eadem ecclesia in presentiarum iuste et canonice possidet aut in futurum concessione pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium seu aliis iustis modis, prestante domino, poterit

---

a) *Auf Rasur; lies:* decernere b) *auf Rasur* c) *das* I *nachträglich vorgesetzt* d) *übergeschrieben* e) *theilweise auf Rasur.* — 1) *Vergl. die Urkunde vom 4 Mai 1169, Or. im Arch. Capitolare zu Perugia.*

Digitized by Google

adipisci, firma vobis vestrisque successoribus et illibata permaneant. In quibus hec propriis duximus exprimenda vocabulis: ecclesiam sancti Angeli foris Portam cum capellis et possessionibus suis, ecclesiam sancti Stephani foris portam cum possessionibus suis, capellam sancti Fortunati, capellam sancti Donati, capellam sancte Marie iuxta domum filii Guidonis, quicquid habetis in ecclesia sancti Martini, quicquid habetis in ecclesia sancti Gregorii, ecclesiam sancti Valentini, ecclesiam sancte Susanne et sancti Antonini, ecclesiam sancte Marie in Foro, quicquid iuris habetis in ecclesia sancte Marie de Francolinis, ecclesiam sancti Anastasii, ecclesiam sancti Ysidori et sancti Stephani, ecclesiam sancti Blasii, quicquid habetis in ecclesia sancti Pauli, ecclesiam sancti Savini et sancti Dionisii, quicquid iuris habetis in ecclesia sancti Bartholomei, quicquid habetis in ecclesia sancti Angeli, ecclesiam sancti Fortunati, plebem sancti Martini in Campo cum possessionibus suis, plebem sancti Iohannis in Campo, plebem sancti Martini in Colle, plebem sancti Valentini, capellam sancti Costantii, capellam sancti Nicholai in Druta, plebem sancti . . . [a]) Obiano, castrum Quarceti cum capella, plebem de Caina, canonicam sancti Viti, hospitale de Fultiniano, plebem sancte Savine, plebem de Palatio, plebem sancti Sebastiani cum capellis et possessionibus suis, ius [b]) quod [b]) habetis in ecclesia sancti Quirici, plebem de Latio cum capellis et possessionibus suis, ecclesiam sancti Donati in Valle obscura, ecclesiam sancti Griciniani, ecclesiam sancti Nicholai et sancti Laurentii in Rabatta, quicquid iuris habetis in ecclesia de Monte nigro, capellam sancte Lucie et sancti Andree et sancti Orphiti, sancti Iohannis in Vitiano, canonicam sancte Marie in Villa Gemini, ecclesiam sancti Donati, ecclesiam in Foiano cum possessionibus suis, ius quod habetis in ecclesia sancti Severi et(!) possessionibus suis, ecclesiam sancti Angeli in Materno et sancti Angeli iuxta lacum in Vicano, possessiones quas habetis in insulis et iuxta lacum, castrum Martille et Bistii, ius [c]) quod [c]) habetis in ecclesia sancti Laurentii in Afriano cum possessionibus quas ibi habetis, ecclesiam sancti Iohannis in Mornano et sancte Lucie de Salano cum omni tenimento suo, ecclesiam sancti Andree in Simpliciano, ius quod habetis in capella castri Prettidi cum medietate castri, ecclesiam sancti Faustini et sancti Christofori, sancti Laurentii in Caino, ius quod habetis in ecclesia sancti Petri in Mezana, quicquid iuris habetis in ecclesia sancti Laurentii in Campo cavallo, ecclesiam sancti Martini in Ancaiana et sancte Marie de Gatti cum medietate eiusdem castri, ecclesiam sancti Marci de Via plana, ecclesiam sancte Marie et sancti Martini in Bolsiano cum possessionibus suis, sancti Iohannis in Prepo et sancti Victorini, ecclesiam sancti Severi in Vistriano, ecclesiam sancte Marie in monte Fortismo, ecclesiam sancti Florentii in Valiano cum possessionibus suis, ecclesiam sancti Laurentii in Fibille cum possessionibus suis, ecclesiam sancte Petronille in Vitiano, ecclesiam sancte Marie in Monticello, quicquid iuris habetis in ecclesia de Fratta filii Azonis cum possessionibus suis, quicquid [d]) habetis [d]) in [d]) capella de castro Colomelle, quicquid iuris habetis in capella castri Ramazani, et ius quod habetis in ecclesia extra castrum. Statuimus insuper, ut canonici et alii clerici, qui ab eadem ecclesia beneficium optinent, tam tibi quam tuis successoribus, fili archipresbiter, debitam obedientiam et reverentiam debeant exhibere. Preterea firmiter inhibemus, ne aliquis monachus vel quisquam alius p[arr]ochiam vestram invadere et contra voluntatem vestram in quadragesim[a] vel in morte penitentiam parrochianis vestris dare presumat. Liceat quoque vobis, clericos vel laicos e seculo fugientes, liberos et absolutos, ad conversionem recipere et eos sine contradictione aliqua retinere. Prohibemus quoque, ne infra terminos parrochie vestre quisquam de novo ecclesiam vel oratorium sine vestro et episcopi diocesani assensu edificare presumat, salvis privilegiis apostolice sedis. Ecclesias insuper, ad vestram ecclesiam pertinentes, secundum antiquam et rationabilem consuetudinem hactenus observatam vobis libere liceat ordinare. Alias etiam antiquas et rationabiles consuetudines ecclesie vestre in decimis, oblationibus, sepulturis et aliis spiritualibus et temporalibus rebus hactenus observatas auctoritate apostolica duximus confirmandas. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat, prefatam ecclesiam . . . usibus omnimodis profutura, salva sedis apostolice auctoritate et diocesani episcopi canonica iustitia. Si qua igitur . . . Cunctis autem . . . inveniant. Amen. A-m. Amen. —

(R) Ego Clemens catholice ecclesie episcopus ss. (M)

— † Ego Laborans presbiter cardinalis sancte Marie trans Tyberim tit. Calixti ss. (I)

a) *Frei gelassene Lücke von 0,023* b) *auf Rasur* c) *auf Rasur* d) *auf Rasur.*

Digitized by Google

† Ego Alb(ertus) presbiter cardinalis tit. sancte Crucis in Ierusalem ss.
† Ego Bobo tit. sancte Anastasie presbiter cardinalis ss. (4)
— † Ego Iac(inthus) diaconus cardinalis sancte Marie in Cosmidyn ss.
† Ego Gratianus sanctorum Cosme et Damiani diaconus cardinalis ss.
† Ego Gerardus sancti Adriani diaconus cardinalis ss.
† Ego Octavianus sanctorum Sergii et Bachi diaconus cardinalis ss.
† Ego Soffredus sancte Marie in Via lata diaconus cardinalis ss. (1)
† Ego Bernardus sancte Marie nove diaconus cardinalis ss.

Dat. Laterani, per manum Moysi, sancte Romane ecclesie subdiaconi, vicem agentis cancellarii. XVI Kl. Iunii. Indictione septima. Incarnationis dominice anno MCLXXXIX. Pontificatus vero domni CLEMENTIS pp. III anno secundo.

Or. im Archivio Capitolare zu Perugia.

Perg. ital., br. 0,595, lang 0,71, unten 0,028 umgeschlagen, durch 2 Löcher geht die rosa und gelbe Seidenschnur, an der unordentlich neu befestigt das Bleisiegel hängt, Faltung der Bullen. Der Balken im Ringkreuz dick, Schaft dünn wie das E *der Unterschrift, welches andere Hand zeigt als diese. Ob die Datirung vom Hauptkörperschreiber herrührt, unsicher, das* M *des Moses mit ganz dunkler Dinte eingetragen. Die Zeugenfirmen zeigen durchweg genau die gleichen Charaktere wie auf der vorigen Bulle vom gleichen Tage, in wie weit gleiche Dinte, ist nicht sicher festzustellen, da diese Bulle etwas mehr verblichen. Zu beachten ist, dass Laborans mit dem Papste auf gleicher Höhe steht, wohl aus Versehen eingetragen oder, um zwischen Albert eine Zeile frei zu lassen.*

Nr. 428.

Clemens III nimmt die Kollegiatkirche Santa Maria di Villa Gemini (D. Perugia) in apostolischen Schutz und bestätigt ihre Besitzthümer und Rechte [1]*).*

1189 Mai 18. Lateran.

Clemens episcopus, servus servorum dei, dilectis filiis, Gregorio [a]) priori et canonicis sancte Marie de Villa Gemini, eiusque fratribus, tam presentibus quam futuris, canonice substituendis, IN PPN. — | Ad hoc universalis cura nobis a provisore omnium bonorum deo commissa est, ut religiosas diligamus personas et beneplacentem domino religionem stu|deamus modis omnibus propagare. Nec enim deo gratus aliquando famulatus impenditur, nisi, ex caritatis radice procedens, a puritate religionis fuerit confirmatus. Eapropter, dilecti in domino filii, vestris iustis postulationibus clementer annuimus et prefatam ecclesiam, in qua divino mancipati estis obsequio, ad exemplar felicis recordationis ALEXANDRI pape [2]), predecessoris nostri, Romani pontificis, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus et presentis scripti privilegio communimus. In primis siquidem statuentes, ut ordo canonicus, qui secundum deum et beati Augustini regulam in eodem loco noscitur institutus, perpetuis ibidem temporibus inviolabiliter observetur. Preterea, quascumque possessiones, quecumque bona eadem ecclesia in presentiarum iuste et canonice possidet aut in futurum concessione pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium seu aliis iustis modis, prestante domino, poterit adipisci, firma vobis et illibata permaneant. In quibus hec propriis duximus vocabulis exprimenda: quicquid habetis in Villa Gemini, quicquid habetis in curtibus, quicquid habetis in viniolis, quicquid ecclesia vestra habet a presbitero Rainaldo consotio vestro, quicquid habetis in planitie Tyberis, et quicquid habetis a presbitero Bernardo, quicquid etiam habetis a presbitero C . . [b]), quicquid habetis in Campitello, quicquid etiam per [c]) testamentum et donationem habet(is) a Petro patricii, ecclesiam sancti Ansvini in pertinentiis castri montis Melini cum possessionibus et universis proventibus suis, et ecclesiam sancti Angeli in Casallia cum proventibus et possessionibus suis. Sane liberas et absolutas personas e seculo fugientes liberum sit vobis absque alicuius contradictione ad religionem vestram recipere; discedentem vero absque litterarum [d]) communium cautione vestrarum, nisi ad artiorem vitam transire voluerit, nullus audeat retinere. Prohibemus insuper, ut infra fines parrochie sancte Marie de Villa Gemini nullus sine assensu diocesani episcopi et vestro ecclesiam seu oratorium construere audeat, salvis privilegiis pontificum Romanorum. Cum autem in ecclesia vestra conventus regularium canonicorum, propitiante domino, fuerit institutus, vobis secundum beati Augustini regulam personam idoneam de collegio vestro aut de alio loco religioso, si ibi inventa non fuerit, eligendi in

a) ego *auf Rasur* b) *hinter* C *Raum von 0,03, nur durch zwei Punkte ausgefüllt, offenbar freigelassen für den Namen* c) *es steht nur* p d) littaerarum. — .1) *Vergl. die Urkunde vom 12 September 1170.* 2) *Urkunde vom 12 September 1170.*

Digitized by Google

priorem, plenam indulgemus auctoritate apostolica facultatem. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat, supradictam ecclesiam . . . usibus omnimodis profutura, salva sedis apostolice auctoritate et diocesani episcopi et a) Perusine ecclesie canonica iusticia et reverentia. Si qua . . . Cunctis autem . . . inveniant. Amen. — Am. — Amen. —

(R) Ego Clemens catholice ecclesie episcopus ss. (M)
— † Ego Laborans presbiter cardinalis sancte Marie transtyberim tit. Calixti ss. (1)
† Ego Albertus tit. sancte Crucis in Ierusalem presbiter cardinalis ss.
† Ego Bobo tit. sancte Anastasie presbiter cardinalis ss.
— † Ego Iac(inthus) diaconus cardinalis sancte Marie in Cosmidyn ss.
† Ego Gratianus sanctorum Cosme et Damiani diaconus cardinalis ss.
† Ego Gerardus sancti Adriani diaconus cardinalis ss.
† Ego Octavianus sanctorum Sergii et Bachi diaconus cardinalis ss.
† Ego Soffredus sancte Marie in Via lata diaconus cardinalis ss. (1)
† Ego Bernardus sancte Marie nove diaconus cardinalis ss.

Dat. Laterani, per manum Moysi, sancte Romane ecclesie subdiaconi, vicem agentis cancellarii. XV Kl. Iunii. Indictione VII. Incarnationis dominice anno MCLXXXVIIII. Pontificatus vero domni CLEMENTIS pp. III anno secundo. —

Or. im Archivio Capitolare zu Perugia.

Perg. ital., br. 0,555, lang 0,697, unten 0,03 umgeschlagen, durch 2 Löcher geht die rosa und gelbe Seidenschnur, an der das Bleisiegel hängt, Faltung der Bullen. Ringkreuz und E *der päpstlichen Unterschrift unter sich mit gleicher Dinte gemacht, Datirung vom Hauptkörperschreiber, das* M *des Moses darin mit abweichender schwarzer Dinte eingetragen. Zeugenfirmen theilweise von verschiedenen Schreibern herrührend.*

Nr. 429.

Clemens III gewährt dem Abte Joel von San Clemente di Pescara (D. Penne), bei der Messe und auf Synoden Mitra und Ring tragen zu dürfen [1]).

1189 Mai 30. Lateran.

Clemens episcopus, servus servorum dei, dilecto filio Ioeli, abbati b) sancti Clementis de Piscaria [2]), salutem et | apostolicam benedictionem. Conveniens est et honestum, ut, cum visum fuerit oportunum, quod personis et locis | a Romana ecclesia deferatur et honoris prebeatur augmentum, sedes apostolica, que diligenter id consuevit attendere ac insignia concedenda conferre libenter, pro personarum meritis et locorum honoris titulos largiatur. Eapropter, fili abbas, devotionem tuam et t[ui] monasterii diligentius attendentes, usum mitre et anuli in missa sollempnium festivitatum et conventibus sinodalibus tibi tuisque successoribus duximus perpetuo concedendum, ut tam tu, quam abbas, qui pro tempore fuerit, hiis insignibus deco|retur. — Dat. Laterani, III Kl. Iunii. Pontificatus nostri anno secundo.

Or., E VI. 182, in der Bibl. Chigiana zu Rom.

Perg. ital., br. 0,216—0,222, lang 0,167, unten c. 0,027 umgeschlagen, durch 2 Löcher ging die Schnur, welche mit dem Bleisiegel verloren, Faltung der Breven.

Nr. 430.

Clemens III nimmt die Kollegiatkirche San Trifone zu Rom in apostolischen Schutz und bestätigt ihre Besitzthümer.

1189 Juni 6. Lateran.

Clemens episcopus, servus servorum dei, dilectis filiis, Octaviano archipresbitero et fratribus ecclesie sancti Trifonis, IN PPM. — | Cum de universis ecclesiis pastoralem curam gerere teneamur, eis tamen, que ad nos et Romanam ecclesiam nullo mediante respiciunt, | tanto propensius volumus et debemus adesse, quanto nobis est specialius eorum cura commissa. Eapropter, dilecti in domino filii, vestris iustis postulationibus clementer annuimus et prefatam ecclesiam sancti Trifonis, que ad Romanam ecclesiam

---

a) *Gestreckt auf Rasur* b) *das* i *durch Korrectur hergestellt.* — .1) *Vergl. Jaffé Reg. 10305.* 2) *Pescara liegt dort wo der Fluss Pescaria ins Adriatische Meer mündet. Abruzzo Ulterio I.*

Digitized by Google

specialiter pertinere dinoscitur, in qua divino estis obsequio mancipati, ad instar felicis recordationis Iohannis pape, predecessoris nostri, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus et presentis scripti privilegio communimus. Statuentes, ut quascumque possessiones, quecumque bona eadem ecclesia in presentiarum iuste et canonice possidet aut in futurum concessione pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium seu aliis iustis modis, prestante domino, poterit adipisci, firma vobis vestrisque successoribus et illibata permaneant. In quibus hec propriis duximus exprim[enda] vocabulis: ecclesiam sancti Stephani de Pila [a]), ecclesiam sancte Marine que sita est in pertinentiis Raiani(?) cum castellaro, silvis, terris et ceteris pertinentiis suis, duas petias terre quas habetis ad criptam Rubeam, tres petias vinee in Pelaiolo, sex petias vinearum in pratis sancti Valentini cum introitibus, exitibus, utilitatibus et omnibus pertinentiis suis. Ad exemplar quoque predicti antecessoris nostri dignum reputa[mu]s, ut sancto martiri Triphoni cum summa devotione famulemur et ecclesia, que sub eius nomine omnipotenti deo est attitulata, a nobis et a nostris successoribus debitum honorem recipiat atque in indicta sibi processione vel statione nostri sacri palatii scola cantorum conveniat. Ipse enim precellentissimus martir obtulit opus suum propter deum ad diversa supplicia, ideo promeruit coronam celestis regni. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum . . . omnia integra et illibata serventur eorum, pro quorum gubernatione ac sunstentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura salva sedis apostolice auctoritate. Si qua igitur . . . Cunctis autem . . . inveniant. Amen. A-m. Amen. —

(R) Ego Clemens catholice ecclesie episcopus ss. (M)
† Ego Albinus Albanensis episcopus ss.
† Ego Bobo Portuensis et sancte Rufine episcopus ss.
† Ego Octavianus Hostiensis et Velletrensis episcopus ss. (5)
— † Ego Laborans presbiter cardinalis S. Marie transtiberim tit. Calixti ss.
† Ego Pandulfus basilice XII Apostolorum presbiter cardinalis ss.
† Ego Iordanus presbiter cardinalis sancte Pudentiane tit. Pastoris ss.
† Ego Iohannes tit. sancti Clementis cardinalis [b]) et [b]) Tuscanensis episcopus ss. (4)
— † Ego Iac(intus) [sancte] Marie in Cosmidyn diaconus cardinalis ss.
† Ego Gratianus sanctorum Cosme et Damiani diaconus cardinalis ss.
† Ego Gerardus sancti Adriani diaconus cardinalis ss. (1)
† Ego Soffredus sancte Marie in Via lata diaconus cardinalis ss.
† Ego Iohannes felix diaconus cardinalis sancti Eustachii iuxta templum Agrippe ss.
† Ego Bernardus sancte Marie nove diaconus cardinalis ss.
† Ego Gregorius sancte Marie in Aquiro diaconus cardinalis ss.

Dat. Laterani, per manum Moysi, sancte Romane ecclesie subdiaconi, vicem agentis cancellarii. VIII Idus Iunii. Indictione septima. Anno incarnationis dominice MCLXXXIX. Pontificatus vero domni CLEMENTIS pp. III anno secundo. —

Or. im Archivio di Stato zu Rom.

Perg. ital., br. 0,565, lang 0,575, unten 0,027 umgeschlagen, durch 2 Löcher ging die Schnur, welche mit dem Bleisiegel verloren, Faltung der Bullen. In der Adresse fehlt regulariter substituendis; *das* IN PPM *füllt 0,145. Ueber Ringkreuz etc. nichts Sicheres, Datirung vom Hauptkörperschreiber, das* M *von Moses darin nachgetragen.* † E *von dunklerer Dinte und mit spitzerer Feder als das Uebrige der Unterschrift Pandulfs.*

Nr. 431.

Clemens III bestätigt dem Kloster San Benedetto Po (D. Mantova) die Vereinbarung mit dem Bischofe Garsendonius von Mantua wegen Besitzthümer der Insel San Benedetto.

1189 Juni 21. Lateran.

CLEMENS episcopus, servus servorum dei, dilectis filiis .A(dalberto) abbati et conventui sancti Benedicti in Lariono, | salutem et apostolicam benedictionem. Pacta, que mediante sollicitudine et instantia legatorum apostolice sedis inter perso|nas ecclesiasticas rationabiliter intercedunt et servari convenit et, ne processu temporis sollempniter acta evacuari possint vel in litigium revocari, firmanda sunt et auctoritate apostolica roboranda. Eapropter, vestris postulationibus annuentes, contractum pactionis,

a) *Vor* P *Rasur* b) *auf Rasur.*

Digitized by Google

que inter vos et G(arsendonium), quondam Mantuanum episcopum [1]), super polisio suo et piscaria et omnibus [a]), que habuit in insula sancti Benedicti amicabiliter [b]) intercessit, sicut sine pravitate de voluntate partium celebratus est, utrimque receptus et in scripto autentico continetur et auctoritate bone memorie .I(ohannis), quondam tit. sanctorum Iohannis et Pauli [2]), et I(ldebrandi), basilice duodecim Apostolorum cardinalium [3]), apostolice sedis legatorum, extitit confirmatus, auctoritate Apostolica confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat, hanc paginam nostre confirmationis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis dei et beatorum | Petri et Pauli, apostolorum eius, se noverit incursurum. — Dat. Laterani, XI Kl. Iulii. Pontificatus nostri anno secundo.

Or. im Archivio di Stato zu Mailand.

Perg. ital., br. 0,23, lang 0,205, unten 0,02 umgeschlagen, durch zwei Löcher geht die Seidenschnur, deren Bleisiegel verloren, Faltung der Breven.

Nr. 432.

Clemens III befiehlt dem Abte von San Salvatore di Castellamare, in Zukunft keine Güter mehr dem Kloster zum Nachtheile zu entfremden.

1189 November 26. Lateran.

CLEMENS episcopus, servus servorum dei, dilecto filio, abbati sancti Salvatoris in Castello maris [4]), salutem et apostoli|cam benedictionem. Prelatis ecclesiarum in rebus ecclesiasticis disponendis summam convenit diligentiam adhibere | et eisdem imminet, cura vigili et sollicitudine precavere, ne quicquam de bonis earundem ecclesiarum in ipsarum enorme dispendium alienent. Pervenit quidem ad nos, quod quidam clerici et homines alii possessiones et alia bona tui monasterii violentia et aliis modis illicitis obtinere nituntur. Volentes igitur, eidem monasterio iuxta nostri officii debitum paterna sollicitudine providere, discretioni tue mandamus atque precipimus et auctoritate presentium inhibemus, ne de cetero in enormem iacturam tui monasterii possessiones et bona ipsius alienare presumas. Nulli ergo omnino hominum liceat, hanc paginam inhibitionis nostre infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli, apostolorum eius, | se noverit incursurum. — Dat. Laterani, VI Kl. Decembr. Pontificatus nostri anno secundo.

Or. (Pergamene sciolte), im Archivio di Stato zu Neapel.

Perg. ital., br. 0,2, lang 0,134, unten 0,021 umgeschlagen, durch 2 Löcher geht die gelbe und rosa (verblichene) Seidenschnur, deren Bleisiegel verloren, Faltung der Breven.

Nr. 433.

Clemens III beauftragt den Bischof von Albenga und die Aebte von Santa Maria del Tiglieto (D. Savona) und San Benigno di Genova, die Streitsache zwischen der Domkirche und der Kirche Santa Maria di Castello in Genova wegen der Kirche von Molo beizulegen [5]).

1189 December 9. Lateran.

Clemens episcopus, servus servorum dei, Albingano episcopo [6]) et dilectis filiis de Tilieto [7]) et sancti Benigni abbatibus, salutem et apostolicam benedictionem. Causam, que vertitur inter ecclesiam sancti Laurentii et ecclesiam sancte Marie de Castello super ecclesiam de Module, vestre duximus experientie committendam, attestationes utriusque partis, in eadem causa receptas, vobis ad cognitionem ipsius negotii pleniorem sub nostro sigillo mittentes. Quocirca discretioni vestre per apostolica scripta mandamus, quatinus, partibus in vestra presentia constitutis et attestationibus iam dictis diligenter

---

a) omnibu *auf Rasur* b) ami *auf Rasur.* — .1) *Garsendonimus, Bischof von Mantua, 1177—1184.* 2) *Johannes, Card. prbr. SS. Johannis et Pauli tit. Pamachii, 1151—1181.* 3) *Hildebrand, Card. prbr. tit. XII Apostolorum, 1157—1177.* 4) *Doch ist fraglich, ob wir es mit Castellamare bei Neapel zu thun haben, vielleicht das jetzige San Pietro a Castello.* 5) *Vergl. die Urkunde vom 12 September 1184—1185 und vom 22 April 1193.* 6) *Alnardus, Bischof von Albenga, c. 1189—c.1198.* 7) *Tiglieto, Com. di Liguria, prov. di Genova, circond. di Savona, mand. di Sassello.*

Digitized by Google

inspectis, causam ipsam, appellatione remota, fine debito terminetis. Sciatis autem, quod canonicis ipsius ecclesie sancte Marie de Castello dedimus in mandatis [1]), quod usque ad festum purificationis beate Marie virginis proximo venturum prepositum habeant vel ad iam dicte cause prosecutionem procuratorem idoneum constituere non omittant. Quod si facere forte noluerint, vos nihilominus, deum habentes pre oculis, in negotio procedatis, nullis litteris veritati et iustitie preiudicantibus, si que apparuerint, a sede apostolica impetratis. Quod, si omnes his exequendis nequiveritis interesse, duo vestrum ea nihilominus exsequantur. — Dat. Laterani, v Id. Decembr. Pontificatus nostri anno secundo.

Abschrift der Miscellanea di Stor. Ligur. V p. 318, in der Bibl. Civica zu Genua.

Nr. 434.

Clemens III beauftragt den Kanzler von Mailand, gegen Geistliche und Laien von Saronno (D. Milano) vorzugehen, welche dem Kloster Cielo d'Oro di Pavia an Mönchen und Besitzthümern Gewalt zugefügt haben.

1190 März 14. Lateran.

Clemens episcopus, servus servorum dei, venerabili fratri archiepiscopo [2]) et dilecto filio, cancellario [3]) Mediolanensi, salutem et apostolicam benedictionem. Dilectis filiis, abbate ac fratribus sancti Petri in Celo aureo, conquerentibus intelleximus, quod clerici et laici Sarbole [4]), duos ex eorum fratribus invadentes ipsos acriter verberantes, tria etiam instrumenta cum vestimentis et tribus equitaturis ipsis presumpserunt auferre, et ecclesiam, que ad predictum monasterium pertinet, non formidant illicite detinere. Quia igitur tante presumpcionis excessus relinquendus non est aliquatenus impunitus, discretioni vestre per apostolica scripta mandamus, quatinus, si de predictis vobis constiterit illos, qui in iam dictos fratres manus temerarias iniecerunt, tam diu, appellatione remota, vinculo nuntietis anathematis subiacere, donec passis iniuriam congrue de dampnis datis et illatis iniuriis satisfaciant et cum vestrarum testimonio litterarum ad sedem apostolicam veniant absolvendi. Causam vero super iam dicta capella, convocatis partibus, audientes eam, sublato appellationis obstaculo, fine debito terminetis. — Dat. Laterani, II Idus Marcii. Pontificatus nostri anno tercio.

Beglaubigte Abschrift des 14 Jahrh., im Archivio di Stato zu Mailand.

Nr. 435.

Clemens III bestätigt dem Hospiz San Bernardo di Montegiove einen Wald, welcher demselbem vom Grafen von Maurienne geschenkt ist [5]).

1190 März 15. Lateran.

Clemens episcopus, servus servorum dei, dilecto filio, preposito domus de Monteiovis [6]), salutem et apostolicam benedictionem. Que dei ecclesiis a fidelibus pia concessione donantur, ut in conferentium salutem proficiant et ecclesie ex bonis collatis fructum utilitatis capiant et, que provide acta sunt, processu temporis irritari non possint, sed perpetua gaudeant firmitate, decet donationes huiusmodi auctoritate apostolica roborari. Cum autem nobilis vir comes Maurianensis [7]) de consensu et auctoritate nobilis viri B(onifacii), marchionis Montisferrati, tutoris sui, et B(eatricis), matris sue, nemus de Ferraz pro remedio anime patris sui domui Montisiovis contulerit, nos idem nemus, sicut rationabiliter donatum est, tibi et predicte ecclesie tue et iuste et pacifice possidere, auctoritate apostolica confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat, hanc paginam nostre confirmationis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli, apostolorum eius, se noverit incursurum. — Datum Laterani, Idus Martii. Pontificatus nostri anno tertio.

Or. (?), im Archivio des Mauriziano zu Turin.

1) *Nicht erhalten.* 2) *Milo de Cardano, Erzbischof von Mailand, 1187—1195.* 3) *Damals war Roland Kanzler.* 4) *Saronne, Mandam. di Lombardia, prov. di Milano, circond. Gallarate.* 5) *Die Abschrift dieser Urkunde verdanke ich Herrn Cav. F. Moris in Turin.* 6) *Oben auf dem St. Bernhard, auf der Grenze der Sprengel von Sitten und Aosta.* 7) *Damals: Thomas, Graf von Maurienne (Moriano), bis 1233.*

Digitized by Google

Nr. 436.

Clemens III bestätigt dem Presbyter Benedikt von San Donnino eine wörtlich aufgenommene Abmachung mit dem Domkapitel von Lucca wegen des Kirchenbesuches von Pfarrangehörigen des Kapitels in San Donnino.

1190 April 10. Lateran.

CLEMENS episcopus, servus servorum dei, dilecto filio B(enedicto) presbitero, rectori ecclesie sancti Domnini [1]), salutem et apostolicam benedictionem. Quotiens a sede apostolica postulatur, quod ecclesiarum pa|cem respiciat, et profectum libenter annuimus postulatis et vota, que a rationis tramite non discordant, effectu prosequente, complemus. Eapropter, tuis | iustis postulationibus annuentes, donationem et concessionem, ab archipresbitero sancti Martini Lucensis cum assensu capituli sui factam rationabiliter de quibusdam domibus, que erant in parrochia sancti Martini, scilicet, ut liceat de cetero habitatoribus illarum domorum ire ad ecclesiam sancti Domnini ad audienda divina officia, sicut ecclesia sancti Domnini iuste et sine controversia possidet et in instrumento publico continetur, eidem ecclesie auctoritate apostolica confirmamus. Ad firmitatem vero maiorem ipsius instrumenti tenorem de verbo ad verbum iussimus inserendum: In Christi nomine. Amen. Guido, in dei nomine Lucensis ecclesie archipresbiter, cum consilio et accordamento Damiani, presbiteri et primicerii, et Rolandi, diaconi et cantoris, et Mathei, presbiteri et camerarii, et Giaffarii et Tolomei Caroni et Alberti presbiterorum et Romei diaconi et magistri Hermanni et Bolgarini, omnium decem canonicorum supra dicte ecclesie et confratrum eius pro universo capitulo ecclesie eiusdem, intuitu pietatis et misericordie et [in]tuitu ecclesie sanctorum Domnini et Sigismundi et gratia presbiteri Benedicti, capellani ipsius capelle, et Bacarelli, patris sui, dedit, tradidit, concessit atque largitus est predicte ecclesie sancti Domnini et supradicto presbitero B(enedicto), recipienti pro iam dicta capella, ut omnes habitantes et habitaturi in perpetuum in domibus Henrici, Guarminelle, Rolandi, quondam Bulsi, Guidonis, quondam Gallighe, Bernardi, eiusdem Gallighe et Tachi, et in qua Guillelmus notarius habitat, et Anfassi Henrici, quondam Moretti, et sui successores, habitantes in eisdem domibus, habeant de cetero in perpetuum licentiam eundi ad divina officia audienda in prefata ecclesia sancti Domnini, et habeant vicini illi ius et potestatem et licentiam conferendi honorem et oblationes predicte capelle sancti Domnini, tanquam ad suam capellam, et eos presentes et futuros vicinos et capellanos constituo, facio et assigno in omnibus, excepta sepultura maiorum, de quibus tintinnabulum secundum antiquam et diu detentam consuetudinem pulsabitur, dando supradicto presbitero B(enedicto) et suis successoribus et supradicte capelle in perpetuum liberam licentiam et potestatem eos habendi vel quasi possidendi vel quasi et convocandi. Hec acta fuerunt Luce, in supradicta canonica, in presentia Benedicti custodis campanilis, et Aliotti quondam [a]). Anno dominice nativitatis millesimo CLXXXVIII. IX Kal. Octobris. Indictione septima [2]). Ego W., notarius domni imperatoris, supradictis interfui et ex iussione supradicti Guidonis archipresbiteri hec in publicam scripturam redegi. Nulli ergo omnino hominum liceat, hanc paginam nostre confirmationis infringere vel ei temerario ausu contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis dei | et beatorum Petri et Pauli, apostolorum eius, se noverit incursurum. — Dat. Laterani, IIII Id. Aprelis. Pontificatus nostri anno tertio.

Or. (BB. 36) und Abschrift des Bullarium p. 62, im Archivio Capitolare zu Lucca; Abschrift, G. VIII, 243 p. 184, in der Bibl. Chigiana zu Rom.

Or., Perg. ital., br. 0,295, lang 0,242, unten 0,018 umgeschlagen, durch zwei Löcher ging die Schnur, welche mit dem Bleisiegel verloren, Faltung der Breven.

Nr. 437.

Clemens III schreibt dem Abte von San Pietro di Lodi und dem Propste von Sant' Alessandro di Bergamo, den Schiedsspruch des Bischofs von Mailand in dem Streite zwischen Abt und Propst von Sant' Abrogio di Milano zu untersuchen [3]).

1190 Juni 4. Lateran.

Clemens episcopus, servus servorum dei, dilectis filiis . . abbati sancti Petri Laudensis et .pre|posito sancti Alexandri Bergamensis, salutem et apostolicam bene-

a) *Ob ein Name ausgefallen?* — .1) *Wohl San Donnino, Frazione del com. di Piazza al Serchio, prov. di Massa e Carrara.* 2) *September 23; nach der Indiktion 1189.* 3) *Vergl. die Urkunde vom August 1144. Jaffé, Reg. 8296; Or. im Arch. di S. Ambrogio. Urkunde vom 27 Mai 1191; Or. in S. Ambrogio.*

Digitized by Google

dictionem. Inter dilectos filios . . abbatem et | prepositum sancti Ambrosii causam super diversis capitulis accepimus emersisse, quam venerabilis frater noster . . Mediolanensis archiepiscopus [1]), ut asseritur, terminavit, a cuius sententia pars prepositi sedem apostolicam appellasse proponitur, similiter abbas super uno capitulo vocem appellationis dicitur emisisse. Quocirca de consensu eorum, qui verbum pro partibus faciebant, discretioni vestre per apostolica scripta mandamus, quatinus, [conv]ocatis partibus, si vobis constiterit, predictam sententiam recte latam nec legitima appellatione suspensam, eam, nostra freti auctoritate, faciatis ratam habere. Alioquin, eadem sententia vocata, de totius veritate negotii diligentius inquiratis et causam ipsam, appellatione remota, fine canonico decidatis. Nullis litteris istis preiudicium facientibus, si que apparuerint absque utriusque partis assensu, a sede apostolica impetrate. — Dat. Laterani II Non. | Iunii. Pontificatus nostri anno tertio.

Or. im Archivio Capitolare di Sant' Ambrogio zu Mailand.

Perg. ital., br. 0,174, lang 0,157, unten 0,018 umgeschlagen, durch zwei Löcher geht die Hanfschnur, woran das Bleisiegel hängt, Faltung der Breven.

Nr. 438.

Clemens III beurkundet dem Kloster San Benedetto Po (D. Mantova), dass er einen Streit zwischen diesem und dem Kloster Nonantola (D. Modena) wegen des Hofes San Cesare zu Gunsten von San Benedetto entschieden habe.

1190 December 7. Lateran.

CLEMENS episcopus, servus servorum dei, dilectis filiis, Alberto abbati et fratribus monasterii sancti Benedicti super Padum, salutem et apostolicam benedictionem. Diffinitiones causarum et iurgiorum disceptationes, que | in Romana ecclesia terminantur, litteris sunt memorialibus commendande, ne quorumlibet astutia vel malicia in recidive contentionis scrupulum valeant in posterum devenire. | Sane, cum olim a Nonantulana ecclesia super ecclesia et curte sancti Cesarii contra vos et monasterium vestrum in auditorio nostro fuisset querela deposita et tam super proprietate, quam possessione controversia intentata, vos dilectos filios nostros, Iohannem et Iacobum, cum testimonio litterarum vestrarum et ecclesia Nonantulana quemdam monachum suum, Philippum priorem claustralem, suffultum testimonio competenti, ad sedem apostolicam litigaturos super iam dictis questionibus transmisistis. Cum autem in nostra essent presentia constituti, nos, auditis et cognitis diligenter utriusque partis rationibus et, ad donationem bone memorie comitisse Matildis vobis factam [a]) nec non et ad privilegia felicis recordationis INNOCENTII, EUGENII, ADRIANI, ALEXANDRI et LUCII, predecessorum nostrorum, vobis indulta, que ius ecclesie vestre lucidius testabantur, specialiter respectum habentes, cum [b]) diffinitivam intenderemus [c]) proferre sententiam, prescriptus Nonantulanus monachus, qui cum magistro archipresbiterino ad agendum et respondendum fuerat destinatus, constanter asseruit, ecclesiam Nonantulanam quedam privilegia obtinere, que vestris super hoc privilegiis obviabant. Nos igitur ad illorum subterfugium convincendum pro eo, quod illa privilegia se ad p[re]sens habere non posse dicebant, vobis et illis festum omnium sanctorum proxime preteritum certum terminum peremptor(i)um, utraque parte consentiente, duximus prefigendum, in quo ipsi cum illis privilegiis nostro se deberent conspectui [d]) presentare; alioquin Nonantulanis ad pretaxatum terminum minime venientibus aut, si accedentes privilegia, que predixerant, non afferrent, pro certo ad calculum diffinitive sententie procedere curaremus. Et si idem Nonantulani monachi ad presentiam vestram in termino pretaxato venirent et privilegia illa, que fatebantur habere, nequaquam offerrent illosque id dixisse frustratorie dilationis causa pateret, nos ipsos in expensas, quas faceretis ad nos veniendo, curaremus, auctore domino condempnare et ad sententie calculum nichilominus festinare. Pretaxato itaque termino, cum prenominatus Iohannes, in priorem vestre domus promotus, cum quodam alio monacho vestro Hugone ad nostram presentiam rediisset et dicti Nonantulani quendam clericum destinassent, dilationes dumtaxat frustratorias petiturum, nos et fratres nostri eroundem adversariorum [e]) vestrorum calumpniam et plenitudinem vestre iusticie liquide

---

a) facte b) cum *auf Rasur* c) emus *auf Rasur* d) conspec *auf Rasur* e) adversatorum.

1) *Wilhelm II, Erzbischof von Mailand, 1168—1191.*

Digitized by Google

cognoscentes et illorum contumatiam pro presentia reputantes, super iam dicta ecclesia et curte sancti Cesarii de communi consilio vos et ecclesiam vestram ab impeticione illorum absolvimus et tam super proprietate, quam possessione ipsis et ecclesie Nonantulane perpetuum duximus silentium imponendum. Ut igitur huius nostre diffinitionis sententia perpetuis temporibus maneat inconvulsa, eam auctoritate apostolica confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat, hanc nostre paginam diffinicionis | infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli, apostolorum eius, se noverit incursurum.

(R) Ego Clemens catholice ecclesie episcopus ss. (M)
† Ego Albinus Albanensis(?) episcopus ss.
† Ego Octavianus Hostiensis et Velletrensis episcopus ss.
† Ego Iohannes Prenestinus episcopus ss.
† Ego Petrus Portuensis et sancte Rufine episcopus ss. (II)
— † Ego Pandulfus basilice XII Apostolorum presbiter cardinalis ss.
† Ego Petrus tit. sancte Cecilie presbiter cardinalis ss.
† Ego Petrus presbiter cardinalis sancti Petri ad vincula tit. Eudoxie ss.
† Ego Iord(anus) sancte Pudentiane tit. Pastoris presbiter cardinalis ss.
† Ego Iohannes tit. sancti Clementis cardinalis Tuscanensis episcopus ss.
† Ego Iohannes felix tit. sancte Susanne presbiter cardinalis ss.
† Ego Rufinus tit. sancte Praxedis cardinalis Ariminensis episcopus ss. (8)
— † Ego Iacintus sancte Marie in Cosmidyn diaconus cardinalis ss.
† Ego Gratianus sanctorum Cosme et Damiani diaconus cardinalis ss.
† Ego Soffredus sancte Marie in Via lata diaconus cardinalis ss.
† Ego Gregorius sancte Marie in Porticu diaconus cardinalis ss.
† Ego Iohannes sancti Theodori diaconus cardinalis ss.
† Ego Bernardus sancte Marie Nove diaconus cardinalis ss.
† Ego Romanus diaconus cardinalis sancte Romane ecclesie ss.
† Ego Guido diaconus cardinalis sancte Romane ecclesie ss. (I)
† Ego Iohannes sancte Romane ecclesie diaconus cardinalis ss.
† Ego Gregorius [a]) sancti [a]) Georgii ad Velum aureum diaconus cardinalis ss.
† Ego Lotarius sanctorum Sergii et Bachi diaconus cardinalis ss. (I)
† Ego Nicolaus diaconus cardinalis sancte Romane ecclesie ss.
† Ego Gregorius sancti Angeli diaconus cardinalis ss.

Dat. Laterani, per manum Moysi, sancte Romane ecclesie subdiaconi, vicem agentis cancellarii. VII Idus Decembr. Indictione VIIII. Incarnationis dominice anno MCXC. Pontificatus vero domni Clementis pape III anno tertio. —

Or. (Prunk-Mittelbulle), im Archivio di Stato zu Mailand, Abschrift des Registro Nr. 2124 p. 21, im Arch. di Stato zu Modena.

Perg. ital., br. 0,545, lang 0,725, unten 0,032 umgeschlagen, durch zwei Löcher ging die Schnur, welche mit dem Bleisiegel verloren, Faltung der Bullen. In der ersten Zeile ist nur Clemens *mit verlängerten Buchstaben ausgeführt, das* C *verziert, das Uebrige in gewöhnlicher Bullenschrift mit gestreckten Oberlängen, Majuskeln sind nirgends betont. Das letzte Wort des Hauptkörpers schliesst die Zeile ab. Die Unterfertigungen entsprechen ganz denen der Prunkbullen. Das* † E *des Presbyters Johannes tit. S. Clementis von dunklerer Dinte, als die übrige Firma. Die Zeugen rühren grossen Theils von gleicher Hand her.*

Nr. 439.

Clemens III bestätigt dem Domkapitel von Rimini seine Besitzthümer [1]). (1187—1191.)

Clemens episcopus, servus servorum dei, dilectis filiis . . . archidiacono ecclesie sancte Columbe Ariminensis eiusque fratribus, tam presentibus quam futuris, canonice substituendis, IN PPM. — Quotiens a nobis [2]) . . . mancipati ad exemplar felicis recordationis ALEXANDRI et LUCII, Romanorum pontificum, predecessorum nostrorum [2]) . . . .

Kopialurkunde, ziemlich gleichzeitig, im Archivio Capitolare zu Rimini.

---

a) *Auf Rasur.* — 1) *Die Angaben verdanke ich Herrn Can. Gaetano Niccolini zu Rimini. — Citirt Tonini, Storia di Rimini II p. 417.* 2) *Text entsprechend dem der Urkunde Lucius III vom 23 December 1183.*

Digitized by Google

Nr. 440.

Clemens III bestätigt dem Kloster Santo Stefano di Genova den Besitz der Kirche San Giuliano di Navoli und verbietet, dass jemand das Kloster mit unbilligen Forderungen belaste [1]).

1191 Februar 13. Lateran.

CLEMENS episcopus, servus servorum dei, dilectis filiis, Guid(oni) abbati et fratribus monasterii sancti Stephani, | salutem et apostolicam benedictionem. Iustis petentium desideriis dignum est nos facilem prebere consensum | et vota, que a rationis tramite non discordant, effectu prosequente complere. Eapropter, dilecti in domino filii, vestris iustis postulationibus grato concurrentes assensu, ecclesiam sancti Iuliani, sitam in territorio Naboli [2]), cum omnibus pertinentiis suis, a venerabili fratre nostro .. Saonensi episcopo, pia vobis de[liberati]one concessam et scripto ipsius autentico rob[oratam,] sicut eam iuste et canonice possidetis, vobis [et] per vos ipsi monasterio auctoritate [apostolica confirm]amus et presentis scripti patrocinio communi[mus]. Ad hec universis ecclesiasticis secularibusve personis artius inhibemus, ne seculares vel ecclesiasticas [a]) exactiones illicite [b]) et contra consuetudinem, hactenus observatam, a vobis vel successoribus vestris exigere vel in posterum extorquere presumant. Nulli ergo omnino hominum liceat, hanc paginam nostre confirmationis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omni|potentis dei et beatorum Petri et Pauli, apostolorum eius, se noverit incursurum. — Dat. Laterani, | Idus Febr. Pontificatus nostri anno quarto. —

Or. (S. Stefano), im Archivio di Stato zu Genua.

Perg. ital., br. 0,23, lang 0,21, unten 0,018 umgeschlagen, durch zwei Löcher geht die rosa und gelbe Seidenschnur, deren Bleisiegel verloren, Faltung der Breven.

Nr. 441.

Cölestin III beauftragt die Bischöfe von Siena, Florenz und Fiesole, dafür zu sorgen, dass die Mönche und Konversen von Passignano (D. Firenze) ihrem Abte gehorchen und die sich angemassten Hospitäler und Gerechtsame demselben zurückerstatten.

1191 Mai 6. S. Peter von Rom.

Celestinus episcopus, servus servorum dei, venerabilibus fratribus .. Senensi [3]).. Florentino [4]) et Fesu|lano [5]) episcopis, salutem et apostolicam benedictionem. Proposuit nobis dilectus filius noster Gregorius, abbas de | Passignano, quod quidem conversi sui, habitu conversionis reiecto, in diocesibus vestris impune morantur et alii monachi pariter et conversi quedam hospitalia et obedientias suas contra voluntatem eius presumunt per violentiam detinere. Quoniam igitur hoc contrarium religioni fore minime dubitatur, fraternitati vestre per apostolica scripta precipiendo mandamus, quatinus predictos monachos et conversos tamdiu nuntietis excommunicationis vinculo subiacere, donec ad mandatum et obedientiam ipsius abbatis humiliter revertantur et hospitalia predicta et obedientias in | manu ipsius abbatis curaverint resignare. — Dat. Rome [c]) apud | sanctum Petrum, II Non. Maii. Pontificatus nostri anno [primo] [d]).

Or. (Badia di Passignano 6 Mag. 1194), im Archivio di Stato zu Florenz.

Perg. ital., br. 0,171, lang 0,123, unten 0,016 umgeschlagen, Plumbirung mit einem Stück des Pergamentes (unten rechts) weggerissen, Faltung der Breven.

Nr. 442.

Cölestin III bestätigt dem Abte Boemund von San Bartolomeo di Carpineto (D. Penne) die Besitzthümer und Gerechtsame seines Klosters, welches er in apostolischen Schutz nimmt.

1191 August 29. S. Peter von Rom.

Celestinus episcopus, servus servorum dei, dilecto filio Boamundo, abbati monasterii sancti Bartholomei, quod in Pennensi territorio situm est, eiusque successoribus

---

a) ec *auf Rasur* b) *auf Rasur* c) *vor* Rome *Rasur eines anderen Wortes* d) *die Zahl weggerissen, doch sieht man noch ein Stück der Oberlänge des ersten Buchstabens, welches nur einem* P *oder* Q *angehört haben kann, mit der Ortsangabe zusammengehalten ergiebt sich* Primo. — 1) *Vergl. die Urkunde vom 4 Febr. 1194.* 2) *Vergl. auch Hist. Patr. Mon. Chartae II p. 231.* 3) *Bonus, Bischof von Siena, 1189—1215.* 4) *Paganus, Bischof von Florenz, 1187—1190.* 5) *Lanfrank, Bischof von Fiesole, 1179—c.1193.*

Digitized by Google

regulariter substituendis, IN PPM. — | Monet nos apostolice sedis, cui, licet inmeriti, presidemus, auctoritas, pro statu omnium ecclesiarum provida circumspectione satagere et, ne malignorum rapinis vel molestiis exponantur, apostolicum | ipsis patrocinium exhibere. Eapropter, dilecte in domino fili abbas, tuis iustis postulationibus prebentes assensum et felicis memorie predecessorum nostrorum INNOCENTII [1]), LUCII [2]) et URBANI [3]), Romanorum pontificum, vestigiis inherentes, monasterium beati Bartholomei, quod specialiter beati Petri iuris existit, cui auctore domino preesse dinosceris, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus et contra pravorum hominum nequitias apostolici privilegii robore communimus. Preterea, quascumque possessiones, quecumque bona idem monasterium in presentiarum iuste et canonice possidet aut in futurum concessione pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium seu aliis iustis modis, prestante domino, poterit adipisci, firma vobis vestrisque successoribus et illibata permaneant. In quibus hec propriis duximus exprimenda vocabulis: locum ipsum, in quo prefatum monasterium situm est, cum omnibus pertinentiis suis, castellum videlicet Carpenetum, Somatum, castellum Fara cum pertinentiis suis, ecclesiam quoque sancti Vitalis cum pertinentiis suis, ecclesiam sancti Michahelis, ecclesiam sancti Iohannis, ecclesiam [s]ancte Marie, ecclesiam sancti Peregrini, ecclesiam sancti Nicolai de Viculo, ecclesiam sancte Marie in Soreno, ecclesias sancte Marie et sancti Felicis in Cativuano cum pertinentiis suis, ecclesiam sancti Iohannis, ecclesiam sancti Iacobi, ecclesiam sancti Christofori, ecclesiam sancte Marie in Genestrula, ecclesiam sancti Nicolai et sancte Iuste de Ocretano, ecclesiam sancte Marie de Brutulo, ecclesiam sancti Laurentii de Fabrica, ecclesiam sancti I[ohanni]s in Balneo, ecclesiam sancti Laurentii de Unicano, ecclesiam sancte Marie in Plano, ecclesiam sancte Marie in Cellulis cum pertinentiis earum, ecclesiam sancte Marie de Valezo et Valezum, ecclesiam sancte [C]ecilie, ecclesiam sancte Iuste de Fellonaco et Fellonacum cum pertinentiis suis. Crisma vero, oleum sanctum, consecrationes altarium seu basilicarum, ordinationes clericorum, qui ad sacros ordines fuerint promovendi, a diocesano suscipietis episcopo, siquidem catholicus fuerit et gratiam atque communionem apostolice sedis habuerit, et ea gratis et absque pravitate vel exactione aliqua vobis [v]oluerit exhibere. Alioquin [a]) liceat vobis, quem [a]) malueritis, adire antistitem, qui, nostra fultus auctoritate, quod postulatur, indulgeat. Liceat quoque vobis, clericos vel laicos, lib[eros] et absolutos, e seculo fugientes, ad conversionem vestram recipere et eos absque contradictione aliqua retinere. Sepulturam quoque ipsius loci liberam esse decernimus, ut eorum devotioni et extreme voluntati, qui se illic sepeliri deliberaverint, nisi forte excommunicati sint vel interdicti, nullus obsistat, salva tamen iustitia illarum ecclesiarum, a quibus mortuorum corpora assumuntur. Obeunte vero te, nunc eiusdem loci abbate vel tuorum quolibet successorum, nullus ibi qualibet subreptionis astutia seu violentia preponatur, nisi quem fratres communi consensu vel fratrum maior pars consilii sanioris, secundum dei timorem et beati Benedicti regulam providerint eligendum, a Romano semper, tamquam ad ipsum specialiter pertinentem , pontifice benedicendum. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat, prefatum monasterium . . . usibus omnimodis profutura, salva sedis apostolice auctoritate. Si qua igitur . . . Cunctis autem . . . inveniant. Amen. A-m. Amen. —

(R) Ego Celestinus catholice ecclesie episcopus ss. (M)
† Ego Albericus Albanensis episcopus ss. (1)
† Ego Iohannes Prenestinus episcopus ss.
† Ego Petrus [Por]tuensis et sancte Rufine episcopus ss. (3)
— † Ego Iohannes felix presbiter cardinalis tit. sancte Susanne ss.
† Ego Romanus tit. sancte Anastasie presbiter cardinalis ss.
† Ego Guido presbiter cardinalis sancte Marie transtiberim tit. Calixti ss.
† Ego Hugo presbiter cardinalis sancti Mart(ini) tit. Equitii ss.
† Ego Cinthius tit. sancti Laurentii in Lucina presbiter cardinalis ss. (1)
— † Ego Gerardus sancti Adriani diaconus cardinalis ss.
† Ego Gregorius sancte Marie in Porticu diaconus cardinalis ss.
† Ego Gregorius sancte Marie in Aquiro diaconus cardinalis ss.
† Ego GG.(Gregorius) sancti Georgii ad Velum aureum diaconus cardinalis ss.
† Ego Lotarius sanctorum Sergii et Bachi diaconus cardinalis ss.

---

a) *Von* Alioquin *bis* quem *gestreckt auf Rasur.* — .1) *Urkunde vom 25 März 1138.* 2) *Nicht erhalten.* 3) *Urkunde vom 19 Januar 1187.*

Digitized by Google

† Ego Nicolaus sancte Marie in Cosmydyn diaconus cardinalis ss.
† Ego Gregorius sancti Angeli diaconus cardinalis ss.

Dat. Rome, apud sanctum Petrum, per manum Egidii, sancti Nicolai in carcere Tulliano diaconi cardinalis. IIII Kl. Septembr. Indictione IXna. Incarnationis dominice anno MCXCI. Pontificatus vero domni CELESTINI pp. tertii anno primo. —

Or., E VI. 187, in der Bibl. Chigiana zu Rom.

Perg. ital., br. 0,485, lang 0,515, unten das Umgeschlagene mit der Plumbirung abgeschnitten und verloren, Faltung der Bullen. Ringkreuz und E *der Unterschrift wohl von etwas anderer Dinte als das Uebrige; die Datirung vom Hauptkörperschreiber, das* E *des Egidius darin nachgetragen. Die Zeugenfirmen von verschiedener Hand und Dinte, die des Diakonen Gregors tit. S. Marie in Porticu in grauer Dinte ausgeführt, das Kreuz davor in brauner.*

Nr. 443.

Cölestin III beauftragt die Bischöfe von Segni, Anagni und Ferentino, gegen diejenigen ihrer Pfarrangehörigen, welche das Kloster San Pietro di Villamagna (D. Anagni) bedrücken, mit Kirchenstrafen vorzugehen.

1191 October 25. S. Peter von Rom.

Celestinus episcopus, servus servorum dei, venerabilibus fratribus, P(etro) Signinensi, I(ohanni) Anagninensi et B(ernardo) Ferentinatensi episcopis, salutem et apostolicam benedictionem. Cum specialiter simus universis ecclesiis debitores, illarum quieti precipuam debemus curam impendere, que ad Romanam ecclesiam nullo mediante pertinent et sunt exposite violentiis malignorum. Inde est utique, quod, cum dilecti filii nostri, I(ohannes) abbas et fratres sancti Petri de Villamagna, parrochianorum vestrorum et aliorum etiam oppressionibus sepius indebite fatigentur, nos eorum paci providere volentes, fraternitati vestre per apostolica scripta precipiendo mandamus, quatenus, si qui ex parrochianis vestris eorum claustrum violare, animalia illorum abducere, homines capere, villam cum eius hominibus et animalibus molestare temere attemptaverint, vos eos, nisi, postquam a predicto abbate et fratribus fueritis requisiti, infra triduum de dampnis et iniuriis satisfecerint, publice excommunicationis vinculo astringatis et faciatis, donec illis congrue satisfactum fuerit, firmiter evitari. — Dat. Rome apud sanctum Petrum, VIII Kl. Novembris. Pontificatus nostri anno primo.

Abschrift des Bullarium saec. XIV p. 116, im Archivio Capitolare zu Anagni.

Nr. 444.

Cölestin III verbietet zu Gunsten der Kirche St. Augustin of Canterbury, dass Laien gewisse Zehnten von ihr erheben.

1191 December 22. Lateran.

CELESTINUS episcopus, servus servorum dei, dilectis filiis . . abbati a) et conventui sancti Augustini | Cantuariensis, salutem et apostolicam benedictionem. Intelleximus, quod non possumus sine admiratione et animi | commotione recolere, quod quedam seculares persone decimas, que propriis usibus vestris deputate sunt, utpote decimas de duabus mansionibus de Mildetuno b) et de Fauresham et decimas terrarum dominii regis, prati et silve, sive noviter redigantur ad culturam, sive non, quas de clare memorie Willelmi, Anglorum regis, et suorum succedentium donatione et sedis apostolice confirmatione debetis habere, et alias quasdam contra divinas sa(n)ctiones patrum nostrorum et Romane ecclesie privilegia percipere non verentur. Decernimus ergo et sub interminatione anathematis inhibemus, ne seculares persone decimas supradictas aut alias ausu temerario exigere debeant vel aliquam vobis super eis molestiam aliquatenus irrogare. Nulli ergo omnino hominum liceat, hanc paginam nostre constitutionis et inhibitionis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli, | apostolorum eius, se noverit incursurum. — Dat. Laterani, XI Kl. Ianuarii. | Pontificatus nostri anno primo.

Or. im Archivio Segreto des Vaticans zu Rom.

Perg. ital., br. 0,215—0,22, lang 0,19, unten 0,021 umgeschlagen, Schnur und Bleisiegel verloren, Faltung der Breven.

---

a) *Zwischen den beiden Punkten Rasur* b) Mildetun'.

Digitized by Google

Nr. 445.

Cölestin III bestätigt dem Bischofe Theobald von Chiusi das, was er nach päpstlicher Indulgenz wegen der Kirchengebäude von Montepulciano gethan hat.

1192 Februar 19. Lateran.

CELESTINUS episcopus, servus servorum dei, venerabili fratri Theobaldo, Clusino episcopo [1]), salutem et apostolicam benedictionem. Cum a nobis petitur, quod iustum est et honestum, tam vigor equitatis, quam | ordo exigit rationis, ut id per sollicitudinem officii nostri ad debitum perducatur effectum. Eapropter, venerabilis in Christo frater episcope, tuis iustis precibus inclinati, quod egisti, secundum tenorem indulgentie nostre super fabrica ecclesie, quam in castro montis Pulciani [2]) fundasti, sicut secundum nostre tenorem indulgentie processisti, auctoritate apostolica confirmamus. Nulli ergo omnino hominum liceat, hanc p[aginam] nostre co[nfir]mationis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attempt[are] presumpserit, indignationem omnipotentis [a]) dei et beatorum Petri et Pauli, apostolorum eius, se noverit incursu rum. — Dat. Laterani, XI Kl. Martii. Pontificatus nostri anno primo. —

Or. im Archivio Capitolare zu Arezzo.

Perg. ital., br. 0,19, lang 0,138, unten 0,018 umgeschlagen, durch 2 Löcher geht die rosa und gelbe Seidenschnur, an der das Bleisiegel hängt, Faltung der Breven.

Nr. 446.

Cölestin III verleiht dem Abte von San Siro di Genova den Gebrauch von Mitra und Ring.

1192 März 18. Lateran.

CELESTINUS episcopus, servus servorum dei, dilecto filio Bert(oldo?), abbati sancti Siri Ianuensis, salutem et apostolicam benedictionem. | Ea, que ad ecclesiarum decus spectare cognoscimus, et honorem circa personas et ecclesias, bene de nobis me|ritas, tanto libentius promovemus, quanto in ecclesie Romane noscuntur devotione ferventiores existere, ut, qui se devotiores exhibent, specialis prerogative munere gratulentur. Eapropter, dilecte in domino fili, devotionem, quam erga nos et Romanam ecclesiam tota civitas Ianuensis et tu ipse habere dignosceris, attendentes, usum tibi mitre et anuli paterne dilectionis affectione concedimus, ut eis infra ecclesiam tuam in festis precipuis, in processionibus et missarum sollempniis et sinodalibus conventionibus ecclesie cathedralis, salva per omnia Ianuensi archiepiscopo debita subiectione et reverentia, liberam tam tu, quam successores tui deinceps utendi habeatis auctoritate apostolica facultatem. Nulli ergo omnino hominun liceat, hanc paginam nostre concessionis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli, | apostolorum eius, se noverit incursurum. — Dat. Laterani, XV Kal. Aprelis. | Pontificatus nostri anno primo.

Or. (Pergamene Vol. I p. 32), in der Bibl. dell' Università, beglaubigte Abschrift des 13 Jahrh. (S. Siro), im Archivio di Stato, Abschrift der Misc. di Stor. Lig. V p. 305, in der Bibl. Civica zu Genua.

Or., Perg. ital, br. 0,21, lang 0,212, unten 0,018, umgeschlagen, durch zwei Löcher geht die rosa und grüne Seidenschnur, deren Bleisiegel verloren, Faltung der Breven.

Nr. 447.

Cölestin III beauftragt den Propst von San Prospero di Reggio nell' Emilia und den Magister Gerard di Sessa von Parma, den Streit zwischen dem Domschulmeister und dem Domkapitel von Reggio wegen einiger Güter zu entscheiden.

1192 April 29. Lateran.

Celestinus episcopus, servus servorum dei, dilectis filiis, preposito sancti Prosperi, subdiacono nostro, et magistro .Ger(ardo) de Sesso, canonico Parmensi, salutem et apostolicam benedictionem. Inter dilectum filium .P. [3]), subdiaconum nostrum, magistrum scolarum Regine ecclesie, et concanonicos suos super quibusdam [b]) possessionibus, quas

a) s *auf Rasur* b) bus *von hellerer Dinte übergeschrieben.* — 1) *Theobald, Bischof von Chiusi, c. 1191—c.1200.* 2) *Unfern Siena.* 3) *Wohl Petrus.*

Digitized by Google

ipse magister ad magistrum scolarum pertinere proponit, causam accepimus emersisse. Volentes itaque, quod eadem causa sub vestro examine terminetur, discretioni vestre per apostolica scripta mandamus, quatinus, partibus convocatis et rationibus hinc inde plenius auditis et cognitis, causam ipsam, appellatione remota, fine canonico decidatis. Testes autem, qui fuerint nominati, si se gratia vel timore subtraxerint a ferendo testimonium(!) veritati(s) vos eos ad hoc ecclesiastica censura, appellatione remota, cogatis. — Dat. Laterani, III Kl. Madii. Pontificatus nostri anno secundo.

Ziemlich gleichzeitige Abschrift mit starker Nachbildung von Schrift und Aeusserlichkeiten der Vorlage, im Archivio Capitolare zu Reggio nell' Emilia.

Nr. 448.

Cölestin III bestätigt der Kollegiatkirche Bagnara Calabra (D. Reggio Calabra) die Beilegung ihres Streites mit dem Kloster Sant' Eufemia.

1192 Mai 6. Lateran.

Celestinus episcopus, servus servorum dei, dilectis filiis, Rainerio priori et canonicis ecclesie de Balnearia, salutem et apostolicam benedictionem. Equum est et consonum rationi, ut questiones, que concordia vel iudicio sopiuntur, ne in contentionem denuo reducantur, litterarum memorie commendentur apostolicoque patrocinio muniantur. Cum autem inter ecclesiam vestram et monasterium sancte Euphemie [1]) super silva ecclesie de Corona et terra, que dicitur Sparta, aliisque adiacentibus tenimentis controversia suborta fuisset, tandem mediantibus bone memorie Rogerio, quondam Regino archiepiscopo [2]), Willelmo Anglonensi [3]), Iohanne Maltensi [4]) et Iustano Mazariensi [5]) episcopis, qui super hoc cognitores fuerant instituti, in presentia plurium discretorum virorum diffinitiva fuit sententia terminata. Nos igitur sententiam illam, sicut rationabiliter lata est et hactenus observata et in scripto, exinde facto, plenarie continetur, ratam habentes, scripti patrocinio communimus. Nulli ergo om(nino) hom(inum) lic(eat), hanc pag(inam) nostre confir(mationis) infrin(gere) vel ei ausu tem(erario) contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnip(otentis) dei et beatorum Petri et Pauli, apostolorum eius, se noverit incursurum. — Datum Laterani, II Nonas Maii. Pontificatus nostri anno secundo.

Abschrift des Cod. Vat. 8034 fol. 41, in der Bibl. Vaticana zu Rom.

Nr. 449.

Cölestin III bestätigt dem Bischofe und Kapitel von Tortona ihre Beschlussnahme, dass die Zahl von sechzehn Kanonikern nicht überschritten werden dürfe, und ferner ihre Vereinbarung über Getreidevertheilung [6]).

1192 Mai 20. S. Peter von Rom.

Celestinus episcopus, servus servorum dei, venerabili fratri . . episcopo [7]) et dilectis filiis, canonicis Terdonensis ecclesie, salutem et apostolicam | benedictionem. Que pro ecclesiarum utilitatibus deliberatione provida statuuntur, maxime cum periculum non continent animarum, firma | volumus illibataque manere et scriptis apostolicis roborare. Sane ex parte vestra fuit in audientia nostra propositum, quod, ecclesie vestre consideratis facultatibus, statuistis et unanimiter ordinastis, ut ultra sedecim canonicorum numerus in Terdonensi ecclesia ulterius minime extendatur et persone in hoc numero comprehendantur. Addidistis preterea, ut, qui studio vacaverint litterarum medietatem integre portionis de frumento et siligine habeant, nichil amplius exacturi. Si quis autem, ad scolas [a]) pergens, integram portionem susceperit, de fructibus sequentis anni nichil percipia⟨n⟩t. Quam utique constitutionem ad exemplar felicis recordationis Alexandri [8]) et Clementis [9]), predecessorum nostrorum, ratam habentes, auctoritate apostolica confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino

---

a) s *auf Rasur von anderer Dinte.* — 1) *S. Eufemia. Frazione del com. di Gizzeria, prov. di Calabria Ult. II. Jetzt wegen seiner Mineralbäder besucht.* 2) *Roger II, Erzbischof von Reggio, c. 1146—c. 1169.* 3) *Anglona.* 4) *Malta.* 5) *Mazzara.* 6) *Vergl. die Urkunde vom 4 November 1184—1185.* 7) *Wohl Hugo, vergl. die eben citirte Urkunde.* 8) *Urkunde vom 4 Juni 1177.* 9) *Ist, wie es scheint, nicht erhalten.*

Digitized by Google

hominum liceat, hanc paginam nostre confirmationis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis dei et beatorum | Petri et Pauli, apostolorum eius, se noverit incursurum. — Dat. Rome apud sanctum Petrum, | XIII Kl. Iunii. Pontificatus nostri anno secundo.

Or. und Abschrift des 13. Jahrh., im Archivio Capitolare zu Tortona.

Perg. ital., br. 0,242, lang 0,183, unten 0,026 umgeschlagen, durch zwei Löcher geht die rosa Seidenschnur, deren Bleisiegel verloren, Faltung der Breven. — Die Kopie liest fälschlich VIII Kl. Iun.

Nr. 450.

Cölestin III beauftragt den Bischof von Vercelli und den Prior von Mortara, die Unordnungen im Kloster Santa Maria Teodota di Pavia zu untersuchen und dessen Aebtissin zu bestätigen oder abzusetzen [1]).

1192 Juni 4. S. Peter von Rom.

Celestinus episcopus, servus servorum dei, venerabili fratri, Vercellensi episcopo [2]), et dilecto filio, priori Mortariensi [3]), salutem et apostolicam benedictionem. Cum nuncius abbatisse sancte Marie Theodotis nuper ad sedem apostolicam accessisset et ipsius abbatisse confirmacionem a nobis humiliter postulasset, ostendens, eandem abbatissam per bone memorie Urbanum et Lucium, Romanos pontifices, suis litteris confirmatam, quia .M. nuncius eiusdem monasterii monialium plura in eandem abbatissam proposuit, dilectos filios nostros .I(ohannem), tit. sancti Clementis presbiterum [4]), et .G(regorium), sancte Marie in Aquiro diaconum [5]), cardinales, dedimus auditores. Coram quibus, cum diucius litigasset, tandem de fratrum nostrorum consilio confirmacionem illius duximus differendam, volentes negocium per vos studiosius discuti et rei veritatem diligencius indagari. Eapropter discrecioni vestre, de quorum probitate confidimus, per apostolica scripta mandamus, quatenus [accedatis?] ad locum, quicquid in abbatissam vel sorores videritis corrigendum, omni dilacione et appellacione remota, regulariter corrigatis et eandem abbatissam, si videritis removendam, removeatis, et si eam confirmandam noveritis, auctoritate nostra sine appellationis obstaculo confirmetis, nullis litteris obstantibus, si que apparuerint, harum mencione non habita, a sede apostolica impetrate. Testes autem, quos eedem moniales in sue assercionis testimonium invocaverint, ad perhibendum testimonium veritati, moneatis actenus(?) . . . . ducatis et, si (per) gratiam vel timorem se subtraxerint, eos, appellatione remota, ecclesiastica districtione cogatis. — Dat. Rome apud sanctum Petrum, II Non. Iunii. Pontificatus nostri anno secundo.

Beglaubigte Abschrift des 14 Jahrh., im Archivio di Stato zu Mailand.

Nr. 451.

Cölestin III beauftragt den Bischof und Abt von San Lorenzo di Cremona, dass der Abt von Valle di Tolla (D. Piacenza) die zu Castelletto di Vernasca (D. Piacenza) innerhalb der Parrochialgrenze von Castel Acquato (D. Piacenza) erbaute Kirche letzterem unterstelle oder Genugthuung leiste.

1192 Juli 4. Lateran.

Celestinus episcopus, servus servorum dei, venerabili fratri episcopo et dilecto filio abbati sancti Lau|rentii Cremonensis, salutem et apostolicam benedictionem. Pervenit ad nos ex conquestione archipresbiteri et cle|ricorum plebis de castro Aquato, quod abbas de Tolla sine illorum licentia et assensu infra terminos sui plebatus ecclesiam Castalleti auctoritate propria nuper erexit. Inde est, quod discretioni vestre per [apo-sto]lica scripta mandamus, quatinus abbatem predictum, ut eandem ecclesie . . . . . nunquam propriam cappellam illis concedat(?) vel statuat censualem vel coram vobis super ea iustitiam ipsis plenam exhibeat, auctoritate nostra freti, sine appellationis | diffugio per censuram ecclesiasticam compellatis. — Dat. Laterani, IIII Non Iulii. | Pontificatus nostri anno secundo.

Or. im Archivio della Chiesa parrochiale di Castel Acquato (unweit Piacenza).

Perg. ital., br. 0,16 lang 0,102, unten 0,016—0,018 umgeschlagen, durch 2 Löcher geht die Hanfschnur, woran das Bleisiegel hängt, Faltung der Breven. Durch Feuchtigkeit theilweise in den Schriftzügen zerstört.

1) *Vergl. die Urkunde vom 9 October 1167—1169.* 2) *Albert Avogadro, Bischof von Vercelli, 1185—1205.* 3) *Vergl. die Urkunde vom 9 Juli 1183.* 4) *Johannes, card. tit. S. Clementis et Tuscanensis episcopus, seit 1189.* 5) *Gregor, diac. card. S. Marie in Aquiro, seit 1188.*

Digitized by Google

Nr. 452.

Cölestin III verstattet der Kollegiatkirche Santa Maria di Galdo (D. Benevent), Besitzüberweisungen anzunehmen, unbeschadet der Rechte anderer.

1192 Juli 30. Lateran.

CELESTINUS episcopus, servus servorum dei, dilectis filiis . . priori et fratribus sancte Marie de Gualdo, salutem | et apostolicam benedictionem. Si naturali iuri convenire dinoscitur, ratam haberi domini voluntatem, rem suam trans|ferre in alium cupientis, longe magis convenientius reputatur desiderium eius perpetua firmitate subniti, qui partem suorum bonorum ei [a]) censuerit conferendam, a quo noscitur omnia de dono sue gratie recepisse [b]). Inde est, quod nos, religionem vestram, conversationem et ordinem attendentes, considerantes etiam, quemadmodum, curis secularibus postpositis universis, soli deo placere et ei devote servire sub regularis elegeritis observantia discipline, nichilominus quoque credentes, universitatem vestram [c]) fidelium subsidiis indigere, si quando contigerit, fideles aliquos de bonis, sibi a deo collatis, inter vivos vel in ultima voluntate aliqua vobis seu monasterio vestro donare, ut ea possitis libere et sine quorumlibet contradictione recipere, indulgemus vobis au(c)toritate presentium facultatem, nullo tamen ex hoc preiudicio generando ecclesiis vel aliis personis, si que ius aliquod in eisdem [d]) bonis se rationabiliter habere probaverint. Nulli ergo omnino hominum liceat, hanc paginam nostre concessionis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem | omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli, apostolorum eius, se noverit incursurum. — Dat. Laterani, III | Kal. [e]) Aug. Pontificatus nostri anno secundo.

Or. (Pergamene di Curia eccl. I), im Archivio di Stato zu Neapel.

Perg. ital., br. 0,208, lang 0,19, unten 0,017 umgeschlagen, durch 2 Löcher ging die Schnur, welche mit dem Bleisiegel verloren, Faltung der Breven.

Nr. 453.

Cölestin III bestätigt Konsuln und Volk von Alatri die kürzlich vom Domkapitel vorgenommene Wahl des Thaddeus zum Bischofe.

1192 October 11. Lateran.

Celestinus episcopus, servus servorum dei, dilectis filiis, consulibus et populo civitatis et toti | populo Aletrini [f]) episcopatus, salutem et apostolicam benedictionem. Cum electio dilecti filii T(haddei), subdiaconi nostri, nuper a capitulo [g]) Alaetrino [h]) facta, nobis sit iam pluries presentata, nos ad devotionem vestram et personam ipsius electi [i]) ratione sue bonitatis et gratie, quam apud nos et ceteros fratres nostros non modicam promeruisse dinoscitur, benignum habentes respectum et volentes, ut ecclesia vestra pastoris proprii provisione gaudere debeat, electionem ipsam de fratrum nostrorum consilio duximus confirmandam [1]). Ipsum itaque ad vos et ipsam ecclesiam remittentes, universitatem vestram rogamus attentius et monemus et per apostolica scripta districte precipiendo mandamus, quatinus ipsum in omni humilitate et devotione debita recipere procuretis benigneque tractare et eius de cetero salubribus monitis et mandatis obedientes reverentiam ei | debitam impendatis. — Dat. Laterani, V Idus Octobr. | Pontificatus nostri anno secundo.

Or. im Archivio Capitolare zu Alatri.

Perg. ital., br. 0,168, lang 0,15, unten 0,022—0,026 umgeschlagen, durch 2 Löcher geht die Hanfschnur, woran das Bleisiegel hängt, Faltung der Breven.

---

a) *Auf Rasur* b) p *auf Rasur* c) *auf Rasur* d) i *auf Rasur* e) *auf Rasur* f) *hinter* ni *Rasur* g) api *auf Rasur* h) *an das ursprüngliche* a *ein* e *gesetzt,* o *auf Rasur* i) *folgt Rasur von 0,014 Länge.* — 1) *Nach diesem Breve ist Ughelli I p. 289 zu vervollständigen, Gams, Series Episcoporum S. 661 zu berichtigen.*

Digitized by Google

Nr. 454.

Cölestin III bestimmt dem Bischofe und Kapitel von Lucca und dem Prior von Camaldoli, dass erstere die ihnen bisher zustehenden Rechte in der Kirche Santa Gioconda di Lucca auch behalten sollen.

1193 April 11. Lateran.

CELESTINUS episcopus, servus servorum dei, venerabili fratri . . episcopo et dilectis filiis, capitulo Lucano et priori Camaldulensi, salutem | et apostolicam benedictionem. Debitum iniuncte sollicitudinis nos hortatur, ut sic aliquibus sua iura faciamus cum integrita|te servari, quod per eos non possit aliis conditio iniqua per surreptionem inferri. Significamus autem vobis, quod intentio nostra non fuit, ut pro mutatione ordinis, facta in [a]) ecclesia [a]) sancte [a]) Iocunde, Lucana ecclesia quamlibet sui iuris vel honoris diminutionem sive iniuriam pateretur. Prohibemus itaque et debita districtione vetamus, ne tu, fili prior, aut fratres tue professionis seu vestri successores honorem et ius, quod episcopo et canonicis Lucanis in prefata ecclesia competit, quomodolibet auferre, imminuere vel perturbare aliquatenus presumatis, sed hec eis integritate plena pacifice semper et fraterna caritate conservare velitis et, ne sub tali occasione inter vos ulla possit in posterum suboriri discordia aut, quod absit, a vobis fratres Camaldulensis ordinis vel a vestris successoribus ecclesia Lucana aliquam sui iuris aliquando sentiat diminutionem, volumus et statuimus atque presenti pagina stabilimus et firmiter imperpetuum decernimus observandum, ut vos, episcopus scilicet et canonici Lucani, seu vestri successores debitum ius, honorem et consuetudinem, quam in monasterio illo et parrochia eius hactenus habuistis cum integritate debita absque ulla predictorum fratrum vel quorumlibet molestia, quiete consequamini et semper inconcusse a modo teneatis. Decernimus autem, ut nulli omnino hominum liceat, hanc paginam nostre constitutionis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis dei et beatorum | Petri et Pauli, apostolorum eius, se noverit incursurum. — Dat. Laterani, III Idus Aprilis. Pontificatus nostri anno secundo.

Or. (BB. Nr. 29), im Archivio Capitolare zu Lucca.

Perg. ital., br. 0,213, lang 0,18, unten 0,015 umgeschlagen, durch zwei Löcher geht die rosa und gelbe Seidenschnur, an der das Bleisiegel hängt, Faltung der Breven.

Nr. 455.

Cölestin III bestätigt dem Abte von San Siro di Genova die Besitzthümer, welche das Kloster seit 40 Jahren inne gehabt hat.

1193 April 19. Lateran.

CELESTINUS episcopus, servus servorum dei, dilecto filio B(ert . . .), abbati sancti Syri Ianuensis, salutem et | apostolicam benedictionem. Viris religiosis, qui nobis et Romane ecclesie sunt devoti, utiliter debemus in suo | iure adesse, ut eorum devotio circa nos et Romanam ecclesiam iugiter augmentetur. Eapropter, dilecte in domino fili, tuis iustis postulationibus grato concurrentes assensu, donationes ecclesiarum, quas commissum tibi monasterium a quadraginta annis possedit et nunc in [pa]ce noscitur possidere, tibi et monasterio tuo [au]ctoritate apostolica confir[mamus] et [presen]tis scripti patrocinio comm[unimus]. Statuentes, ut non liceat cuilibet, te vel ipsum monasterium super illis indebite molestare. Nulli ergo omnino hominum liceat, hanc pa|ginam nostre confirmationis et constitutionis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis dei et beatorum Petri et | Pauli, apostolorum eius, se noverit incursurum. — Dat. Laterani, XIII Kl. Maii. | Pontificatus nostri anno tertio.

Or. (S. Siro), im Arch. di Stato, Abschrift der Misc. di Stor. Lig. V p. 306, in der Bibl. Civica zu Genua.

Perg. ital., br. 0,18, lang 0,158, das Umgeschlagene abgeschnitten, durch zwei Löcher ging die Schnur, welche mit dem Bleisiegel verloren, Faltung der Breven. Das B *in der Adresse mit abweichender Dinte eingetragen. Die Urkunde hat durch Mäusefrass und Feuchtigkeit gelitten.*

---

a) *Theilweise auf Rasur.*

Digitized by Google

Nr. 456.

Cölestin III bestätigt dem Domkapitel von Genua die Ausgleichung in dem Streite mit der Kirche Santa Maria di Castello in Genova wegen der Kirche San Marco di Molo [1]).

1193 April 22. Lateran.

Celestinus episcopus, servus servorum dei, dilectis filiis Ogerio, preposito et canonicis sancti Laurentii Ianuensis, salutem et apostolicam benedictionem. Cum tu, dilecte fili preposite, una cum Rustico, canonico tuo, in nostra esses presentia constitutus, petens instanter, transactionem inter ecclesias sancti Laurentii et sancte Marie de Castello super capellam sancti Marci de Modulo celebratam per manus venerabilis fratris nostri, Vercellensis episcopi [2]), et sociorum eius, quibus causa per bone memorie predecessorem nostrum, papam Clementem, fuerat delegata [3]), sedis apostolice confirmatione fulciri, Petrus, eiusdem ecclesie sancte Marie clericus, in capella ipsa ministrans, a clericis ipsius ecclesie de Castello ad Romanam ecclesiam destinatus, litteras eorum de ratihabitione de his, que in presentia nostra super facto eiusdem transactionis ageret, nobis obtulit, et, ne confirmationem transactio ipsa reciperet, supplicavit. Postmodum vero ad pacem et concordiam reformandam inductus, una cum dilecto filio magistro .B. Ianuensi canonico, et eiusdem ecclesie sancte Marie de Castello in prepositum electo, capellano nostro, in manu dilecti filii nostri Fid(antii), tit. sancti Marcelli cardinalis [4]), firmiter et de mera voluntate promisit, quod eiusdem cardinalis super ea controversia, quam de transactione illa movebat, mandato et arbitrio staret et plenarie tam pro se, quam pro fratribus suis, clericis ecclesie de Castello, qui eum cum suis litteris ratihabitionem continentibus miserant, observaret. Tu quoque eandem promissionem cum eodem .R. [a]) faciens ipsius mandatum et arbitrium elegisti. Ipse vero, sicut vir consilii, concordie et pacis amator, sic arbitratus est et tale mandatum dedit, ut pro viginti massemutinis et cereo trium librarum, que annuatim sancte Marie de Castello vobis et ecclesie vestre iuxta tenorem transactionis predicte pensionis nomine tenebatur exolvere; de cetero sedecim massemuntinos et duarum librarum cereum reddat, et pro pensione huius anni transacti decem massemutinos et libram et dimidiam cere in sancti Laurentii festivitate persolvat secundum tempus et tenores, qui in instrumento transactionis inserti sunt. Et hanc penam apposuit, quod, si a dicta ecclesia sancte Marie statutus ab ea census non fuerit, ut supradictum est, exolutus, prescripta sancti Marci capella in ius et potestatem vestram et ecclesie vestre redeat et vos exinde sicut capellam vestram ordinetis. Nos vero ad peticionem utriusque partis, que hoc arbitrium receperunt et laudantes approbaverunt, dictatum ab eo arbitrium, ut predictum est, auctoritate sedis apostolice confirmamus et presentis scripti patrocini communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat, hanc nostre paginam confirmationis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare presumpserit, indignationem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli, apostolorum eius, se noverit incursurum. — Dat. Laterani, x Kl. Maii. Pontificatus nostri anno tercio.

Abschrift der Miscellanea di Stor. Ligur. V p. 324, in der Bibl. Civica zu Genua.

Nr. 457.

Cölestin III beauftragt alle Kirchenprälaten, dafür zu sorgen, dass ihre Pfarrangehörigen nicht vom Cistercienser Orden und speciell von Kloster Salem (D. Konstanz) unerlaubte Zehnten erheben [5]).

1193 Juni 1. Lateran.

CELESTINUS episcopus, servus servorum dei, venerabilibus fratribus, archiepiscopis et episcopis et dilectis filiis abbatibus, prioribus, archidiaconis, decanis, | presbiteris et aliis ecclesiarum prelatis, ad quos littere iste pervenerint, salutem et apostolicam benedictionem. Audivimus et audientes mirati sumus, quod, cum dilectis filiis | nostris, fratribus Cisterciensis ordinis, a patribus et predecessoribus nostris concessum sit et

a) *Vorher B.* — — .1) *Vergl. die Urkunde vom 9 December 1189 und vom 15 November 1194.* 2) *Albertus Avogadro, Bischof von Vercelli, 1185—1205.* 3) *Die Urkunde darüber ist nicht erhalten, die* socii *waren* P. abbas Lucedinensis et R. cantor Novariensis. *Vergl. die Urkunde des Kardinals Peter von c. 1190—1191, mein Iter Italicum p. 508.* 4) *Vergl. die Urkunde des Kardinals Fidantius von c. 1193.* 5) *Vergl. v. Weech, Cod. Dipl. Salemitanus I p. 74 Nr. 47.*

Digitized by Google

a nobis ipsis postmodum indultum et confirmatum, ut de laboribus, quos propriis manibus aut sumptibus excolunt, nemini decimas solvere teneantur, quidam ab eis nichilominus contra indulgentiam apostolice sedis decimas exigere et extorquere presumunt, et prava et sinistra interpretatione apostolicorum privilegiorum capitulum pervertentes asserunt, de novalibus debere intelligi, ubi noscitur de laboribus esse inscriptum. Quoniam igitur manifestum est omnibus, qui recte sapiunt, interpretationem huiusmodi perversam esse et intellectui sano contrariam, cum secundum capitulum illud a solutione decimarum tam de terris illis, quas deduxerunt vel deducunt a(d) cultum, quam de terris etiam cultis, quas propriis manibus vel sumptibus excolunt, liberi sint penitus et immunes, ne ullus contra ipsos materiam habeat malignandi vel quomodolibet ipsos contra iustitiam molestandi, vobis per apostolica scripta precipiendo mandamus, quatinus omnibus parrochianis vestris auctoritate nostra prohibere curetis, ne a dilectis filiis nostris, abbate et fratribus de Salem [1]), vel ab aliis fratribus eiusdem ordinis de novalibus vel de aliis terris, quas propriis manibus vel sumptibus excolunt, seu de nutrimentis animalium ullatenus decimas presumant exigere vel quomodolibet extorquere. Nam, si de novalibus tantum vellemus intelligi, ubi de laboribus ponimus, de novalibus poneremus, sicut in privilegiis quorundam apponimus aliorum. Quia vero non est conveniens vel honestum, ut contra instituta sedis apostolice veniatur, que obtinere debent inviolabilem firmitatem, mandamus vobis et districte precipimus, ut, si qui laici, canonici vel monachi aut clerici contra privilegia sedis apostolice predictos fratres decimarum exactione gravaverint, laicos excommunicationis sententia percellatis, canonicos sive clericos vel monachos, contradictione, dilatione et appellatione cessante, ab officio suspendatis et tam excommunicationis, quam suspensionis sententiam faciatis usque ad satisfactionem congruam inviolabiliter observari. Ad hec presentium vobis auctoritate precipiendo mandamus, quatinus, si quis in predictos fratres manus violentas inicerit, eum, candelis accensis, excommunicatum publice nuntietis et faciatis ab omnibus sicut excommunicatum cautius evitari, donec congrue satisfaciat predictis fratribus et cum litteris diocesani episcopi, rei verita|tem continentibus, apostolico se conspectui representet [a]). — Dat. Laterani, Kl. Iunii. Pontificatus nostri anno tertio.

Or. und Abschrift des Cod. Salem. I Nr. 663 vom 13 Jahrh. p. 18, im Generallandesarchive zu Karlsruhe.

Perg. ital., br. 0,27, lang 0,235, unten 0,02 umgeschlagen, durch zwei Löcher geht die rosa und gelbe Seidenschnur, woran das Bleisiegel hängt, Faltung der Breven.

Nr. 458.

Cölestin III ertheilt an Bischof Albert von Vercelli Vorschriften über Zehntenzahlung [2]). 1193 Juni 15. Lateran.

CELESTINUS episcopus, servus servorum dei, venerabili fratri Alberto, Vercellensi episcopo [3]), salutem et apostolicam benedictionem. Cum hiis, qui pastorali funguntur officio, favorem debeamus | apostolicum in suis peticionibus diligentius impertiri, eos tamen benignius ac efficacius exaudire nos convenit, quos scripturarum intelligentia noscimus et morum hone|state fulgere, ac presertim illos, qui, [cu(?)]m ad onus tanti officii sint [b]) assumpti, subdito sibi clero et populo non [tam?] preesse cupiunt, quam prodesse. Ex parte siquidem fraternitatis tue nostris est auribus intimatum, quod quidam laici tue iurisditioni subiec[ti] et quam plures alii circumadiacentium episcopatuum decimas ecclesiis et clericis tue diocesis perversis machinationibus subtraunt et, quod ma[l]e agunt, emendare non curant. Quidam enim ex eis semen et sumptus, qui fiunt in agricultura, deducere primo contendunt, de residuo decimas impensuri, quidam etiam iuxta quantitatem portionis fructuum medietatis videlicet tertie vel quartam, quam a colonis accipiunt, partem decime deducentes eam capellis suis seu aliis ecclesiis, clericis aut pauperibus pro sua conferunt voluntate aut in alios usus convertunt, alii autem, clericorum vitam tamquam abhominabilem detestantes, decimas eis ob hoc subtrahere non verentur, ⟨decimam⟩ insuper asserentes, se possessiones [c]) et omnia iura sua cum omni honore ac districto ab ecclesia et [d]) magnitudine imperiali adeptos [e]), decimas

a) *Das letzte* t *auf Rasur* b) *durch Korrectur und Rasur hergestellt aus* sunt c) *den Zehnten als Besitz und alle Gerechtsame* d) e *auf Rasur* e) o *auf Rasur von dunklerer Dinte.* — .1) *Salem liegt im Dekanate Leutkirch.* 2) *Vergl. auch die Urkunde vom 2 Juli 1193.* 3) *Albert Avogadro, Bischof von Vercelli, 1185—1205.*

Digitized by Google

sub huiusmodi generalitate concludunt, alii preterea novas decimas in feudum sibi concessas a tuis predecessoribus asseverant, alii vero in vita sua, quidam(?) in perpetuum ad annuum fictum traditas sibi affirmant, quidam insuper occasione veteris decimationis, quam damnabiliter detinent, [decim]as novalium ecclesiarum usurpant. Quia igitur decime a laicis nulla possunt occasione defendi, cum eas cupiditate damnabili usurpantes per [diminut]ionem ipsarum iudicium sibi mandu[cen]t et bibant, presentis tibi scrip[ti] pagina duximus indulgendum, ut illos, qui habent in tua diocesi mansiones, licet alibi aliquando maneant, et ceteros tui episcopatus atque alios etiam, in circumadiacentibus episcopatibus commorantes, si eorum prelati commoniti eos ad hec cogere pretermiserint, de auctoritate apostolica, nullius contradictione vel appellatione obstante, plenam per excommunicationis vel interdicti sententiam ad impendendas integr[e(?)] decimas de terris tue diocesis ecclesiis ac clericis, ad quos pertinent, et ad dimittendas eas, quas aliquo titulo se possidere proponunt, cum nullum ius in decimis possit laicis ulla ratione competere et pacifice dimittendas et clericos, de quibus fuerit in auditorio tuo querela proposita, de predictis decimis et perceptis ex eis fructibus ad plenam sub tuo examine iustitiam faciendam liberam compellendi habeas facultatem. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat, hanc paginam indulgentie nostre infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presump|serit, indignationem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli, apostolorum eius, se noverit incursurum. — Dat. Laterani, XVII Kal. | Iulii. Pontificatus nostri anno tertio.

Or. im Archivio Capitolare zu Vercelli.

Perg. ital., br. 0,305, lang 0,245, unten 0,025 umgeschlagen, durch zwei Löcher geht die dunkelgelbe Seidenschnur, an der das Bleisiegel hängt, Faltung der Breven.

Nr. 459.

Cölestin III nimmt das Hospital Santa Maria della Scala di Siena mit seinen Besitzthümern in apostolischen Schutz.

1193 Juni 15. Lateran.

CELESTINUS episcopus, servus servorum dei, dilectis filiis, pauperibus Christi, in hospitali, prope | canonicam Senensem constituto, manentibus, salutem et apostolicam benedictionem. Quotiens a nobis petitur, | quod religioni et honestati convenire dinoscitur, animo nos convenit libenti concedere et petentium desideriis congruum suffragium impertiri. Eapropter, dilecti in domino filii, vestris iustis postulationibus annuentes, hospitale predictum et ea, que in presentiarum rationabiliter possidet aut in futurum, prestante domino, iustis modis poterit adipisci, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus et presentis scripti patrocinio communimus. Statuentes, ut nulli omnino hominum liceat, hanc paginam nostre protectionis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli, apostolorum eius, se | noverit incursurum. — Dat. Laterani, XVII Kalendis Iulii. Pontificatus nostri anno tertio.

Or. und Abschrift im Archivio di Stato, Abschrift VI B. 19 p. 371, in der Bibl. Pubblica zu Siena.

Perg. ital., br. 0,165, lang 0,12, unten 0,02 umgeschlagen, durch 2 Löcher ging die Schnur, welche mit dem Bleisiegel verloren, Faltung der Breven.

Nr. 460.

Cölestin III schreibt den Domkanonikern von Vercelli, dass kein Laie von ihren Arbeiten Zehnten in Anspruch nehmen dürfe [1]).

1193 Juli 2. S. Peter von Rom [2]).

CELESTINUS episcopus, servus servorum dei, dilectis filiis, canonicis beati Eusebii Vercellensis, salutem | et apostolicam benedictionem. Si quando a nobis [a]) requiritur, quod rationi conveniat et consonet honesta|ti, petentium desideriis assensum debemus facilem impertiri et eorum vota celeriter adimplere. Eapropter, dilecti in domino filii, vestris iustis postulationibus inclinati et considerantes etiam, quod decime sint ex sacris

a) a n *auf Rasur.* — 1) *Vergl. die Urkunde vom 27 April 1171—1181 und 15 Juni 1193.* 2) *Auch eine Urkunde Cölestins III vom 3 Juli 1193 ist zu S. Peter von Rom ausgestellt. Neues Arch. VII. S. 118.*

Digitized by Google

constitutionibus viris ecclesiasticis deputate, sub interminatione anathematis inhibemus, ne quisquam laicus de laboribus vestris decimas a vobis exigere vel extorquere presumat. Nulli ergo omnino hominum liceat, hanc paginam nostre inhibitionis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipo|tentis dei et beatorum Petri et Pauli, apostolorum eius, se noverit incursurum. — Dat. | Rome apud sanctum Petrum, VI Non. Iulii. Pontificatus nostri anno tercio.

Or. im Archivio Capitolare zu Vercelli.

Perg. ital., br. 0,176, lang 0,132, unten 0,018 umgeschlagen, durch zwei Löcher geht die gelbe und rosa Seidenschnur, woran das Bleisiegel hängt, Faltung der Breven.

Nr. 461.

Cölestin III beauftragt den Propst und Braricaleo von Parma, die Streitigkeiten zwischen der Aebtissin von San Tommaso di Reggio nell' Emilia und dem Domkapitel von Reggio zum Austrage zu bringen.

1193 November 28. Lateran.

Celestinus episcopus, servus servorum dei, dilectis filiis, preposito et Braricaleoni [a]) Parmensi, salutem et apostolicam benedictionem. Cum [lis,] que vertebatur inter [d]ilectam in Christo filiam nostram, sancti Thome de Regio abbatissam, ex una parte et Reginos canonicos ex altera super duabus partibus oblacionum, que in missis defunctorum maioribus offeruntur, et quibusdam aliis, dilecto archidiacono Bononiensi commissa fuisset canonice terminanda, ipsi canonici appellantes causam venerabili fratri nostro, Mutinensi episcopo, in eum modum committi fecerunt, ut de sentencia et de aliis, que hinc inde essent proposita, cognosceret et fine debito terminaret. Verum canonici supradicti, sumpta occasione ex eo, quod in rescripto continebatur de sentencia et de aliis, que proponerentur, hinc inde non contra sententiam agere inchoarunt, sed de novo contra ipsam abbatissam actionem intendere et causam ab exordio replicare. Quibus cum memoratus episcopus prestare videretur assensum et paratus fuisset in actione proposita eorum testes accipere, iam dicta abbatissa, se manifeste senciens pregravari, ad sedem apostolicam appellavit. Volentes igitur, ut ex tanta dilacione predictum monasterium sancti Thome nullum in iure suo recipiat detrimentum, discretioni vestre per apostolica scripta mandamus atque precipimus, quatinus, vocatis ad presentiam [vestra]m, quos videritis esse vocandos, audiatis hinc inde proposita et, appellatione remota, cause finem debitum imponatis; cogentes partes, vestram adire presenciam et iudicium, quod tuleritis, inviolabiliter observare. — Dat. Laterani, IIII Kl. Decemb. Pontificatus nostri anno tertio.

Beglaubigte Abschrift vom 13. Jahrh., im Archivio Capitolare, und beglaubigte vom 18. Jahrh., im Archivio delle Opere Pie zu Reggio nell' Emilia.

Nr. 462.

Cölestin III bestätigt dem Kloster Santo Stefano di Genova den Besitz der Kirche San Giuliano di Navoli und verbietet, dass jemand das Kloster mit unbilligen Forderungen belaste.

1194 Februar 4. Lateran.

CELESTINUS episcopus, servus servorum dei, dilectis filiis, Guid(oni) abbati et fratribus monasterii sancti Stephani | Ianuensis, salutem et apostolicam benedictionem. Iustis petentium desideriis dignum est nos facilem prebere consensum et | vota, que a rationis tramite non discordant, effectu prosequente complere. Eapropter, dilecti in domino filii, vestris iustis postulationibus grato concurrentes assensu, ecclesiam sancti Iuliani, sitam in territorio Naboli, cum omnibus pertinentiis suis, a venerabili fratre nostro . . Saonensi episcopo pia vobis deliberatione concessam et scripto ipsius autentico roboratam, sicut eam iuste et canonice possidetis, vobis et per vos ipsi monasterio ad exemplar felicis [record]ationis Clementis pape, [predece]ssoris nostri [1]), auctoritate a[postoli]ca confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus. Ad instar [eti]am predicti predecessoris nostri universis ecclesiasticis secularibusve personis arctius inhi-

a) et beran . . . coleoni.

1) *Urkunde vom 31 Februar 1191.*

Digitized by Google

bemus, ut seculares et ecclesiasticas exactiones, quas a vobis vel predecessoribus vestris nullatenus habuerunt, a vobis vel successoribus vestris extorquere vel in posterum exigere non presumant. Nulli ergo omnino hominum liceat, hanc paginam nostre confirmationis et inhibitionis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem | omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli, apostolorum eius, se noverit incursurum. — Dat. Laterani, | II Non. Febr. Pontificatus nostri anno tertio.

Or. (S. Stefano), im Archivio di Stato, Abschrift in Guiscardi, D. 361 I an. 1193, in der Bibl. Civica zu Genua.

Perg. ital., br. 0,195—0,205, lang 0,21, unten 0,023 umgeschlagen, durch zwei Löcher geht die rosa und gelbe Seidenschnur, an der das Bleisiegel hängt, Faltung der Breven.

Nr. 463.

Cölestin III gewährt dem Abte Johann von San Pietro di Casamagna (D. Anagni) wegen dessen Ergebenheit gegen den apostolischen Stuhl das Recht, die Mitra bei Feierlichkeiten innerhalb des Klosters tragen zu dürfen.

1194 Februar 5. Lateran.

Celestinus episcopus, servus servorum dei, dilectis filiis Iohanni, abbati monasterii de Villa magna, salutem et apostolicam benedictionem. His, quos Romana ecclesia artiori diligit caritate, suum benignius consue[vit fa]vorem impendere et dignioribus insigniis eos decorare. Attendentes igitur devotionem, quam ad nos, dilecte in domino fili, et sedem apostolicam habere dinosceris, ad preces et instantiam fratrum nostrorum personalem usum tibi mitre pagina presenti concedimus, ut eam diebus sollempnibus infra missarum valeas et processionum celebrationem in monasterio tuo deferre, quo divinis misteriis tanto ferventiori cura insistas et devotior nobis et ecclesie Romane permaneas, quanto te per id cognosceris apostolice sedis gratiam, (quam) prebemus, obtinere. — Dat. Laterani, Non. Febr. Pontificatus nostri anno tertio.

Abschrift des Bullarium saec. XIV p. 68, im Archivio Capitolare zu Anagni.

Nr. 464.

Cölestin III bestätigt dem Abte von Sant' Abbondio di Como den Besitz zweier Kirchen mit Zubehör.

1194 April 19. Lateran.

Celestinus episcopus, servus servorum dei, dilecto filio, abbati sancti Abondii, salutem et apostolicam benedictionem. Iustis petentium desideriis dignum est, nos facilem prebere consensum et vota, que a rationis tramite non discordant, effectu prosequente complere. Eapropter, dilecte in domino fili, tuis iustis postulationibus grato concurrentes assensu, ecclesias sancte Thecle et sancti Iohannis de Turno cum parochia et omnibus aliis pertinentiis suis, sicut eas monasterium tuum iuste ac pacifice possidet, tibi et per te ipsi monasterio tuo autoritate apostolica confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus; firmiter inhibentes, ut nullus super eisdem ecclesiis aut earum pertinentiis monasterium tuum alicuius temeritatis audatia molestare presumat. Nulli ergo omnino hominum liceat, hanc paginam nostre confirmationis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli, apostolorum eius, se noverit incursurum. — Dat. Laterani, XIII Kl. Maii. Pontificatus nostri anno quarto.

Kopialurkunde des 13. Jahrh. der Collection Morbios von Mailand, angekauft durch Herrn Willmersdörfer u. a. in München.

Nr. 465.

Cölestin III bewilligt dem Abte von Fucecchio (D. Lucca), alle Verkäufe und Verlehnungen des früheren Abtes Gregor rückgängig zu machen [1]).

1194 Juni 2. S. Peter von Rom.

CELESTINUS episcopus, servus servorum dei, dilecto filio .Pla. [a]) abbati Ficisclensis monasterii, salutem et apostolicam benedictionem. Ex iniuncto nobis apostolatus officio

a) *Ob* Placidio? — .1) *Vergl. die Urkunde vom 4 Juni 1152.*

Digitized by Google

omnium ecclesiarum curam tenemur gerere pastoralem et, si | que a) in eis per incuriam prelatorum perperam attemptantur, ad statum reducere meliorem. Eapropter, dilecte in domino fili, tuis iustis precibus annuentes, auctoritate tibi presencium indulgemus, ut omnes vendiciones et feoda, que Gregorius, quondam abbas ipsius monasterii, alienasse dicitur in ipsius ecclesie maximum detrimentum, liceat tibi, sublato appellationis obstaculo, firmiter b) revocare. Nulli ergo omnino hominum liceat, hanc paginam nostre concessionis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, | indignationem omnipotentis dei et beatorum Petri c) et Pauli, apostolorum eius, se noverit incursurum. — | Dat. Rome apud sanctum Petrum, IIII Nonas Iunii. Pontificatus nostri anno quarto.

Or. (Miscell. 2 Giugno 1194), im Archivio di Stato zu Lucca.

Perg. ital., br. 0,19, lang 0,15, unten 0,02 umgeschlagen, durch zwei Löcher ging die rosa und gelbe Seidenschnur, welche ausgerissen, doch erhalten, während das Bleisiegel verloren, Faltung der Breven.

Nr. 466.

Cölestin III bestätigt dem Bischofe Guido von Lucca die Besitzthümer und Rechte seines Hochstiftes, welches er in apostolischen Schutz nimmt.

1194 Juni 3. S. Peter von Rom.

Celestinus episcopus, servus servorum dei, venerabili fratri Guidoni, Lucano episcopo, eiusque successoribus canonice substituendis, IN PPM. — | Et ordo rationis expostulat et ecclesiastice utilitatis consideratio nos invitat, fratres et coepiscopos nostros ampliori caritate diligere et commissas d) eorum gubernationi ecclesias patrocinio sedis apostolice propensius communire, quo ex suscepti executione offitii, tan|to vigilantiores possint e) semper existere, quanto a pravorum incursibus securiores se viderint permanere. Eapropter, venerabilis in Christo frater, Guido episcope, tuis iustis postulationibus clementer annuimus, et prescriptam Lucanam ecclesiam, cui deo auctore preesse dinosceris, ad exemplar predecessorum nostrorum, felicis recordationis ALEXANDRI secundi et PASCALIS secundi et CALIXTI secundi et URBANI secundi et LUCII tertii et URBANI tertii [1]), Romanorum pontificum, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus et presentis scripti privilegio communimus. Statuentes, ut, quascumque possessiones, quecumque bona eadem ecclesia in presentiarum iuste et canonice possidet aut in futurum concessione pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium seu aliis iustis modis deo propitio poterit adipisci, firma tibi tuisque successoribus et illibata permaneant. In quibus hec propriis duximus exprimenda vocabulis: curtem Lucanam cum suburbano et viculis suis, mansos et terras ubicumque pertinentes ad ipsam, videlicet villam que dicitur suburbanam, ecclesiam et pratum quod dicitur sancti Columbani, ecclesiam sancti Petri que dicitur Somaldi cum pertinentiis suis, plebem de Limata, et decimam de Carignano, et terram de abbatia sancti Donati, et reliqua que ad ipsam curtem pertinere videntur. His adicimus plebem et curtem de Marlia cum ecclesia sancti Terentii et cum omnibus mansis et terris atque omni pertinentia sua, duo quoque castella de Moriano cum omnibus pertinentiis et adiacentiis suis, sicut hactenus ea nosceris tenuisse, et terram que dicitur Cerbaiola, castrum etiam quod dicitur Fundanium cum omnibus pertinentiis suis, necnon castrum de Decimo et plebem ipsius cum omnibus que ad ea pertinent, plebem etiam [de Gallicano], et terram de Corignana, et castrum et decimam de Verrucula que est in Alpibus, decimationem quoque de Verrucla que est iuxta [Boranum; his etiam conn]umeramus f) plebem et castrum et curtem sancte Marie que dicitur [ad Montem] cum tota pertinentia sua, et terram de Vico qui dicitur [Surrexeri,] castrum et curtem sancti Gervasii cum omnibus que ad eam pertinent, plebem de F[iceclo] cum capellis suis, capellam sancti Viti de valle Arni, plebem de Padule cum capellis suis et curte de Capannore et, quicquid iuris habes in ipso plebeio, plebem de Sibiliano cum omnibus capellis suis et omnibus aliis que habes in ipso plebeio, plebem de Aquis cum omnibus capellis suis et curte de Vivaio et aliis omnibus tibi pertinentibus in ipso plebeio, plebem de Giano cum omnibus capellis suis et villa de Perignano cum omnibus tibi pertinentibus in ipso

a) qua b) *auf Rasur von anderer Hand und Dinte* c) *auf Rasur* d) o *und* i *auf Rasur* e) i *durch Rasur aus* u *hergestellt* f) communeramus. .1) *Vergl. über diese Urkunde Memorie e documenti de principato Lucchese IV p. 141 sq. und IV. II. App., Jaffé Reg. 4579, 5087 etc.*

Digitized by Google

plebeio, plebem de Gello cum omnibus capellis suis et omnibus tibi pertinentibus in ipso plebeio, plebem de Triballo cum omnibus capellis suis, plebem de Miliano [a]) cum omnibus capellis suis et curte et suis pertinentiis, plebem de Apiano [b]) cum omnibus capellis suis et omnibus que habes in ipso plebeio, plebem sancti Stephani cum omnibus capellis suis. Preterea predecessoris nostri, pie memorie CALIXTI pape, vestigiis inherentes, tibi tuisque successoribus usum pallii infra missarum sollempnia in ecclesia tua de apostolice sedis benignitate concedimus, quo dumtaxat hiis diebus utamini, quibus est vobis a predecessoribus nostris indultum. Insuper etiam auctoritate apostolica prohibemus, ne in episcopatu tuo sine assensu tuo vel successorum tuorum monasterium aliquod vel ecclesia [c]), salvis apostolice sedis privilegiis, construatur. Cathecuminos quoque aut infirmorum unctiones in populo a monachis fieri vel publicas penitentias dari, sine tua vel successorum tuorum permissione vetamus. Si vero ad monasterium parrochiale ipsius populus pro divini offitii susceptione convenerit, per capellanum presbiterum, cui ab episcopo populi regimen et animarum cura commissa fuerit, sacramenta eadem ministrentur, salvis tamen rationabilibus consuetudinibus ceterarum ecclesiarum. De parrochialibus autem ecclesiis, que a monachis in tuo episcopatu tenentur, sinodalem beate memorie URBANI secundi pape sententiam imitantes statuimus, ut in eis sine tua vel successorum tuorum auctoritate presbiteri minime collocentur, sed, cum vacaverint, vobis ab abbatibus et prioribus, ad quos eedem ecclesie pertinent, presententur [d]), quibus a vobis animarum cura, si idonei fuerint, committatur, ita quidem, ut vobis de cura plebis et de ordine suo debeant respondere. Porro, si Lucane parrochie monasteria vel ecclesie inter se causas habuerint et per alteram partem ad episcopum querela pervenerit, eius iuditio controversia terminetur, salva Romane ecclesie auctoritate. Illud quoque artius interdicimus, ne quis excommunicatos vel interdictos Lucani episcopi in prohibitam communionem recipiendi habeat facultatem. Ad hec presenti scripto sanctimus, ut Lucanus episcopus non quorumlibet violentia laicorum, sed iuxta canonicas sanctiones ab ecclesie canonicis eligatur. Tibi preterea tuisque successoribus ea, que de concessione vel confirmatione predecessorum nostrorum, ALEXANDRI secundi et PASCALIS secundi, Romanorum pontificum, possides nichilominus confirmamus. Sententiam autem inter predecessorem tuum . . [e]) et Ficeclensem abbatem per Ildeprandum, qu[on]dam Pistoriensem episcopum [1]), Argentum archipresbiterum et .R. primicerium Lucanum super decimis, ecclesiis et aliis rationabiliter datam, sicut in instrumento publico continetur et hactenus observata est, futuris precipimus temporibus observari. Renuntiationem quoque, quam fecit Bulgarus, comes de Ficela, Iohanni predecessori tuo de quibusdam possessionibus et ecclesiis, sicut publicum Gerardi notarii continet instrumentum, vires in posterum habere decernimus. Canonicas quoque consuetudines, quas in ecclesiis parrochialibus monachorum et in aliis tui episcopatus tam in recipiendis sinodalibus, quam in aliis ab antiquo habuisti et adhuc habere dinosceris, ratas habemus easque auctoritate apostolica confirmamus. Ob reverentiam insuper ecclesie tibi commisse prescriptus pater et predecessor noster LUCIUS papa tuis et canonicorum tuorum, nec non etiam cleri consulum et populi tue civitatis precibus inclinatus, usum crucis per episcopatum tuum tibi tuisque successoribus de consilio fratrum suorum concessit et apostolica auctoritate firmavit, quod quidem nos, eius vestigiis inherentes, decernimus firmiter permansurum. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat, prefatam ecclesiam . . . tibi [f]) tuisque [f]) successoribus [g]) omnimodis profutura, salva sedis apostolice auctoritate. Si qua igitur . . . Cunctis autem . . . inveniant. Amen. A-m. Amen. —

(R) Ego Celestinus catholice ecclesie episcopus ss. (M)
† Ego [Albinus Albanensis episcopus] ss.
† Ego [Octavianus Hostiensis et Velletrensis episcopus] ss.
† Ego Iohannes [Prenestinus episcopus] ss. (10)
— † Ego Pandulfus basilice XII Apostolorum presbiter cardinalis ss.
† Ego [Petrus tit. sancte Cecilie] cardinalis presbiter ss.
† Ego Iohannes tit. sancti Clementis cardinalis, Viterbiensis et Tuscanensis episcopus ss.
† Ego Iohannes felix tit. sancte Susanne presbiter cardinalis ss. (1)
† Ego Guido presbiter cardinalis sancte Marie transtiberim tit. Calixti ss.

---

a) ia *auf Rasur* b) *ursprünglich* Apino c) *dahinter Rasur wohl eines* m d) presentantur e) *offenbar sollte der Anfangsbuchstabe des Namens zwischen die zwei Punkte gesetzt werden* f) *auf Rasur* g) successo . . . s *auf Rasur, das letzte* s *langgestreckt.* — .1) *Hildebrand de Guidi, Bischof von Pistoja, 1107—1133.*

Digitized by Google

† Ego Hugo presbiter cardinalis sancti Martii tit. Equitii ss. (2)
† Ego Cinthius tit. sancti Laurentii in Lucina presbiter cardinalis ss.
† Ego Soffredus tit. sancte Praxedis presbiter cardinalis ss.
† Ego Bernardus sancti Petri ad Vincula presbiter cardinalis tit. Eudoxie ss.
† Ego Fidantius tit. sancti Marcelli presbiter cardinalis ss.
— † Ego Gratianus sanctorum Cosme et Damiani diaconus cardinalis ss.
† Ego Gregorius sancte Marie in Porticu diaconus cardinalis ss.
† Ego Gregorius sancte Marie in Aquiro diaconus cardinalis ss.
† Ego Gregorius sancti Georgii ad Velum aureum diaconus cardinalis ss.
† Ego Lotarius sanctorum Sergii et Bachi diaconus cardinalis ss.
† Ego Petrus sancte Marie in Via lata diaconus cardinalis ss. (5)

Dat. Rome apud sanctum Petrum, per manum Egidii, sancti Nicolai in carcere Tulliano diaconi cardinalis. III Non. Iunii. Indictione XII. Incarnationis dominice anno MCXCIIII. Pontificatus vero domni CELESTINI pp. tertii anno quarto. —

Or. (Busta XI Nr. 87) und Cop. s. XIV des Libro della Croce p. 3, im Arch. Arcivescovile zu Lucca. Perg. ital., br. 0,615, lang 0,78, unten 0,024 umgeschlagen, durch zwei Löcher geht die rosa und gelbe Seidenschnur, deren Bleisiegel verloren, Faltung der Bullen. Die Verewigung misst 0,205, Ringkreuz und E der Unterschrift von dunklerer Dinte als das Uebrige. Datirung vom Hauptkörperschreiber, das E des Egidius kann nachgetragen sein, die Zeugenfirmen weisen alle gleiche dunkle Dinte auf. Die Urkunde hat durch Feuchtigkeit gelitten.

Nr. 467.

Cölestin III bewilligt dem Abte Roger von San Severino di Napoli für seine Nachfolger das Recht, den Ring tragen zu dürfen.

1194 Juli 19. Lateran.

CELESTINUS episcopus, servus servorum dei, dilecto filio .Rogerio, abbati sancti Severini Neapo|litano, salutem et apostolicam benedictionem. Apostolice sedis auctoritas eos, quos sibi fideles et devotos esse | cognoscit, semper diligere consuevit et ipsos insigni aliquo honoris ecclesiastici decorare ad indicium gratie specialis. Eapropter devotionem, quam erga beatum Petrum et nos habere dinosceris, attendentes, ut et tu erga nos et Romanam ecclesiam devotior semper existas et ceteri, qui viderint, ad eius devotionem amplius animentur, personam et ecclesiam tuam speciali beneficio decrevimus honorandum. Cum igitur usus anuli personaliter fuerit tibi concessus, ad preces et instantiam dilecti filii Abbati, subdiaconi et capellani nostri, qui nobis carus plurimum et acceptus existit, et per te successoribus tuis, regulariter substi|tuendis, de apostolica benignitate usum eiusdem anuli duximus perpetuo concedendum. — Dat.| Laterani, XIIII Kl. Aug. Pontificatus nostri anno quarto.

Or. (Pergamene di Curia eccl. I), im Archivio di Stato zu Neapel.
Perg. ital., br. 0,205, lang 0,18, unten 0,022 umgeschlagen, durch zwei Löcher ging die Schnur, die mit dem Bleisiegel verloren, Faltung der Breven.

Nr. 468.

Cölestin III bestätigt dem Domkapitel von Rimini seine Besitzthümer [1].

1194 September 27. Lateran.

„Se tolgasi qualche espressione, che non ne cambia la sostanza, la presente Bolla è conforme in tutto a quella di Alessandro III [2], di Lucio III [3] e di Clemente III. È sottoscritta dal Pontefice medesimo e dai Cardinali seguenti, di cui si trascrivono nomi e titoli come sono nella Bolla notati:"

† Ego Albinus Albanensis episcopus ss.
† Ego Octavianus Hostiensis et Velletrensis episcopus ss.
† Ego Iohannes Prenestinus episcopus ss.
† Ego Pandulfus cardinalis XII Apostolorum presbiter cardinalis ss.
† Ego Iohannes tit. sancti Clementis cardinalis, Viterbiensis et Tuscanensis episcopus ss.
† Ego Iohannes tit. sancti Stephani in Celio monte presbiter cardinalis ss.
† Ego Cinthius tit. sancti Laurentii in Lucina presbiter cardinalis ss.

1) *Die Angaben verdanke ich Herrn Can. Gaetano Niccolini zu Rimini. — Citirt Tonini, Storia di Rimini II p. 417.* 2) *Urkunde vom 8 December 1170.* 3) *Urkunde vom 23 December 1183.*

Digitized by Google

† Ego Bernardus sancti Petri ad Vincula presbiter cardinalis tit. Eudoxie ss.
† Ego Iohannes tit. sancte Prisce presbiter cardinalis ss.
† Ego Gregorius sancte Marie in Porticu diaconus cardinalis ss.
† Ego Gregorius sancte Marie in Aquiro diaconus cardinalis ss.
† Ego Gregorius sancti Georgii ad Velum aureum diaconus cardinalis ss.
† Ego Lotarius sanctorum Sergii et Bachi diaconus cardinalis ss.
† Ego Gregorius sancti Angeli diaconus cardinalis ss.
† Ego Petrus sancte Marie in Via lata diaconus cardinalis ss.

Dat. Laterani, per manum Egidii, sancti Nicolai in carcere Tulliano diaconi cardinalis. Kal. Octobr. Indictione tertia decima. Incarnationis dominice anno MCXCIIII. Pontificatus vero domni CELESTINI pp. III anno quarto.

Or. im Archivio Capitolare zu Rimini.

Perg. ital., br. 0,55, lang 0,73, unten c. 0,03 umgeschlagen, durch zwei Löcher geht die rosa Seidenschnur, woran das Bleisiegel hängt, Faltung der Bullen. Die Firmen scheinen von verschiedenen Händen herzurühren.

Nr. 469.

Cölestin III gewährt dem Abte Walter von San Bartolomeo di Carpineto (D. Penne), wie dessen Vorgänger Krummstab, Ring und Mitra bei Messen und Processionen tragen zu dürfen.

1194 September 28. Lateran.

CELESTINUS episcopus, servus servorum dei, dilecto filio Gualtero, abbati monasterii sancti Bartholomei de | Carpeneto, salutem et apostolicam benedictionem. Locorum eorum prelatos, que nullo medio sedis apostolice noscuntur iurisditioni sup|posita, Romana consuevit ecclesia potioribus insigniis decorare, ut tanto ei devotiores existant et iniunctum sibi administrationis officium promtius et religiosius exequantur, quanto benivolentiam eius ac munificentiam in huiusmodi exteriorum ornatibus certius sunt experti. Volentes igitur, predecessores nostros, qui c[ommis]sum tibi decreverunt monasterium honorandum et in sua fortius libertate tuendum, prout convenit, imitari, devotio[ni] tue in missarum et processionum celebrationibus pastorali virga et anulo mitraque utendi, sicut antecessoribus tuis noscitur fuisse indultum, liberam tribuimus presentis scripti pagina faccultatem. Nulli ergo omnino hominum liceat, hanc paginam nostre institutionis seu concessionis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli, apostolorum eius, se nove[rit in]|cursurum. — Dat. Laterani, IIII Kl. Octubris. Pontificatus nostri anno quarto.

Or. (E VI. 182), in der Bibl. Chigiana zu Rom.

Perg. ital., br. 0,22, lang 0,17, unten 0,022 umgeschlagen, durch 2 Löcher geht die rosa und grünlichgelbe Seidenschnur, an der das Bleisiegel hängt, Faltung der Breven.

Nr. 470.

Cölestin III erinnert den Konvent von San Bartolomeo di Carpineto (D. Penne) daran, dass er Walter möglichst schnell zu ihrem Abte benedicirt und ihn ihnen empfohlen habe, sie möchten ihn unterstützen.

1194 September 28. Lateran.

Celestinus episcopus, servus servorum dei, dilectis filiis, universo conventui monasterii sancti Bartholomei de | Carpeneto, salutem et apostolicam benedictionem. Cum dilectus filius noster, Gualterius, nunc abbas, tunc electus vester, cum quibus|dam ex fratribus vestris ad nostram presentiam accessisset et fratres ipsi, qui in eius venerant comitatu, ex parte vestra concordis electionis illius litteras presentassent, eos benigne recepimus et, communicato fratrum nostrorum consilio, super continentia litterarum illarum et desiderio vestro electionem illam ratam duximus et firmam habendam et, intellecto monasterii vestri gravamine ac inspecta insuper corporali molestia eiusdem electi, maturius [a]) ei fecimus munus benedictionis [a]) impendi. Unde ipsum, cum nostra et fratrum nostrorum gratia revertentem, universitati vestre duximus pro-

a) *Von* maturius *bis* impendi *auf Rasur.*

Digitized by Google

pensius commendandum, mo[ne]ntes attentius ac per apostolica scripta precipiendo [man]dantes, quatinus eum benigno recipiatis affectu [1]) et ei tamquam vestro spirituali patri reverentiam et [obe]dientiam exhibeatis debitam et honorem. Et ita in agendis monasterii assistere procuretis, ut et monasterium ipsum ex utili provisione ipsius et vos omnes in spiritualibus et temporalibus auctore domino magis ac [ma]gis suscipiatis augmentum et idem abbas, faventibus vobis et amminiculantibus, studiose iniunctum | sibi officium commode ac salubriter valeat exercere. — Datum Laterani, IIII Kl. | Octub. Pontificatus nostri anno quarto.

Or. und Abschrift E. VI. 188, in der Bibl. Chigiana zu Rom.

Or., Perg. ital., br. 0,197—0,204, lang 0,182, unten 0,019 umgeschlagen, durch 2 Löcher ging die Schnur, welche mit dem Bleisiegel verloren. Faltung einmal der Länge und einmal der Breite nach.

Nr. 471.

Cölestin III beauftragt den Abt von San Colombano (D. Bobbio), die Geistlichen von Santa Maria di Castello in Genova anzuhalten, dem Urtheilsspruch in ihrem Streite mit dem Domkapitel von Genua wegen der Kirche von Molo nachzukommen [2]).

1194 November 15. S. Peter von Rom.

Celestinus episcopus, servus servorum dei, dilecto filio, abbati sancti Columbani in Bobiensi diocesi constituto, salutem et apostolicam benedictionem. Conquesti sunt dilecti filii, capitulum Ianuensis ecclesie, quod clerici sancte Marie de Castello de Ianua transactionem, que inter eos et ipsos super ecclesia de Modulo per venerabilem fratrem nostrum, Vercellensem episcopum, et coniudices eius primo, postmodum per dilectum filium nostrum F(idantium), tit. sancti Marcelli presbiterum cardinalem, intervenisse dignoscitur et facta, ab utraque parte concessa, non curant aliquatenus observare. Quia igitur nobis imminet precavendum, ne controversia aliqua, cum preiuditium vel transactionem sopita fuerit, per aliquorum maliciam debeat in recidivam induci, discretioni vestre per apostolica scripta mandamus, quatinus prefatos clericos ad observationem transactionis illius moneas attentius et inducas. Alioquin eos ad hoc per districtionem ecclesiasticam, appellatione cessante, compellas, et non obstante eo, quod .G(erardus) presbiter et Petrus, canonici sancte Marie de Castello titulati et clerici predicte ecclesie de Modulo esse dicantur, iam dictum capitulum in corporalem possessionem illius ecclesie inducere non omittas, contradictores, si qui fuerint, ecclesiastica censura percellens. — Dat. Rome apud sanctum Petrum, XVII Kl. Decemb. Pontificatus nostri anno IV.

Abschrift der Miscell. di Stor. Ligur. V p. 325, in der Bibl. Civica zu Genua.

Nr. 472.

Cölestin III bestätigt dem Domkapitel von Pisa den Besitz der Kapelle San Lorenzo di Empoli (? D. Firenze).

1194 December 6. Lateran.

CELESTINUS episcopus, servus servorum dei, dilectis filiis . . archipresbitero et canonicis Pisanis, salutem et apostoli|cam benedictionem. Iustis petentium desideriis dignum est nos facilem prebere consensum et vota, que a rationis tramite non discordant, effectu prosequente complere. Eapropter, dilecti in domino filii, vestris iustis postulationibus grato concurrentes assensu, capellam sancti Laurentii de Embulo, noviter constructam, cum pertinentiis suis, sicut rationabiliter ac sine controversia possidetis, vobis et per vos ecclesie vestre auctoritate apostolica confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus. Statuentes, [ut] nulli omnino hominum liceat, hanc paginam nostre confirmationis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indigna|tionem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli, apostolorum eius, se noverit incursurum. — Dat. Laterani, VIII Idus Decembr. Pontificatus nostri anno quarto.

Or. (Nr. 710), im Archivio Capitolare zu Pisa.

Perg. ital., br. 0,186, lang 0,14, unten 0,02 umgeschlagen, durch zwei Löcher ging die Schnur, welche mit dem Bleisiegel verloren, Faltung der Breven.

---

1) *Dieses Breve ist nicht erhalten.* 2) *Vergl. die Urkunde vom 22 April 1193.*

Digitized by Google

Nr. 473.

Cölestin III schreibt an Bischof und Domkapitel von Narni, er lege deren Streitigkeiten bei, verfüge über die Zahl der Kanoniker und deren Wahl, und exkommunicire diejenigen, welche den Bischof mit Steinen geworfen haben [1]).

1194 December 17. Lateran.

Caelestinus episcopus, servus servorum dei, venerabili episcopo et dilectis filiis, canonicis Narniensibus, salutem et apostolicam benedictionem. Cum super effrenata et detestabili satis clericorum [ordinatione,] quae in vestra ecclesia, quae apostolicae sedis est filia specialis, in discordiae nuper spiritu denoscitur celebrata, in nostra essetis praesentia constituti, et vobis, maioribus occupati, intendere nequiremus, venerabili fratri nostro A(lbino), Albanensi episcopo, et dilecto filio G(regorio), sanctae Mariae in Porticu diacono cardinali, vos commisimus audiendos. Cumque a vobis rei progressum et veritatem diligenter inquisissent et nobis et fratribus nostris, quae a vobis praeposita fuerunt, per ordinem recitassent, aperte cognovimus, ordinationem ipsam fuisse nequiter celebratam, praesertim cum tam ex parte Nomanucii atque Smaragdi confratrum et concanonicorum vestrorum quinquaginta sex, vobis exceptis, qui estis vigintiduo numero, in eadem ecclesia canonici constituti fuerunt in clericos et fratres electi nihilominus et recepti, quorum quidam, sicut asseritur, aetate, quidam etiam imperitia minus idonei sunt recepti. Quapropter, ne hoc exemplo, perniciosae audacia temeritatis subnixo, civitas vestra in spiritualibus posset aut in temporalibus . . . . . incurrere laesionem, de communi fratrum consilio eamdem ordinationem, in discordia celebratam, cassamus penitus ac decernimus, iuribus omnino carere, auctoritate vobis apostolica sub poena excommunicationis officii et beneficii artius inhibentes, ne ordinationem facere in scissura scismatis de caetero praesumatis, nec illorum aliquem, qui fuerunt taliter a vobis assumpti, vel aliquem alium usque biennium in ecclesia vestra quomodolibet recipere, caventes in posterum, ne post hanc tam destabilem, sicut praemisimus, ordinationem sub poena praemissa discorditer in fratres aliquos vel canonicos assumatis. Ad haec praecipimus, eos, qui (in) iniuriam tuam, frater episc[ope], lapides proiecerunt, tamdiu sub excommunicationis vinculo sine spe ipsi aut alteri episcopatus tui obtinendae remanere, donec tibi et canonicis satisfecerint competenter. Ordinationem etiam seu receptionem Berardi et Ionae presbyterorum, sicut concorditer et rationabiliter facta est a vobis, sancta auctoritate apostolica confirmantes, praecipimus absque cui(us)libet contradictionis et [appellationis] obstaculo firmiter observari. Nulli ergo omnino hominum liceat, hanc paginam nostrae constitutionis et confirmationis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare praesumpserit, indignationem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli, (apostolorum eius,) se noverit incursurum. — Datum Laterani, XVI Kal. Ianuarii. Pontificatus nostri anno quarto.

Or. im Archivio Capitolare zu Narni.

Nr. 474.

Cölestin III erklärt dem Erzpriester und Primicerius von Lucca, er habe dem Kloster San Pietro di Pozzolo (D. Lucca) das Recht des freien Begräbnisses ertheilt [2]).

1195 April 8. Lateran.

Celestinus episcopus, servus servorum dei, dilectis filiis . . archipresbitero et . . primicerio | Lucensi [a]), salutem et apostolicam benedictionem. Attendentes devotionem, quam erga nos et Romanam ec|clesiam dilecti filii . . abbas et monachi sancti Petri de Puteolis, Lucensis [a]) diocesis, habere noscuntur, ipsorum ecclesie liberam esse concessimus, iuxta quod est moris ecclesiastici, sepulturam. Quapropter per apostolica vobis scripta precipiendo mandamus, quatenus nec vos contra concessionis nostre paginam eandem ecclesiam infestetis nec permittatis ab aliis molestari, contradictores, si qui apparuerint, a presumptione sua per censu|ram ecclesiasticam, appellatione postposita, compescentes. — Dat. Laterani, | VI Idus Aprilis. Pontificatus nostri anno quarto.

Or. (AA. 18), im Archivio Capitolare zu Lucca.

Perg. ital., br. 0,158, lang 0,113, unten 0,018 umgeschlagen, durch zwei Löcher geht eine Hanfschnur, woran das Bleisiegel hängt, Faltung der Breven.

---

a) *Ein* c *wegradirt.* — 1) *Die Abschrift dieser Urkunde verdanke ich Herrn Can. Don Romeo Fagioli zu Narni. — Vergl. die Urkunde vom 5 April 1180.* 2) *Vergl. die Urkunde vom 2 December 1138—1142 und Jaffé, Reg. 8558.*

Digitized by Google

Nr. 475.

Cölestin III bestätigt dem Bischofe Guido von Lucca die Beilegung eines Güterstreites mit dem Abte Riccovero von Serena.

1195 November 14. Lateran.

Celestinus episcopus, servus servorum dei, venerabili fratri Guidoni, Lucano episcopo, salutem et apostolicam benedictionem. Ea, que iudicio vel concordia statuuntur, firma debent et illibata consistere et, ne in recidive contentionis scrupulum relabantur, apostolico patrocinio convenit communiri. Cum autem inter te et dilectum filium Riccoverum, abbatem monasterii de Serena, super possessionibus montis de Castello et quibusdam aliis locis questio diu mota fuisset et a sede apostolica multotiens iudicibus delegata, tandem per quosdam viros prudentes, tam a te, quam ab ipso abbate communiter electos, amicabilis composita, sicut ex litteris tuis et ipsius abbatis et quamplurium aliorum cognovimus, intercessit. Verum cum ipsam compositionem petieris scriptis apostolicis confirmari, nos, tuis iustis postulationibus grato concurrentes assensu, compositionem ipsam, de communi assensu et voluntate utriusque partis factam et receptam, sicut in instrumento publico, exinde confecto, plenius continetur, ratam habentes, eam auctoritate apostolica confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus. Ad maiorem vero firmitatem scriptum illud de verbo ad verbum huic presenti pagine iussimus inserendum, quod sic se habet: In Christi nomine. Amen. Ex hac publica litterarum serie omnibus clareat audientibus, quod domnus Ricoverus, dei gratia presbiter et abbas monasterii sancte Marie de Serena, consilio ac consensu presbiteri Galgani ecclesie sancti Blasii de Bibone, que ecclesia dicebatur esse predicti monasterii de Serena, et consilio et adsensu Rusticelli, quondam Vitalis Cecii, quem dicebant esse castaldionem predicte abbatie de Serena, et consilio et consensu Ugonlini, Roselmini et Guidonis, quondam Ildebrandini cavalerii, et compagni Malevolte et Albertini Bondi, qui omnes sunt de predicto loco Bibone et sunt fideles predicte abbatie, ut asserebant, fecit finem et refutationem atque transactionem Bonifatio nuntio domni Guidonis, divina gratia Lucensis episcopi, procuratorio nomine recipienti et stipulanti pro predicto domino episcopo et pro Lucano episcopatu et ad partem ipsius episcopatus de portione, que pertinet vel inde(?) pertinuit aut pertinere debet vel potest aut debuit vel potuit sibi vel ipsi monasterio et pactum de nomine [a]) petendo, queque est vel fuit medietas de monte et podio et castello et curte de monte de Castello cum omnibus casis et terris et rebus, ad predictum castellum vel eius curtem pertinentibus, in aliquibus vocabulis vel locis et de Taverle et de Padule et Capannule et de sancto Petro et de Canniliano et de Ceule et de Perignano et Lucagnano et de Lavaiano et Miliano et Acqui et Morrona et Scopeturo atque Cumulo et de curte unius cuiusque predictorum locorum, una cum omnibus casis et terris et rebus, ad predictos locos vel curtes pertinentibus, in aliquibus vocabulis vel locis. Similiter per omnia fecit finem et refutationem atque transactionem et pactum de nomine [a]) petendo de omnibus aliis casis et terris et rebus, que sunt vel fuerint suprascripti monasterii de Serena, sive ei pertinent vel pertinuerunt, quas Lucensis episcopus vel aliquis pro episcopatu habet vel detinet aliquo modo et nominatim, insuper de illis terris et rebus, de quibus iam dictus abbas fuerat missus intercessione [b]) ex sententia sive pronuntiatione Senensis episcopi et abbatis sancti Eugenii de Sena, delegatorum a curia Romana, ut publice scriptum continetur manu Rainaldi notarii notitii [c]), et per tenutam, inde datam a presbitero Iacobi, ut continetur in dicta scripta manu Galgani notarii. Insuper etiam ad maiorem cautelam et confirmationem et, ut nulla possit oriri dubietas vel discordia, generalem finem et refutationem atque transactionem fecit et pactum de nomine [c]) petendo pro predicto monasterio, de omnibus terris et rebus, undecumque vel quomodocumque aliquam litem vel molestiam aut petitionem vel actionem seu exactionem aliquam facere vel movere poterat, rationem rerum vel fructuum aut possessionis, vel alio modo adversus predictum episcopum Lucensem vel episcopatum aut aliquam aliam personam vel locum pro episcopatu aliquo modo vel . . . nio. Convenit quoque et promisit dictus abbas suprascripto Bonifatio, nuntio prelibati domni Lucensis episcopi, stipulanti pro ipso domno episcopo et episcopatu predicto, finem et refutationem et transactionem firma, rata habere et tenere perpetuo, et in nullo per se vel per alium contravenire, et quic-

a) n' b) itene' c) notii' *oder* notarii *steht zweimal.*

Digitized by Google

quid iuris vel rationis de predictis vel aliquo predictorum aut eorum occasione sibi vel predicto monasterio competebat vel competere poterat, eidem Bonifatio, recipienti pro domno episcopo et episcopatu, dedit, tradidit, cessit, remisit atque mandavit eumque in rem suam, scilicet predicti episcopatus procuratorem fecit atque constituit de suo suorumque antecessorum et predicti monasterii dolo et factore [a]) promittendo, sic per omnia firmum et ratum habere et tenere eidem Bonifatio pro predicto domno episcopo stipulanti promisit et convenit et se suosque successores et ipsum monasterium obligavit sub pena domni pape et domni imperatoris et, si in aliquo ipse vel eius successores vel aliquis pro monasterio contra fecerint vel venerint, suprascripto Bonifatio stipulanti pro episcopo et episcopatu, penam centum marcarum argenti solvere promisit, se suosque successores et predictum monasterium propterea obligando et pensando [b]) soluta omnia, (que) predicta sint firma et rata. Insuper predictus presbiter Galganus et Rustichellus Vitalis Cecii, et Ugolinus Roselmini, et Guido Ildebrandini cavalerii, et Compaguni Malavolte et Colbertinus Bondi pro se predictum finem et refutationem et transactionem et pactum de nomine [c]) petendo fecerunt, et promissionem et obligationem et omnia alia predicta, sicut per omnia dictum est superius, sub penis suprascriptis. Que omnia facta sunt pro libris trecentum duabus denariorum novorum, Pisane monete nunc currentis. Coram Petro de Cascina quondam Alberti Adaldi, et Lucchese quondam . . . . . et aliis pluribus testibus, ad hec rogatis, anno nativitatis domini millesimo centesimo nonagesimo v. Pridie Nonas Augusti. Indictione tertiadecima [1]). Actum in loco Bibone, prope suprascriptam ecclesiam sancti Blasii. Post hec alia proxima sequenti die in predicto loco Bibone coram predicto Petro et Lucchese Pincione quondam Rusticelli P(ro)incionis [d]), Rainone quondam Pieri Pincionis, Albertinus Riguccii, Rustichellus Bernardi, Bonacursus Corsi, qui omnes dicebantur esse de predicto loco Bibone, et Borghese de . . . . . fideles predicte abbatie, audientes et intelligentes omnia predicta, approbaverunt et confirmaverunt omnia suprascripta. Eadem quippe die in eisdem confinibus de Bibone coram predictis Petro de Cascina et Luccese Rolandus de Laiano confirmavit omnia predicta. Eadem quidem die venientes ad quoddam castrum ipsius abatie de Serena, quod nominatur Castilione, coram predictis Petro de Cascina et Lucchese presbiter Bernardus ecclesie ipsius castri de Castilione, que ecclesia dicebatur esse ipsius abbatie, et Martinuccius quondam Petri, qui dicebatur ab ipso abbate esse castaldus, et oblatus predicti monasterii, et Paganus, et Ugolinus Buiamontis de predicto loco Castilione, qui dicebantur esse fideles ipsius abbatie, confirmaverunt predicta omnia. Post hec alia proxima sequenti die venientes ad predictum monasterium sancte Marie de Serena coram predictis Petro de Cascina et Lucchese, donnus Gerardus presbiter et monachus audiens et intelligens predicta omnia, ea omnia approbavit et confirmavit. Insuper in continenti coram predictis Petro et Lucchese, in omnibus predictis testibus rogatis, Albertinus conversus et oblatus ipsius abbatie omnia suprascripta approbavit et confirmavit. Mercatus imperialis aule iudex ordinarius et notarius omnibus predictis et utrobique fui et hec omnia litteris publicis confirmavi. — Nulli ergo omnino hominum liceat, hanc paginam nostre confirmationis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli, apostolorum eius, se noverit incursurum. — Dat. Laterani, XVIII Kalend. Decemb. Pontificatus nostri anno quinto.

*Beglaubigte Abschrift des 13 Jahrh. (*L. 60), im Archivio Arcivescovile zu Lucca.*

Nr. 476.

Cölestin III bestätigt das Urtheil, welches der Bischof von Florenz in dem Streite zwischen dem Bischofe von Arezzo und dem Hospitale von Pontevalle (D. Arezzo) gefällt hat.

1196 Januar 26. Lateran.

Celestinus episcopus, servus servorum dei, venerabili fratri, Aretino episcopo [2]), salutem et apostolicam benedictionem. Iustis ⟨petitionibus⟩ petentium desideriis dignum est nos facilem prebere consensum et vota, que a rationis tramite non discordant, effectu prosequente complere. Eapropter, venerabilis in Christo frater, tuis iustis

a) *Oder* proactore b) pen' c) n' d) *oder* Sincionis. — — .1) *1195 August 4.* 2) *War Amadeus, 1183—1203.*

Digitized by Google

postulationibus grato concurrentes assensu, sententiam, quam venerabilis frater noster, Florentinus episcopus [1]), iudex delegatus a nobis, super causa, que vertebatur inter te et hospitaliarios hospitalis Pontis ad Vallem super subiectione et ordinatione ipsius hospitalis et constructione novi oratorii promulgavit, sicut rationabiliter lata est, nec legitima appellatione suspensa et autentico scripto redacta, auctoritate apostolica confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus. Ad maiorem autem huius rei firmitatem huic nostre pagine scriptum ipsum de verbo ad verbum duximus inserendum, cuius tenor talis existit: In nomine patris et filii et spiritus sancti. Ego Petrus, Florentinus episcopus, delegatus a domno papa Celestino in causa, que vertebatur inter domnum Amedeum, episcopum Aretinum, ex una parte et hospitalarios de Ponte vallis ex altera, que talis erat. Memoratus episcopus Aretinus asserebat per Serafinum, archidiaconum ecclesie Aretine, responsalem suum, quod hospitale de Ponte vallis in sua diocesi erat constructum et sibi diocesana lege subiectum, et ecclesiam habebat antiquam, scilicet sancte Marie de Podio acuto, a qua consueverunt habitatores ipsius hospitalis ecclesiastica recipere sacramenta. Episcopus tamen Fesolanus, accedens ad presentiam summi pontificis, tacita veritate, nomine hospitalis predicti litteras ab eo in grave preiudicium ipsius episcopi Aretini impetravit, ut videlicet ipsis hospitalariis fabricandi ecclesiam in proprio fundo liberam facultatem exhiberet et tam hospitale, quam ipsam ecclesiam sub speciali protectione Romane ecclesie summus pontifex susciperet, quarum litterarum optentu ausi sunt dicti hospitalarii, episcopo Aretino inconsulto, ibidem oratorium de novo construere. Ego itaque ex auctoritate prefate delegationis partes ad presentiam meam legitime citavi et, ex utraque parte lite contestata, ex confessione ipsius hospitalarii et ex testibus, a parte episcopi introductis, cognoscens, ipsum hospitale in diocesi Aretino et plebeio sancti Cassiani constitutum et ipsi plebi diocesana lege subiectum, visis privilegiis predicte plebis, habito consilio canonicorum meorum et Aldobrandini iudicis et aliorum virorum prudentum, contracto heremodicio ab ipso hospitalario, ipsum hospitalarium Ianninum nomine hospitali, ipsi magistro Serafino archidiacono, responsali domni episcopi, condempno, iudicans et decernens, ipsum hospitale et familiam eius pleno iure domno episcopo memorato et plebano sancti Cassiani de cetero subiacere et ad eorum dispositione(m) et ordinatione(m) in spiritualibus et temporalibus pertinere, et oratorium, noviter constructum, penitus removeri, et prescriptos hospitalarios a capella sancte Marie Podii acuti ecclesiastica sacramenta recipere. Nulli ergo omnino hominum liceat, hanc paginam nostre confirmationis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli, apostolorum eius, se noverit incursurum. — Dat. Laterani, VII Kl. Februarii. Pontificatus nostri anno quinto.

Beglaubigte Abschrift des 13 Jahrh., im Archivio Capitolare zu Arezzo.

Nr. 477.

Cölestin III beurkundet dem Kloster Santa Fiora (D. Arezzo) die Beilegung des Streites mit den Edlen Rolandinus und Guido [2]).

1196 Februar 27. S. Peter von Rom.

Celestinus episcopus, servus servorum dei, dilectis filiis . . abbati et fratribus sancte Flore, Aretine diocesis, salutem et apostolicam benedictionem. Ad hoc sedes apostolica fratres et coepiscopos nostros et alios ecclesiarum | prelatos in partem sollicitudinis evocavit, ut, que ad ipsam de diversis partibus questionum litigia referuntur, ipsorum iudicio, cum oportuerit, terminentur et, cum tanquam | homines ad omnia sufficere non possimus, per alios exequamur interdum, quod, pluribus et maioribus occupati, per nos ipsos non possumus adimplere. Verum cum apud nos plenitudo resideat potestatis, si quid forsan propter difficultatem negotii vel impedimentum quodcumque ab aliis terminari non potest, ad ecclesiam consuevit Romanam referri et per eam rationabiliter diffiniri. Inde siquidem extitit, quod, cum propositum fuisset in audientia nostra, dilectum filium nostrum, nobilem virum Rolandinum Pagani et Guidonem, fratrem suum, mutuo inter se sacramento firmasse, ne portiones suas super castro Rovetini et aliis bonis paternis atque maternis in extraneas conferrent qualibet alienatione personas,

1) *War Petrus III, 1190—1205.* 2) *Vergl. die Urkunde vom 31 October 1196.*

Digitized by Google

quamdiu alter eorum portionem alterius vellet competenti pretio comparare ac vos ab eodem fratre dicti Rolandini, contra fidem prestitam veniente, portionem eiusdem castri centum nonaginta librarum Pisane monete pretio comparasse, nolentes vel ipsi Rolandino preiudicium aliquod generari vel eandem ecclesiam indebite aggravare, causam ipsam venerabili fratri nostro . . Aretino episcopo [1]) duximus committendam, qui, cum, partibus convocatis et rationibus earum plenius auditis et cognitis, dispositiones etiam testium redegisset in scripto et de cause meritis plenius cognovisset, causam ipsam ad sedem duxit apostolicam remittendam. Nos igitur, dicto Rol(andino) et B . . ., procuratori vestro, in nostra presentia constitutis, venerabilem fratrem nostrum, Iohannem Viterbiensem et Tuscanensem episcopum sancti Clementis [2]), et dilectos filios M(eliorem), tit. sanctorum Iohannis et Pauli [3]), et Sifredum, sancte Praxedis, et Fid(antium), sancti Marcelli presbiteros cardinales, deputavimus auditores, qui totius cause meritis assidentibus ipsis [et] dilectis filiis, magistro Wilhelmo Mediolanensi, subdiacono nostro, et magistro Blandimerio, P[er]sico Beneventano et Romualdo Salernitano iudicibus, diligenter auditis et cognitis, quod [in]venerant, nobis et fratribus nostris per ordinem retulerunt. Nos itaque, celebrato cum fratribus nostris super eadem causa diligenti tractatu, post multam deliberationem contractum venditionis, qui inter vos et fratrem supradicti Rolandini intervenerat contra iusiurandum, quod idem frater Rol(andinus) ei prestiterat, duximus irritandum et decrevimus non tenere et eandem portionem supramemorati castelli, postquam ecclesie sancte Flore pecuniam restituerit, quam in ipsius exhibuit emptione, dicto Rol(andino) censuimus resignandam, salvo iure proprietatis, quod eadem ecclesia in memorato castello noscitur obtinere. Statuimus autem et sepedicto Rol(andino) dedimus in mandatis, ut usque ad dominicam, qua cantatur letare Ierusalem, vel, si impedimento fuerit canonico prepeditus, usque ad octabas pasce vel quandocumque prius dictis abbati et monachis pecuniam restituat memoratam, qua exhibita possessionem portionis eiusdem castri recipiat corporalem. Ut autem dicta sententia maiorem in posterum obtineat firmitatem, ipsam, sicut a nobis prolata est, sepedicto Rol(andino) auctoritate apostolica confirmavimus et scripti nostri patrocinio curavimus communire. Quocirca per apostolica vobis scripta districte precipiendo mandamus, quatinus dictam sententiam, sublato cuiuslibet contradictionis et appellationis obstaculo, curetis inviolabiliter observare. Alioquin noveritis, nos dicto episcopo dedisse firmiter in mandatis, ut vos ad id per censuram ecclesiasticam, appellatione remota, compellat et supradictum Rol(andinum), postquam pecunia memorata fuerit persoluta, in posses|sionem portionis ipsius castri corporalem inducat. — Dat. Rome apud sanctum Petrum, IIII Kl. Martii. Pontificatus nostri anno quinto.

